
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLII
F
45
NAPOLI

Il D.r Gio: Nardi, nato in Montepulciano, fu autore di questa, e delle altre opere indicate distintamente dal Negri nella sua Istoria dei Fiorentini Scrittori, pag. 259 — e dal Poccianti

XLI
7
45



MVLTA MVLCTRÆ APOLOGETICON TYRONIS LITTERARII

(auct. [illegible] Ioannis [illegible]rdi-
Florentiae [illegible] 1630.



BIBLIOTECA NAZIONALE [illegible] NAPOLI

apologeticum

SERENISS.^{MO} LEOPOLDO

PRINCIPI INCOMPARABILI

HETRVRIÆ IVBARI FVLGENTISS.

AVITÆ GLORIÆ IN EXCOLENDIS, PROPAGANDISQ; BONIS ARTIBVS

DIGNISSIMO HÆREDI

MVSARVM INTEGERRIMO AMATORI

MOECENATI SVO MVNIFICENTISS.^{MO}

INGENII GENIALES LVSVS

IN LVDIONEM ILLVSVM

AVCTOR

D. D. D.

ACTA LVPERCALIBVS

TIBIIS PARIBVS

DEXTRIS, ET SINISTRIS

MODOS FECC.

L. AMBIVIVS TVRPIO

L. HELVIVS LAMIA

MVLTA MVLCTRAE APOLOGETICON.

PROLOGVS.

QVOD minùs credebam, dum nouam librorum ſupellectilem impellente Bibliopola dudum euoluo, incidi in Apologiam Phyſiologi cuiuſdam Patauij degentis, *De duplici calore*, in me cuſam, biennio poſtquã euulgaueram *Phyſicam Lactis Analyſim*. Mirabar ego tunc hominis genium, atq; ingenium, cui à publico interpretandi munere, & contradicendi, vel melioribus quibuſq;, inexplebili oeſtro, tantum ocij ſupereſſet, vt nouum, illudq; improbum noſtra mordendi aggrederetur negocium, quum tamen, & nomini tunc pepercerim, ne bellum cuiquam indicere viderer, & honorificis titulis hominem compellauerim. Verùm vbi certior redditus ſum communium amicorum teſtimonio, Cynicum hunc aluiſſe iam diu vellicandi nos ſcabiem, nec ſano eorundem conſilio ceſſiſſe, quamquã mulceri, & reuiuiſcere diram luem præ contumacia eadem die experti ſint, ſanctèq; teſtentur, deſpondi ex tunc animum, mentemq; veri conſciam, inueteratæ huic Pſoræ, altiſq; inſidenti radicibus mederi; non vnguine, vel linimentis, quibus turget magis, atq; exaſperatur, verùm *Nigro ſale*, *Alboq; Veratro*, ni tamen, quod ſuſpicor, malè ſana viſcera pharmacum interim extorſerint. Ominantur equidem improſperam curationem, peruicax ægrotantis natura, conceptaq; de Medente opinio; qui non *Iuuenis* tantùm, vt ille exprobat, verùm inexpertus, *Tyroq;* in maledicentia, Tyrocinium poſthac complere, artemq; ſibi hucuſq; ignotam, vel aduerſarij teſtimonio, excolere, nec prouocatus à quouis denuò exercere recuſat,

Hip. 6. epid. p. 9.

Dial. 2. p. 5.

Harvet: 1634

atq; ex animò deteſtatur. At non deerunt in poſterum ſolertes Curantium manus, quæ opportunis præſidijs curationem abſoluant, rabiemq; compeſcant; quod ſi minùs ſucceſſerit, nulla hinc arti illata iniuria, *Quia non omnes ægri conualeſcunt*, Medicinæ Parentis ſano conſilio edocti, & Naſonis excuſatione leuati, ſatis ſuperq; iam explorata morbi idea ex *Ægrotantis natura, Offerente, & Oblatis*, pronunciabunt tandem in ambitam Satyriaſin morbum iam iam degeneraſſe, extraq; Litteratorum cœtum ægrotantem relegandum, igni ſuppellectilem committendam, parietes abradendos, eliminandos, puluerem proijciendum extra ciuitatem in locum immundum, nè ſæua contagio improuidos poſthac inuadat. Neq; ſi locum à connata ſibi indole in ſui defenſionem reus producat, quicquam proficiet: Quamquam enim, vel Galeno non contradicente, *Turbidus in ægritudine, non ſolùm ſi loquatur aſperè, ſed ne ſi deſipiat quidem in ardente febre, in diſcrimen venerit*, præpollebit tamen indicium animi contumacis in offerentem, qui *Si Clarus*, parum de curatione idem ſperat Auctor; *nam morbum conſtat cacoethe eſſe, vbi quum rectè omnia adminiſtrentur, nihilo fiat mitior, & præterquamquod nihil commodetur, etiam exacerbatur.*

Cic. de natura Deorum. 3. epid. Dial. 2. Leu. c. 13. 14. Epidem.

Vt vt res ceſſura in poſterum ſit, tempeſtiuum iam eſt, dum hæc proloquor, vt te alloquar, (*Ligurine Mome*) qui nefario faſtu, inſolentiq; ambitione ductoribus, inſulſiſſimũ Apologũ pro Apologia, dicterijs, ſcommatibus, cõtemptu, ac irriſione paſſim ſcatẽtem, præter Litteratorum morẽ, atq; modeſtiam iniquè dudum euulgaſti. Magnam incuſſerat olim admirationem bonarum artium cultoribus *Nemeſetica illa tua diſputatio*, ſuſcitata ab vnica dictiuncula, à qua tamen neq; tu abſtinueras, proh dedecus! dum Summum Naturæ Interpretem garrulitatis inſimulas: verùm deſinent hi poſthac mirari, certiores meo iam redditi exemplo, quod tu virulenta percitus petulantia, excipis execrandâ maledicentiâ eum, qui te, tuaq; *modeſtè*, & *honorificè*, te non diffitente, quinimò enucleatis verbis id aſſeuerante, hucuſq; excepit. En te produco loquentem.

Circ. Non puto certè talem eſſe Medicum, qui nuper de lacte com-

commẽtatione promulgata, transformatus eſt in Mulctram, quia tua licet aliqua refellere conetur, te tamen opprobramentis nunquam excipit, ſed honeſto titulo deſcribit, agens de duplici calore. Dial. 1. p. 37.
Vly. Medicum ego nunquã de facie non noui, vidi tamen ab eo nonnulla mea placita modeſtè ſatis impugnari, dum meo nomine ſuppreſſo, diſputationem de calore ſimplicium, miſtorum, & aliorum perfectorum tractat in Analyſi ſua Phyſica Lactis, cui fortaſſe Epeus infra commodiori loco reſpondebit. alibi verò.

Epe. Tecum libenter congredior, quem audio moratũ eſſe diſceptatorem à iurgijs, & conuicijs abſtinere, ſed rationibus, & auctoritatibus Philoſophiæ, & Medicinæ Principum Ariſt., Hipp., & Gal., ſuam ſententiam firmare, ac Vlyſſeam infirmare. Dial. 2. p. 5.

Quam verò pro benefactis mihi rependis gratiam? nempe quam tua patitur indoles: ad caulam relegas, maliſq; artibus, mala ſcilicet mente, peioriq; animo, *diffluentem in mulctram* deformas eum, qui nimis liberaliter te recenſuit inter Eruditorum cœtum, penſas modeſtiam Satyricã maledicentiã, honorificentiam deſpectu, probris, technis; & quo famoſus libellus prolixior prodeat, tuamq; prodat cacoethian, quiſquilias verris Grammaticorum, & ſi meliùs dixerim Abecedariorum, neq; parcis ſupplicis Typographi mendis. Rabula infelix, dic ſodès? Dial. 2. P. l. A. in calce.

Quæ tanta animum dementia capit

alter vt *Cæcias* Καχ' ἐφ' αυτὸν ἕλκων

& vetus recentes infortunium

ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν Ili. B.

Namq; *Caſtrum* oppugnas, & expugnaris, *Glorioſum*, inuadis, das terga inglorius, *Clarum* tentas ſuperare *Montem*, & opprimeris, *Lilio* inſidiaris, & candore obcæcaris, quod ſupereſt, humillimam, atq; innoxiam conculcas *Nardum*, quę tamen, ſi qua ſibi ſuperſtes virtus, & virus reſpuet, & FRACTA MAGIS REDOLEbit. Statius.
Quamquam verò nihil ſit præcipuè dolendum in eo, quod accidat vniuerſis, & quibuſdam canibus, ſit innatum, vt non pro feritate, ſed præ conſuetudine latrent, attamen quoniam bonis nocet, qui malis parcit, & conſuetudo peccandi maximam habet iucunditatem in improbis, & audaci-

bus, cum pœna abfuit, & *Licentia* conſequuta eſt, quantùm in me erit, euellam radicitùs hanc malorum illecebram, vitiorumq; ſegetem: haud enim graue eſt eos, qui grauia perpetrarunt, grauibus quoq; pœnis affici, at eos qui nihil graue commiſerunt grauia perpeti, prorſus grauiſſimum. Impar equidem mihi tecum certandi conditio eſt; nam vt malè audire, & malè dicere tibi faciIlimum ſimul eſt, ac promptiſſimum, ſic mihi maledicere inſuaue, & malè audire inſuetum eſt. Quid habes, quod mihi opponas homo diſerte? quid dictum à me cum contumelia? quid non moderatè? quid non amicè? tu ne verbo quidem violatus, vltrò maledictis me laceſſiſti, tuamq; hoſtilitatem ad Balathrones impios, ridendoſq; Bambaliones tibi gloriæ fore putaſti. Sed noui firmitatem tuam, atq; vtinam, vt culpam, ſic etiam ſuſpicionem vitare potuiſſes. Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriæ, glorioſum putes plus te vnum poſſe, quã omnes, & metui à ſtudioſis vniuerſis, quam diligi malis. Affectaſti proinde aſſentationem *Sinonis* cuiuſdam *Doloſi*, quin præfixiſti Encomium pedalibus caracteribus ſecundo Dialogo, *Te ſolum in Italia viuere virtute, & factis inuictiſſimis*.

O admirabilem impudentiam, audaciam, temeritatem. Quæ poteſt turpitudinis tantę eſſe defenſio? Quid eſt? num mentior? quam miſerum eſt id negare, quod ſit turpiſſimum confiteri. Sed hæc, quæ robuſtioris improbitatis ſunt ommittamus, loquamur potiùs de criminibus, & impoſturis quas Emendator, & Corrector noſter architectatur. Habet profectò quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes, ac boni viri difficillimè poſſunt. Vrgent præterea virtutis frequentes ſtimuli; nam fortes, & magnanimi ſunt habendi, non qui faciunt, ſed qui propulſant iniuriam. Hanc ego prouinciam non recuſo, etſi inuitus aggredior, ea lege, atq; omine, vt contemptiſſimis probris, & meretricijs tuis lœdorijs, longum vale dicam ex merito, ne videar ex tam breui contubernio tuis criminibus iam redditus

Dial. 3. obnoxius. Quid tu me *Iuuenem Medicum* dicendis? qui annos penè triginta Medicinam feci, idq; Florentiſſima Italiæ in vrbe. Quibus placuerim, ſat norunt, qui me norunt; plura adijcere,

re, modeſtia vetat: hinc experire quantùm fidere debeas tuis delatoribus in poſterum. Neq; tamen *Iuuenis* nomen refugio, qui optimè noui, non denegari adoleſcentibus ſapientiæ ornatum, & iuuenili ætati reſeruari opimam eruditionem. Iunior ſum tempore, fateor, tu autem ſenior, nempe ſeptuagenarius. Illud autem cogitabam, tempus non loqui ſolere, atq; non in multis annis ſciri ſapientiam; nec .n. longæui qui ſunt, ijdem & ſapientes ſunt: canities, non capilli albi, ſed animi virtus; non ætate iuuenis, ſed qui animo imperfecto iuuenis dicitur. At illud ne ignores tu, qui proprios obijcis canos, quod cani tum demũ venerabiles exiſtunt, cùm quæ canis digna ſunt fiunt, quum autem iuueniliter ſe gerunt ſenes, maiori riſu, quam iuuenes digni erunt. Audi quæ doceant Summi Inſtitutores? quibus refragari impium, atq; nefas. Quod ſi dedecent ſenes puerilia ludicra, quid tu fabellis inuoluis, inſulſoq; drammate deturpas, proſtituis Sophiam? Arcebas olim execrandam peſtem à ſacro liminari, tunc inquam, quum augeſcente corpore mens augebatur; at nunc illo ſeneſcente, vnà ſeneſcit & mens, ac in omnibus rebus obtuſior fit, atq; deterior. Quid eſt igitur, quod ſenectuti multa mala haběti, tuæ etiam improbitatis dedecus adijcias? Tolerare forſan æquanimiter quis ea ſibi obijci, quæ præterquamquod non ſunt in noſtra poteſtate, peculiari tamen illud aſſequuta fuere priuilegio, vt omnia ſecum habeant, & iucunda, & gratioſa: verùm animi ſegnitiem, imperitiam, diuturnamq; inertiam, neq; admittet, neq; tolerabit: At ego æquanimior, quam mihi *Tyronis in re Litteraria* inuris notam, ambio, ac veluti præclarum inſigne oſtento. Vide quam diſpares moribus, diſparia ſtudia ſequamur. Placuit illud ſemper, in quo Solon gloriari ſolebat, ſe aliquid quotidie addiſcentem ſenem fieri; nec fugiebant, quæ Summus Naturæ Interpres quandoq; depoſuit, minimam rerum portionem innotuiſſe hucuſq; mortalibus. Quapropter, etſi vndecimo ætatis meæ anno, ſuadentibus qui Græcè, & Latinè erudierant, ad ſcientias me contulerim, ibiq; Clariſſimos Præceptores nactus, & perpetua cum Eruditis conſuetudine, tum viuentibus, tum vita functis promotus,

1. de Sp. v.o.c. 22.

Dial. viu.

tus, ad annum vſq; quinquageſimum exactum, nulla exciderit dies, quin aliquam repoſuerim, vel breuem ſaltem lineolam, non eſt tamen, quod meam iactem eruditionem, verùm ex animo fateor mihimet conſcius, atq; apprimè notus, plurima, ardua, atq; immenſa adhuc ſupereſſe, ſatiſq; exiſtimare, ſi tu, qui
Dial. 1. currens noſtram tarditatem præueniſti, & πάν, καὶ πάντα iam fuiſti aſſequutus, pro tua liberalitate aliquid *venientibus hoſpitibus* reſerues, neq; abijcias à Litterarum *Tyrocinio* noſtram oſcitantiam. Abſit vt ego pro recenti munere ingratus, data inuideam tibi munera, prꝗſertim quum mea viuam ſorte contentus, quę maximæ ſunt, certiſſimæq; diuitiæ, at qui inuidet egeat; neq; tanti ſunt *aureus calamus*, & *inauratus crater*, vt reuocet ab inſtituto eum, qui neq; quadripondo auri ſępè donatus à magnis Principibus, faſtu tumeſcit, vel iactantia effertur. Sic mònuit Vates

Odyſ. 6. Ἀλλ᾽ ὅγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι ὅττι διδοῖεν

Poſſideat tacitus, ſi qua adſunt munera Diuûm

Quamquam verò tanta ſit inter nos, quanta maxima poteſt eſſe morum, ſtudiorumq; diſtantia, noſtrum tamen hoc Xeniolum tua non dedignabitur affluentia, nempe, vt te pronum, atq; procliuem eas in cupiditates non intelligat vulgus, quas Timon ille Miſanthropos, dicebat eſſe elementa malorum, & Illuſtris Tragœdus.

Eury. *Quiſquis ambitioſum, & auarum ingenium habet,*
Nihil iuſtum ſapit, neq; cupit,
Difficiliſq; eſt amicis, & toti Ciuitati.

Neq; verò meæ exiſtimationi in poſterum quid verebor, quod
Dial. 1. me *de facie*, vt aſſeris, *non noueris*: nõ enim qui tibi ignotus, omnibus ignotus: neq; pœnitet denegati Fortunæ obſequij, ratus ſi quando *Fortuna Licentiæ* iungatur, qua omnes deteriores
A. 7. in m. euadunt, maximum hinc emergere, atq; *inſolens infortunium*.
e. 9. Caueram præterea, certus, quod vbi mens plurima, ac ratio, ibi Fortuna minima, vbi plurima Fortuna, ibi mens perexigua. hoc equidem iure, dum te Piſis primùm noui A. S. 1601. Logicorũ nouiſſimum, nilq; Fortunæ, præter nomen debentem, plurimùm

tibi

tibi pro more, meq; non reluctante, tribuere valebas. *Laudas* Dial. 3.
quandoq; meam *modeſtiam*, verum prudentiam in deliberando p.
deſideras. optimè.

Nullum numen abeſt, ſi ſit Prudentia, ſed te
Nos facimus Fortunæ Deam, cæloq; locamus. Iuu. S. X.

Sat prudenter feci, ſi abs te vno caui. Moderare tu propriæ prudentiæ Senecæ moralis conſilio. *Nam ſi Prudentia terminos ſuos excedat, callida, & pauida commiſeris, inueſtigator latentium, & ſcrutator qualiumcumq; noxarum oſtenderit: notaberis timidus, ſpecioſus, attentus, ſemper aliquid quærens, ſemper aliquid timens, ſemper aliquid dubitans, & ſubtiliſſimas ſuſpiciones tuas ad animi tui reprehenſionem impinguans: monſtraberis digito, aſtutia plenus, verſipellis, & ſimplicitatis inimicus, contemplatorq; culparum, & poſtremò vno nomine vocaberis malus homo.* Ruis tandem in conuicia, meq; dicis non *Informatum anima humana*, iurèq; meritò à Saga in *mulctrum commutatum*; Quæ vt improbam, impiamq; tuam produnt men- Dial. sin.
tem, ſic planè teſtantur quam ſis agreſtis, & exlex, qui vetuſtiſſimas ignores, vel diſſimules Academiæ ſanctiones. *De conuicio* Pl. Dial. 3.
igitur hæc vna omnibus lex ponatur. Nemo in aliquem concitetur, ſed quicumq; cum alio de re quapiam ambigit, diſcat potiùs, doceatq; tàm ambigentem, quàm præſentes, ita vt omni conuicio prorſus abſtineat. Cum enim ſibi inuicem verbis turpibus maledicunt, muliebres habentur. Et in primis ex verbis, quæ certè leuiſſima res eſt, odia grauiſſima, & inimicitiæ ſæpè naſcuntur. *Machinatorem* inſuper *fallaciarum* me appellaſti, ac proinde Dial. 3.
Sophiſtam; verùm cui noſtrûm hæc congruant, & res, & Prin- p. 4.
ceps Academiæ euidenter indicabunt. *Ratio itaq; nunc oſten-* In Soph.
dit Sophiſtam nihil aliud eſſe, quam artificem quæſtus gratia con- l. 13.
tentioſum, contradictionibus ambigentem, in pugnando certantem, lucri præ cæteris ſtudioſum. Exprobras poſtremò Clariſ- Dial. 3.
ſimi *Senis amicitiam*, cuius præſtantiſſimum ingenium vniuer- p. 3.
ſa Italia, exteræq; Nationes ſuſpiciunt, atq; admirantur. Non declinabo accuſationem tuam, quod tamen noſtræ philãthropiæ non eſſet arduum, ſed amico me amicum ad aram vſq; ingenuè

pro-

profiteor. Quod ſi veras amicitiæ leges quandoq; & tu percepiſſes, illud intelligeres, ſententiarum diuerſitatem, non eſſe amicitiæ obliterationē, ſed candoris, atq; integritatis argumentum. Norunt, & qui Medicinam apud nos faciunt, frequentiſſimas ad inuicem inter illum, atq; me excitari controuerſias, ægrotantium beneficio, noſtriq; ingenij non vulgari emolumento. Quæ ille *de Sero Lactis*, olim promulgauit, non omnia probaui, quin reprobaui nonnulla in *Phyſica Lactis Analyſi*: verùm ille dudum in *Commentarijs de Alimento* noſtra infirmare ſatagit, ſatagetq; forſan reliquis in ſectionibus, quæ breuì, vt audio, è prælo emergent, tenebroſiſſimæ Hipp. tractationi lucem non dubiam allaturæ. His verò tandem opportunè ſi contradixero, tantì ſpero facier, quantì fecēre noſtras defenſiones Eruditiſſimus Paulus Zacchias Medicus Romanus æuiq; noſtri decus, qui cultiſſima, atq; doctiſſima epiſtola vexauit noſtrā, quin communem Lactis materiam, & Excellentiſs. D. Andreas Marianus Medicus, & Philoſophus Ordinarius in Patrio Bononienſi Gymnaſio (hos verò perpetuæ meæ obſeruantiæ cauſa nomino) præter quàm plurimos Sophiæ cultores, quos oppugnātes amicè excepi, repugnātes animo beneuolo admiſi, illæſaq; amicitia ſuſcitatas ab eis lites pro virili ſedaui. His artibus bonæ in dies augentur artes, excitantur ingenia, fugantur caligines, emergit veritas. Patiamur nos refelli, redarguiq;, quod ij ferunt animo iniquo, qui certis quibuſdam, deſtinatiſq; ſententijs, quaſi addicti, & conſecrati ſunt, eaq; neceſſitate conſtricti, vt etiam, quæ non probare ſoleant, cogantur conſtantiæ cauſa defendere. Optimus, & grauiſſimus quiſq; confitetur ſe multa ignorare, & *Dial. 1.* multa ſibi etiam, atq; etiam eſſe diſcenda. Tu verò *Omniſcius*, neq; modeſtè moneri te pateris, præterque Litteratorum vetuſtiſſima iura, arrogas tibi ingeniorum tyrannidem, opinionum ſupremam cenſuram, Pythagoræ in ſanciendo auctoritatem. *lib. 4. de His qui Diu. de Sp. a. l. de vita* Sint tibi hæc iura, inuiolata apud te ſerues, nempe intra domeſticos lares, at nobis permittas liberam ſubſcribendi tuis *Inuentis* optionem; tuis, inquam, ſiquidem mortalium ingenia non eò ſe euexerant, vt naturales formas in pyxide ſolitarias coercerent:

rent: inſuper puris Naturæ viribus poſſe abſciſſam loqui ceruicem, humanam animam eſſe plurium animarum formarumq; centonem, ter mori hominem, calorem non calefacere, hæc inquam neq; obſeruârant, neq; poſthac præ amẽtiæ, vel impietatis ſuſpicione promulgabunt. Valeas proinde, tibi habeas res tuas, reddas meas: quin reddidiſti, ni præ inuidia ius reuoces, quod olim dixiſti. *Sed tamen quicunq; ſcriptoris alicuius monumenta nõ laceſſitus iocis irridenda non minùs, & conuicijs notanda, quã argumentis proſcindenda ſuſcipiens, inuiſam ſibi doctrinam impugnare conatur: dubio procul is Antagoniſtum prouocatum inuitat ad ſuæ ſententiæ defenſionem, inuitumq; trahit ad prouocatoris audaciam coercendam, telaq; confringenda.* Vt igitur meo nunc vtar iure, tripartiar noſtrum *Apologeticon*, in *Protaſin*, quæ tuarum opinionum fundamenta euertet, *Epitaſin*, quæ perridiculo tuo Apologo feſtiuiter, aduerſabitur, & *Cataſtrophem, Subuerſionem*, nempe nouam tuarum opinionum, quam molietur concors, atq; concinens vniuerſus Veterum Sophorum chorus.

de Or. A. hum.
de h. qui d. l. cit.
Diſp. Nemeſ.

Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimauit eſſe, ſic exiſtimet
Reſponſum, non dictum eſſe, quia læſit prior.
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet benè,
Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi eſſe id relatum putet.
Is ne erret, moneo, & deſinat laceſſere,
Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur,
Quæ proferentur poſt, ſi perget lædere.
Fauete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite,
Vt pernoſcatis, ecquid ſpei ſit reliquum:
Poſthac, quas faciet de INTEGRO *Comœdias*
Spectandæ, an negligendæ ſint vobis priùs.

MVLTA MVLCTRAE APOLOGETICON.

PROTASIS.

MVLCEBAM A.S. CIϽIϽCXXXI diuturnos angores, & ſæuas animi anxietudines, quas dira, vagansq; lues inferebat, Lactis ſedula inſpectione leuabam, quum occurrunt, vt fit, varia Scriptorum placita ad propoſitum facientia thema, quorum ſingulis ſubſcribere, vt renuebat veritatis amor, ſic vetuit nunquam laceſſita modeſtia, vel noſtri Zoili depoſitione, præter fas, & æquum inuehi me, aut explodere, niſi intra decori cancellos, minùs congruas aliorum ſententias. Has inter duę occurrebant Recentioris cuiuſdam; prima quidem *de Suctu Embryonis, vel Infantis in vtero*; quam tamen, etſi iamdiù e Scholis reiectam, ſponteq; ſua deciduam, infirmaui cap. xij. noſtræ *Phyſicæ Lactis Analyſis*: licet rem diſſimulauerit ille, qui malo omine obſoletam, ſituq; obductam nouare perperam olim ſtuduerat. Altera verò opinio erat, *de Duplici Calore in elemento*: hanc ingenuè & expoſui, & oppugnaui eiuſdem tractationis cap. xjv. & xv., ita vt Aduerſarius parciſſimus alioquin in aliorum laudibus, encomio *morati diſceptatoris*, me tandem honeſtauerit. Verùm quoniam induſtrius homo vtrumq; paradoxon propugnaculis quibuſdam munire conabatur, decreui nunc illa pro virili deijcere, quod tunc, honeſta cauſa ſuadente, facere diſtuli; idq; breuiter, dilucidè, neq; præter communem Scholarum morem. Præcedet verò quæſtio *de Duplici Calore*, quin *de Duplicibus primis Qualitatibus*, quas introducere ille conatur ſuis in libb. *de Spon. viu. ortu.* 1. *cap.* 50. 51. *De ijs qui diu. lib.* 1. *cap.* 73., *&* *lib.* 4. *cap.* 7. *&* 23. *de Lucer.*

Dial. mulc.

Dial 3. p. 5.

Antiq. lib. 3. c. 19. de ferijs an. al. Diſp. 12. Vtitur verò primùm tali ratiocinij genere.

Aduerſarius.

In primis itaq;, ſi præter qualitates actuales in elementis, non reperiuntur habituales, quæ propria ſint elementorum differentiæ ſpecificæ, igitur &c. *lib. 4. de b.q.d.c.23*

Auctor.

Quid hoc eſt? aut quibuscum tibi res eſt? Non ne audis Latinos, Arabes, & Græcos, pariter infenſos huic tuo aſſumpto? Præter qualitates actuales Latini in elementis agnoſcunt formã ſubſtantialem, per quam elementum in tali eſſe conſtituitur. Greci verò vnicum primarum qualitatum genus agnoſcunt in elementis, actuq; ſenſum tactus laceſsens. Vtriq; verò conueniunt Alex. Aphr. dictatore, quod vnaquæq; res eſt id, quod eſt, per id, quod à ceteris diſtinguitur, & differentiam habet: atqui per ſpeciem propriam quibuſq; rebus inter ſe differentia eſt, per ſpeciem igitur, ſiuè formam vnumquodq; eſt id quod eſt. Quid igitur infers? *de Anima*

Aduerſarius.

Igitur reuera qualitates ipſæ actuales, vel erunt formæ ſubſtantiales elementorum.

Auctor.

Arduum etſi non erit quamplurimis e Græcorum familia illud apertè fateri, recuſabit tamen Alexander ijs palàm ſubſcribere, vt qui faſſus quandoq; ſit, qualitates motrices formas eſſe elementorum, audiamus loquentem. *Leuitas ignis ſpecies eſt, & forma, grauitas, poteſtas, & forma, & perfectio terræ eſt.* Recuſabunt vnanimes Latini qualitates recenſere in ſubſtantiarum cenſum: & quod vereor, tibiq; prædico, caueſis, ne refractariam concites in te Arabum turbam. *S.t.* *Auer. 4. Cæli. t. 1. 3.17. 2. de Anima t.108.*

Aduerſarius.

Vel qualitates vicemgerentes formæ ſubſtantialis in elementis.

Auctor.

Qualitates primas circumſcribere elementorum formas, ijſq; famulatum præbere, liberè fatebuntur Latini, necnon plu-

riès ipſi Arabes. At verò Græci formas abſolutè qualitates primas dicunt,& differentias elementorum conſtitutrices. Quid inutiliter annectis?

Aduerſarius.

Vel deniq; accidentia, quæ omnium maximè occultam elementorum formam circumſcribere, ac notificare poſſunt.

Auctor.

Vacat hoc tuum diuiſionis membrum, quin cum ſuperiori confunditur. Scitum enim eſt, *rem quamlibet, vt eſt, ita & cognoſci*: ſi qualitas Prorex eſt formę ſubſtantialis, cur ſtatim non circumſcribit etiam formam ſubſtantialem? Recuſant proinde, qui ſapiunt, inutili ſe implicare merci. tu verò, quę comminiſceris?

Aduerſarius.

Sed qualitates actuales primò non poſſunt ſtatui formæ ſubſtantiales elementorum, quia poſſunt ab elementis auferri, non corrupta, ſed ſuperſtite elementorum ſubſtantia.

Auctor.

Nil peregrini continet hoc ratiocinium, quod Aduerſarius à Latinis mutuauit: quibuſcum, etſi ego ſapio, & ſentio, quâ de formis elementorum, ex vſu tamen erit, quantì ponderis illud ſit, quod proponit noſter Antagoniſta modo examinare. Certè Latinos, haud eas adiget in anguſtias, vt ſi qualitates hæ excludantur dignitate formarum ſubſtantialium, neceſſe habeant nouas ſubſtituere qualitates: quum ratum eorum in Schola ſit, qualitati demandari minimè decere ſubſtãtialis compoſiti conſtitutionem. At verò Alexander, & Auerroes, quiq; qualitates motrices *grauitatem*, nempe,& *leuitatem* elementorum formas agnoſcunt, facilè declinabunt huiuſmodi tela. Falſum enim dicent *auferri ab elementis poſſe* grauitatem, aut *leuitatem, non corrupta, ſed ſuperſtite elementorum ſubſtantia*; quo Achille paſſim vtuntur; qui eandem inſiſtunt viam. Age, experire, quid valeat tuum argumentum contra Grecos, qui pernegant, quod tu modò aſſumis: duo enim hinc expectamus commoda, & confirmationem ſententię, quam nunc cum Latinis tuta-

tut a mur, & certitudinem tuę incertitudinis in opinione eligenda, vt qui pro Gręcis quandoq;, mox verò aduerſus Gręcos Latinorum telis inſtructus, ex propoſito dimices.

Aduerſarius.

Nam & ab aere Borea flatus actualem calorem, humiditatemq; demit.

Auctor.

Onus ſubit Doctiſs. C. Cremoninus Græcæ doctrinę acerrimus propugnator, diluendi inſtantiam. habet verò. *Quantùm quidem ad primum attinet, nō eſt verum corruptas eſſe aeris qualitates, quamuis ſint in magna alteratione, dominantibus eo tempore elementis frigidis ob Solis remotionem, vt habetur à Philoſopho in Meteorologicis. Sic etenim media regio eſt in continua alteratione ob vapores eò continuè aſcendentes, non tamen ſic, vt ſint corrupta aeris qualitates, ſed ſolùm alteratæ, modò magis, modò minùs, vt etenim glacies eſt aqua valdè alterata, veluti decebat Alexander in 1. quæſt. c. 6.* hæc Vir egregius. *lib. de formis elementorum ſec. 3 c. 14.*

Aduerſarius.

Et ab aqua ignis actualem frigiditatem tollit.

Auctor.

Minùs frigidam fatebuntur Græci fore tunc aquam, non omni tamen orbatam frigiditate. Aqua enim tunc non eſſet, ſed aer. Hic verò non ſecùs, vt dudum dicebas, à Borea affectus, & frigidus, ſiccuſq; redditus, terra iam eſſet ex Ariſtoteleo progreſſu. Non expelli frigus omne, illud argumento eſt, quod priùs euaporabit aqua vniuerſa, quàm quòd calorem igneum integrè conceperit. Falsò igitur dicent aſſumi, vniuerſam perire frigiditatem. Neq; me fugit reſpondere quoſdam, frigiditatem adhuc ſupereſſe, pręcipuè verò in fundo vaſis, eleuari verò ignitos vapores, qui ſenſum præ actiuitate actutùm feriant. Verùm Auerroes aquam calore ſic affectam, non puram diceret, ſicuti neq; aerem. En ipſum loquentem. *Et propter hoc, quod diximus, non eſt opinandum aquam caleſieri, dum fuerit aqua pura, atq; quod aer infrigidetur, dum eſt aer purus, ſed hoc accidit propter corpora admixta cum eis calida, aut frigida, & hoc fecit* *2. de S. C.* *2. de Anima t. 115.*

dubi-

dubitare homines, ita quod frigiditas non eſt accidens inſeparabile aquæ, ſicut calor igni. Et iſta exiſtimatio accidit, quia vulgus conſueuit vocare aquam, dum liquefactio remanet in ea, licet in rei veritate non eſt aqua pura, ſed admixta &c. Falſum igitur eſt, ignem corrumpere actualem aquæ frigiditatem, aqua ipſa ſuperſtite.

Aduerſarius.

Et à terra vapor, & aqua calens: actualem frigiditatem, & ſiccitatem.

Auctor.

Confirmant hæc egregiè, quæ dudùm docuerat Auerroes, nempe elementa, nonniſi per admixtionem alieni corporis iam impura reddita, atq; mixta, contrarijs ſuccumbere qualitatibus. Dabunt Græci remitti frigiditatem terræ, atq; ſiccitatem: neq; inauditum eſt eorum in Schola, primas qualitates intenſioni, & remiſſioni valere eſſe obnoxias. Hincq; forſan ductus Auerroes, non eſt veritus? formas elementorum medias conſtituere inter ſubſtantiam, & accidens, ex quo recipiunt magis, & minùs; vt videre eſt com. 67. 3. de Cælo.

Amm. in Præd. ſubſtantia. Simpl. 2. Phyſ. 9. & 5. Phyſ. 11 Alex. 7. metaph. 11.

Aduerſarius.

Quum itaq; ſenſu plerumq; poſſimus experiri aerem actu frigidum, & ſiccum, aquam actu calidam, & terram actu calidam, & humidam, planè conſtat calorem, & humorem actualem non eſſe formam eſſentialem aeris &c.

Auctor.

Nil ipſis officere hanc illationem Græci decernunt: quin alterationem tantummodò paſſa tunc fuiſſe elementa fatentur, quam tamen excutiunt remoto prohibente, integraſq; ſtatim reaſſumunt vires. has verò præ contrarij actione poſſe tunc labefactari, non corrumpi, ſuperſtite adhuc elemento, haud diffitentur.

Aduerſarius.

Qualitates actuales deinde non poſſunt ſtatui vicemgerentes formæ ſubſtantialis.

Auctor

Auctor.

Ecquis vnquam adeo hebes fuit, vt in hac, quam producis ſignificatione, formarum vicarias dixerit qualitates? poteſt ne purum accidens vices implere, atq; ſubire ſubſtantiæ? Siquis verò in hoc deliquit, deliquiſti tu ſolus, qui *qualitates*, neſcio quas *habituales*, dum tibi fingeres, has primi actus dignitate honeſtaſti. hic verò, vtpote nobilior, potis eſt qualitates magis denominare, quam ſecundus, qui ab illo emanat. Quodſi repugnaret, vel cuilibet, vicarias ſubſtituere qualitates actuales formæ ſubſtantialis, attamen inuitum continebunt in officio Aduerſarium; itaut non tantum *vicemgerentes formæ ſubſtantialis*, verùm memori doctrina, actuales qualitates formas ſubſtantiales dicere debeat.

Aduerſarius.

Nam duo præcipua ſunt munia formæ ſubſtantialis: primum, vt materiam intrinſecùs perficiens, conſtituat compoſitum in certa ſpecie ſubſtantiarum, alterum, vt ſit illud, quo primo compoſitum proprias operationes obeat: cæterum neutrum horum efficere poteſt actualis qualitas.

Auctor.

Quicquid ſit de muneribus formæ ſubſtantialis, illud certum eſt, quod ſi *ignis quà ignis* ex Ariſtoteleo decreto *non agit, ſed quà calidus*, teneat verò argumentatio à quatenus ipſum ad per ſe, licuiſſe Auctoribus impunè, ignobiles elementorum formas, atq; innominatas, ijs ſignificare, quæ proximè, & per ſe agunt, actioniſq; ſunt cauſa. *de Senſ.et Senſ. c. 4.*

Aduerſarius.

Non primum, quia quum ſit accidens; eſt enim per ſe ſenſibilis, ſenſus autem non pertingit per ſe ſubſtantiam, non poteſt conſtituere in eſſe ſubſtantiam.

Auctor.

Ne verò diutiùs in turpi æquiuoco laboremus, illud noris opus eſt, quod hi, qui qualitates primas formis elementorum ſubſtituunt, non *rei naturæ* conſuluere, verùm noſtro captui. Nam cum tales formæ minimè ſint entitatis, plurimumq; materiæ addictæ,

hinc fit

hinc fit, vt ſubrogemus qualitates actiuas earum in locum, vtpote *quoad nos* euidentiores, non irrogata tamen iniuria formarum ſubſtantialium dignitati, cuius pacifica poſſeſſione iamdiu perfruuntur. At verò Græci, qui non alias ab ijs agnoſcunt formas elementorum, facilè inſtantiam diluent: primùmq; quod accipis acriter pernegabunt, *ſentiri qualitatem*; hanc enim intellectus ſolus noſcit, at ſentitur tantummodò *quale*. Quòd ſi admiſerint etiam ſingulas qualitates, quæ conſpirant in formam elementi eſſe ſenſibiles, illud te monent tamen, non percipere ſenſum menſuram illam, quam aſſequuntur, dum in formam elementarem euadunt; certa, nempe, ſtataq; collectione harum, ſoli intellectui nota. At verò, qui Grauitatem, & Leuitatem formas rentur elementorum, negant grauitatem in actu primo ſenſu percipi, ſentiri verò tantummodò earum operationem, quam ſi dixeris grauitationem, non repugnabo. His igitur ſinguli facillimè, vt audis, ſe tuentur tua ab oppugnatione.

Amm. in Pred.

Aduerſarius.

Quum enim prius natura ſit conſtituens conſtituto, prior eſſet accidens ſubſtãtia, cui ineſt, quod ab Ariſtot. nullibi non negatur.

Auctor.

Propoſitio illa indefinita *prius natura eſt conſtituens conſtituto*, ſi æquipolleat vniuerſali, falſa eſt, & in naturalibus, & in artificioſis. Materia namq; alterum compoſiti principium, etſi cõſtituens, haud tamen eſt *prior natura*, atq; præſtantior ipſo compoſito: neq; dices, credo, cementum, & lapides ædificio; æs, Policleti ſtatua præſtantiora fore: licet ſingula illa, tempore præceſſerint, & ſtatuam, atq; ædificium. Præter verò ſuſpectam ratiocinij materiam, illud inſuper & vitio vertent periti, quod formam argumenti malè diſponat Aduerſarius, adeo vt terminorum monſtroſa multitudo, deroget illationis validitati. At reuocet quis per ocium debitam ad normam, & indefinita propoſitio vnicæ formæ, atq; actui aptetur, nil profectò Græcis officit, qui collectionem illam qualitatum certam, ſubſtantiam dicunt, atq; formam ſubſtantialem elementorum, hæc verò vtrum prior natura ſit compoſito, atq; elemento, per eam conſtituto,

ſtituto, non adeo ratum, atq; deciſum, quin lis adhuc pendeat apud Iudicem, verum præſtantior forma, an compoſitum.

Aduerſarius.

Non ſecundum, quia ſinè qualitate actuali funguntur elementalem ſuis muneribus.

Auctor.

Admirandum hoc erit Paradoxon omnibus Scholis, tuæq; non minùs, vt qui ius omne agendi *tuis habitabilibus* ademeris, ſoliſq; *actualibus* illud reſeruaueris: erunt igitur potentes, & impotentes ſimul, & ſemel. Agè audiamus differentem.

Aduerſarius.

Nam terra ſpontè deſcendit, licet non actu frigida, & ſicca.

Auctor.

Mirantur cuncti, cur transferat Aduerſarius diſputationẽ à qualitatibus actiuis ad motrices, quouè iure id ſibi licuerit, ſciſcitantur. Qui primatum grauitati, & leuitati tribuunt, facilè ſe expedient, hinc enim propriam ſententiam magis confirmant. Rident cæteri nouos conatus: nam terra deſcendit, non quà *frigida, & ſicca*, verùm quà grauis; ſecus aer ille borealis deſcenderet iam, non aſcenderet. Illud contigiſſet mirabile, ſi terra abſq; grauitate deſcenderet.

Aduerſarius.

Quin & conſtituitur miſtum corpus animalis actu calidum, & humidum.

Auctor.

Plura hic habet Aduerſarius, quæ negocium cuiq; cordato faceſſunt. Primùm non ſat percipiunt, quì terra ſola miſtũ conſtituat? quum proxima tantùm ſit hæc, neq; vnica miſti inanimis materia. At neq; forma, cuius tantummodò ſolius munus eſt conſtituere compoſitum, certæq; ſpeciei illud addicere. At miſti animati proxima materia non eſt terra, ſed miſtum aliud corpus, quod tamen in pleriſq; actu frigidum experimur, vt in ouis, & plantarum ſeminibus: quam-

quàm in perfectioribus *per aſſociationem* quandoq: calidum
de P. Al. ex Præceptoris the oria. Nunquam igitur *terra conſtituit miſtum corpus animalis actu calida, & humida*. At conſtituat, quid inde quæsò emolumenti Aduerſario accedet? nihil profectò: nam vel terram ſpectat priuſquam conueniat ad miſtionem, propriaſq; tunc, atq; integrus ſeruat vires, vel dum conuenerint illa, miſtioq; eſt in via: tunc verò ſi terra credatur proprijs qualitatibus exuta, inutilis prorſus erit conflictui, & Aduerſario præſertim, qui miſtionem à Temperamento non diſtinguit. Tantùm igitur aberit, vt duo illa toties repetita Temperamenta præſtet, alterum ex *qualitatibus habitualibus*, *ex actualibus* aliud, vt neutrum fieri impoſſibile ſit. Non primum, quia *Habituales qualitates* ex Aduerſarij doctrina non agunt inuicem, & patiuntur; quæ conditio in omni temperamento, & miſtione apprimè neceſſaria eſt: non ſecundum ex *actualibus* emergens, quando exularint iam hæc ex confeſſione Aduerſarij: At verò neq; in conſtituto iam miſto, terra prorſus *eſt calida, & humida*: illud enim ſcriminis cognouit Ariſt. inter ſimplicem generationem, & miſtionem, quòd in hac ſaluantur virtutes elementorum, pereunt prorſus in illa. Terra igitur, ſi prorſus calida, & humida, corrupta iam eſt, neq; *miſtum conſtituit*. quod ſi *conſtituit*, non prorſus igitur erit *calida, & humida*. Non adhuc igitur conſtat, quod *ſine qualitate actuali fungantur elementa ſuis muneribus*, quod ſibi Aduerſarius probandum aſſumpſerat: par ergo eſt nouas illum ſubſtituere copias, quod ſtatim præſtat.

Aduerſarius.

Immo & aqua remoto calefaciente ſemetipſam actuali frigiditate ornat, qua violenter priuata fuerat.

Auctor.

Facilè impetum infringerent Latini, quicquid ſit de abſoluta frigiditatis abolitione. Talem namq; euentum formæ ſubſtantiali acceptum referrent, qua cum nequit conſiſtere aduerſa qualitas. Verùm quoniam non Latinis bellum indi-

indicitur, ſed Græcis, qui pro illis pugnant, inficias rurſus eunt, & aquam omni orbari frigiditate, eſſeq; illam puram aquam. Inſuper huius reditus in propriam naturam duplicem agnoſcunt cauſam, priuatiuam vnam, exitum nempe, vaporum, poſitiuam alteram, ambientis ſcilicet operationē. Et verò, vt calor in aqua, & elementi formæ repugnat, quæcunq; ea tandem fuerit, & proximæ aquæ ipſius materiæ, dubio procul, ſi viget ex ſui promouentis præſentia (exemplo humanorum, atq; recentium euentuum) vel inuitis his, quibuſcum cohabitat, ſic eiuſdem abſentia ſponte eſſe definit: quamquàm nullum contrarium illum abigat, occupatiſue e ſedibus eum dimoueat.

Aduerſarius.

Addo etiam aquam actu calidam, omni actuali frigiditate priuatam, tum potu, tum balneo, corpora noſtra, noſtrumq; temperamentum refrigerare, vt quotidianis experimentis nouere Medici.

Auctor.

Negant rurſus, qui pro Græcis dimicant, aquam *omni actuali frigiditate* orbari, ſecus & euaporaſſet, calidaq;, & humida abſolutè exiſtens, iam in aerem migraſſet. Duæ emergunt ex hac poſitione difficultates: prima quidem, quomodò corpora noſtra frigefacere potis ſit aqua illa, quæ omni frigiditate per te exuta eſt. Neq; refugium *habitualis qualitatis* valet, quando genus hoc qualitatum ex mente Aduerſarij, expers ſit actionis, & paſſionis. Quapropter illa, vel non penitùs calida, ſi corpus refrigerat, vel non ignauæ habituales actionem, atq; paſſionem promouent, quod forſan ille minimè credebat. Verùm dicat nobis Aduerſarius bona fide, an expertus ipſe quandoq; fuerit, feruentiſſimam aquam intus, extraue corporibus admotam, refrigerare? Iurant Medici rogati, nunquam eius rei ſe feciſſe periculum, quin neq; conſulunt cuiquam hanc experiri. Aqua actu calida, omni actuali frigiditate priuata, pluſquam feruens eſt: igitur quid ab hac expectas, niſi feruorem? Temperata, non feruida ſunt illa

balnea ex aqua potabili, quæ corpora humectant,& poteſtate refrigerant. At ſi quis aquam potat, non ardentem, ſed egelidam bibit, vel modicùm vltra teporem affectam, *non omni actuali frigiditate priuatam*, quod ſibi aſſumebat dudum Aduerſarius, cuius proinde perit, & fides, & omnis in Græcos conatus.

Aduerſarius.

At verò huiuſmodi refrigerationes nullum aliud agens præcipuum noſcunt, quàm frigiditatem: ſiquidem ab aqua ſunt, non vt ab agente æquiuoco, ſed vt ab vniuoco.

Auctor.

Hic proprio ſe conficit gladio. nam ſi vniuoca ea ſunt, quorum nomen, & ratio ſubſtantiæ eadem, frigiditas verò illa inducta eſt ab vniuoco, iam non erit aqua frigoris expers, quod ille affirmabat. Neq; *frigiditas habitualis*, ſi daretur, vniuoca cum actuali eſſet, quum hæc Aduerſario ſit accidens, illa verò ſubſtantia: quapropter inter æquiuoca recenſeri mereretur, *quorum nomen commune, ratio autem ſubſtãtiæ diuerſa* Ariſtotele dictatore. Admittunt proinde propugnatores ſententiæ Græcorum, refrigerationem illam fieri à cauſa vniuoca, frigiditate ſcilicet in aqua adhuc reſidua, atq; ſuperſtite; quamquam ægre ferat Galenus tam indiſtinctè de balneo pronunciaſſe Aduerſarium, neq; admittat refrigerationem omnem, quam experiuntur æſtuantes ex balnei vſu, non aliam agnoſcere, quam vniuocam cauſam. Euacuant ſiquidem balnea, quo nomine,& plenitudinem quoq; exhauriunt, corpuſq; extenuant, hinc verò calidi humoris eductione, quod tertianarijs contingere textabatur Galenus, refrigerium non dubiũ pre abſentia feruidi, putreſcentiſq; bilis, perſentiunt ægrotantes. *Quippè balneum, tum corpus totum euacuat, tum quod formidum eſt, ac fuliginoſum digerit*. Balnea præterea potabilis aquæ caloris ſimulæ e diametro aduerſantur; quo fit, vt illico omnia pro naturæ habitu recipiamus, præcipuè verò antiquam temperiem. Per ſe igitur *calido balneo totum corpus caleſit, humiditates colliquantur, vaſa euadunt laxa.*

In Præd. in Log.

1. ad Glauc. de cur. ra. per ſ. m.

11. Meth. 10.

laxa. Vberem nobis cõmunicat eruditionem de balnei viribus Galenus ipſe x. Meth. cap. x., dum partes balnei ſcrutatur. *Quippe ingredientes in aere verſantur calido, poſtea in aquam calidam deſcendunt, mox ab hac egreſſi in frigidam, poſtremò ſudorem detergunt*: Quid ſingulæ partes præſtent, ſtatim ille docet. *Poteſt autem prima eius pars materias per totum corpus, tum calefacere, tum verò liquare: præterea, quæ inæqualia ſunt æquare, & cutim rarefacere, & multa, quæ ſub hac antea detinebantur vacuare. Secunda eius pars, vbi quis in ſicco corporis affectu ea vtitur, poteſt madorem vtilem ſolidis partibus immittere. Tertia balnei pars poteſt vbi quis frigida vtitur, & totum corpus refrigerare, & cutem denſare, & carnes firmare. Quarta verò corpus per ſudores citra refrigerationis noxam euacuare*. Audi modò quibuſnam conducant affectibus, quibus verò non. *Ac vacuatio quidem excrementorum omni febricitanti eſt vtiliſſima, pari modò, & rarefactio, & relaxatio, fuſio tamen, & calor non item, ſed calor omni febricitanti eſt inimicus, quando refrigerari, non calefieri febrium affectus poſtulat*. Ex tua igitur theoria innoxium ſemper eſſet aquę lauacrum febricitantibus, attamen ſecus rētur Galenus, cuius hæc ſunt. *Tranſeamus modò ad ſecundam eius partem, quæ erat id, quod maximè propriè lauacrum vocant. Ergo in hac, ſicut ex humectatione iuuantur, ſic ex calore nihil illis commodi accedit*. Accedere verò par erat, ſi ab aqua, tanquam vniuoco efficiente abundè refrigerantur. Hæc deponunt accerſiti à te Medici.

Aduerſarius.

Et vt ignis agit Ariſtoteli, & aqua, non quatenus ignis, & aqua, ſed quatenus ille calidus eſt, hæc vero ſicca, ita planè aqua agit quatenus frigida eſt.

Auctor.

Vel rem non aſſequor, vel Aduerſarius veritatem minimè aſſequitur. Ille ſiquidem totus in hoc eſt, vt probet, remotis etiam actualibus qualitatibus, operari nihilominùs elementa, & vniuocè concurrere ad nouæ qualitatis generationem.

Con-

Conſtituit verò, ni fallor, ſic ratiocinium. Aqua actu calida omniq; actuali frigiditate priuata, tum potu, tum balneo, corpora noſtra, noſtrumq; temperamentum refrigerat: (quod tamen illi maximè erat cauendũ, qui temperamentum credit contrarij neſcium, immune ab actione, & paſſione, intẽſionis, & remiſſionis expers: ſed huiuſmodi refrigerationis nullum aliud agens præcipuè agnoſcunt, quam frigiditatẽ, itaq; aqua actu calida refrigerans, habet in ſe neceſſariò habitualem frigiditatem, qua operatur, veluti ſui formam ſubſtantialem &c. Maior nullo fulcitur adminiculo. Minorem communit non iniuria, vt quæ omnium aggreſſionibus ſit expoſita. ac primò, ſiquidem ab aqua ſunt, non vt ab agente æquiuoco, ſed vt ab vniuoco. Secundò, quod nunc examinamus, *& vt ignis agit Ariſtoteli &c.* Præter verò, quæ ſuperiùs notauimus de vniuoco refrigerationis efficiente, illud inſuper ſuſpicamur, malè nunc diſtinguere Aduerſarium homonymum à ſynonimo, quum in primo ſola attendatur nominis ſimilitudo, in altero nominis atq; rei. Si refrigeratio, quæ illi accidens, à frigida cauſa procedit, quæ forma, & ſubſtantia, homonyma proinde, non ſynonima erit; quod ſi cõtendat eſſe ſynonimam, non igitur erit illa ſubſtantia, verùm purum, putumq; accidens, quod & ſuperiùs notabamus.

in Epitaſi Altera verò probatio, quæ excerpitur ex Ariſtotele lib. de ſenſ., & ſenſ., erronea eſt, atq; vacillat. alibi dabitur occaſio, & facultas ponderandi Præceptoris mentem. Quantùm verò eſt è re præſenti, in textura dupliciter labitur: primò quidem dum habet, *non quatenus ignis, & aqua, ſed quatenus ille calidus eſt, hæc verò ſicca. Terram,* non aquam ibi poſuit Ariſtoteles, quod ſi permiſero aquam te ſubſtituere, non patiar tamen ſiccam te illam dicere, quæ humida prorſus eſt. Licet verò condonem hæc humanæ imbecillitati, non eſt tamen quod permittam denuò te labi impunè, qui ex induſtria nunc laberis: habet verò Ariſtoteles. *Quà igitur ignis, & quà terra, nihil natum eſt agere, vel pati, nec aliud quicquã, quà autem ineſt cõtrarietas in eis, hæc omnia agunt, & patiũtur.*

vide

vide proinde quàm diſtent tua ab Ariſtotelicis. Attexe modò probationẽ informem. Vt ignis agit, & terra, non quà ignis, & terra, ſed quà ineſt contrarietas in eis, ita planè & aqua. Elicies tandem præter inſtitutum, aquam tunc agere per cõtrarietatem, quod tibi perquàm aduerſum, qui cenſes tuas habituales opponi tantùm ſecundum habitum, & priuationem. Sed confice vt lubet, non enim meliùs cedet. Subſtitue contrarietati frigiditatem, concludes, puto, quin concludis.

Aduerſarius.

Ita planè aqua agit, quatenus frigida eſt.

Auctor.

Ex producto Ariſt. teſtimonio ijs attexe: Sed quà ineſt cõtrarietas in eis hæc omnia agunt, & patiuntur, ergo quà frigida habet contrarietatem. vide proinde, quod te inuito, *in contrarietatem* tandem incideris. Quapropter, vel tuæ *habituales*, & aquæ illa frigidas non agent, vel ſi agunt, poſitiuum habent contrarium, non priuatiuum, quod tu cenſebas, neq; operationem principium, & refrigerationis aquæ præſertim, quod nunc contendebas. Illud interim ne ignores, ex producto Ariſt. teſtimonio deijci penitùs *habituales tuas* è ſubſellio formarum ſubſtantialium, quod ſuo loco audies.

Aduerſarius.

Itaq; aqua actu calida refrigerans, in ſe neceſſariò habet habitualem frigiditatem, qua operatur, veluti ſui formam eſſentialem, præter actualem ab habituali prodeuntem.

Auctor.

Vitio dant Logici, ſiquid contineat concluſio, quod non fuerit in præmiſſis. Inferre verò ſic ex arte licebat. *Igitur aqua actu calida refrigerans, in ſe neceſſariò habet frigiditatem.* quod nulli graue fuiſſet admittere. quid igitur addis *habitualem frigiditatem?* necnon *quà operatur, veluti ſui formam ſubſtantialem?* vide proinde quomodo tantus euanuerit apparatus.

Aduer-

Aduerſarius.

Præterea forma ſubſtantialis præſens neceſſaria eſt ipſi compoſito: quare ſi vicemgerat formæ ſubſtantialis qualitas actualis in elemento, elementum abſq; illa ſuperſtes eſſe non poterit: hoc autem falſum eſſe &c.

Auctor.

Corruit vniuerſa hæc machina, quæ nitebatur falſo ſuppoſito anteactæ probationis. improbabile namq; oſtendimus exui aquam omni frigiditate, propria illius ſubſtantia adhuc ſuperſtite.

Aduerſarius.

Qualitates actuales demum nō eſſe accidentia, quæ omnium maximè occultam elementorum formam nobis aperire, ac circumſcribere poſſunt, inde patet, quia formam elementi longè magis indicare poſſent qualitates motrices &c.

Auctor.

Tertium tandem ſibi propoſitæ diuiſionis impugnat membrum Aduerſarius, quod nēpe qualitates actuales nequeant aptè circumſcribere formas elementorum: quod vt præſtet, corradit, quæcunq; conferunt paſſim Auctores, dum confirmant dignitatem qualitatum motricum. Qua in re nulli non aduerſatur noſter Aduerſarius: Motricum fautoribus, quòd hi abſolutè grauitatem, & leuitatem elementorum formas cenſeant: Latinis verò apertè, qui circumſcribi aptè aſſeuerant per qualitates actiuas formas ipſas elementorum. Mirum verò eſt haud ſecuiſſe illum etiam qualitates motrices *in habituales, & actuales*, quum actus grauitatis à grauitate diſtinguatur. Quod ſi nullam inde agnoſcit diſtinctionem à parte rei, cur non & pariter in actiuis? & quod deteriùs, dum circumſcribentibus formas elementorum per qualitates actiuas aduerſatur, imprudens ſubſcribit, armaq; miniſtrat motricum fautoribus. Præter id, quod ſi *habituales*, quas nunc introducere ſatagit, ſunt formæ, actus primi, & cauſæ, actuales verò proprietates, actus ſecundi, atq; effectus *habitualium*, quî poterunt aptiùs circumſcribi formæ elementorum,

rum, quàm per ſuas proprietates, actus ſecundos, atq; effectus: præſertim, quum Aduerſarius ius omne prioritatis collaturus mox ſit in motrices. Opportunum verò tandem eſt hominis conatus experiri.

Aduerſarius.

Tum quia motricibus nunquam ſpoliari poteſt elementum, vt alteratricibus.

Auctor.

Pernegant omnes vnanimes, poſſe alteratricibus exui penitùs elementa. Non diffitentur tamen labefactari illas: quæ conditio perquàm neceſſaria eſt, earumq; naturæ intima, vt *ex ijs omnia fiant.*

Aduerſarius.

Tum quia motu, & motrice qualitate neutra nuncupata vſus eſt Ariſtoteles ad indagandam naturam formæ, ac eſſentiæ cæleſtis occultæ.

Auctor.

An Cæli conſtant ex noſtratibus elementis? quod tamen neceſſe erat, ſiquid tua hinc deducta ratio, poterat habere ponderis.

Aduerſarius.

Tum quia natura elementi primariò inſtituta eſt ad conſtitutionem vniuerſi, ſecundaria quadam ratione ad miſtorum prouentum.

Auctor.

Reſponſio eſt, quòd quando in ordine ad mutuum conflictum, & miſti generationem ſpectātur elementa, tunc aptè, atq; concinnè eorum formę per qualitates primas circumſcribuntur. At verò ſi quatenùs dicunt ordinem, & ſublunarem complent plagam non abſq; certis, definitiſq; ſibi locis quò properant per motum à medio, vel ad medium, forſan aptiùs per grauitatem, atq; leuitatem formas elementorum notari: quæ res facit, vt Alexander vacet ab inconſtantiæ crimine. Caueat verò Aduerſarius ne malè ſibi cedat illud *primariò* peruersè acceptum: nam qualitates alteratrices ori-

1. de P. Al. c. 1. gine priores ſunt Ariſtoteli. *Humiditas enim, & ſiccitas, & caliditas, & frigiditas materia corporum ſunt compoſitorum: cætera autem differẽtiæ eas ſequuntur, vt grauitas, leuitas &c.* Quid, ſiquis illud *primariò* controuertat? Nam elementa ſunt, & ad ornatum vniuerſi: nempe vt ex mutuo illorum conflictu, caduca natura, quoad poteſt, æternæ fiat æmula.

Aduerſarius.

Quum autem conſtitutioni vniuerſi deſeruiant elementa, vt grauia, & leuia, prouentui verò miſtorum, vt calida, frigida, humida, & ſicca, proinde grauitas, & leuitas formam elementi magis indicare poſſunt, quam actuales qualitates alteratrices.

Auctor.

Vniuerſum non ex ſolis conſtituitur elementis, & quinta eſſentia, verùm & ex miſtis, iiſq; animatis, vel anima carentibus, ni tamen hæc exiſtimes eſſe præter Vniuerſum. Alter lapſus eſt, quod qualitates primæ, etſi non tantùm *prouentui miſtorum*, quod tu credis, verùm & mutuæ ſimplicium, primorumq; corporum generationi, corruptioniq; dicentur, ea de cauſa ad nobiliorem dirigũtur finem, ſubſtantiam nempe, quam quidem attingunt *verè* ex Græcorum ſententia *diſpoſitiuè* verò tantùm, ex Latinorum mente. At grauitas, & leuitas nonniſi *motum, vbi, vel ſitum eſſe*: quapropter longè ignobiliores primis qualitatibus ſunt. Si quid verò conuinceret totum argumentum etiam liberè admiſſum, illud tantùm ſuaderet, quòd grauitas, & leuitas in ordine ad Vniuerſum, ſcilicet, prout dicit partium ſeriem, non naturam intimam cuiuſcunq; conuenientis, meliùs circunſcribant formas elementorum: quod forſan induxit celebres Auctores, vt formæ titulo illas honeſtarent.

Aduerſarius.

Tum demum, quia natura priores ſunt in elementis qualitates motrices, ac proinde propinquiores formæ alteratricibus.

Auctor.

An datur, quid prius primo? qualitates verò elementares, calidum, frigidũ, &c. primas vocari ab Ariſtotele, quis ignorat?

art? falſum proinde eſt, quod Aduerſarius aſſumit. Origine priorem eſſe calorem leuitate: quis ambigit natura? quando ille, vel ſubſtantia, vel terminetur in ſubſtantiam, hæc verò ad vbi. Quod etſi natura priores eſſent, non tamen quicquid natura prius, nobis eſt prius. *Non enim ſunt eadem nobis nota, & ſimpliciter. quapropter neceſſe eſt ad hunc modum procedere, ex immanifeſtioribus quidem natura, nobis autem manifeſtioribus, ad manifeſtiora naturæ, & notiora*. Quum igitur grauitas, & leuitas poſteriores ſint origine, & natura qualitatibus alteratricibus, iuremeritò circunſcribetur formæ elementaris indoles per has magis, quam per motrices: præſertim quum à ſenſibus pendeat noſtræ cognitionis tyrocinium, non dubia verò ſit primarum actio in ſenſum, ſecùs quàm motricibus contingat. 1. Phyſ. t. 2.

Aduerſarius.

Vnde placitum illud effluxit, in generatione quoduis elementum acquirere tantum de loco, quantum de forma.

Auctor.

Alterum agnoſcit placitum antiquius, atq; ſuperius, nempe, *non dans formam, dat etiam omnia conſequentia formam*. Inter verò conſequentia formam, quamquam ea minùs manifeſta nobis ſint, quæ ſenſum non omninò laceſſunt, ad vberiorem tamen doctrinam, reiq; euidentiam factum fuit, vt loci proponatur indicium, non dubijs tamen primis qualitatibus, quæ ſenſuum criterio nouæ aduentantis formæ certiſſimi dicũtur prodromi. Expectabis ne vt cathedra auolit, priuſquam illam igneſcere credas? an verò tactus criterio edoctus, præuenies ridiculam coniecturam? Et quod obiter notem, effatum illud non adeo perpetuæ eſt veritatis, quin ſecùs doceat experimentum. Nam aquæ vapor, qui aſcendebat, mox oppoſito obijce, deſcendit, nulla formæ ſubſtantialis portione contracta, vel deperdita. Deſidet ignitum ferrum, non ſecùs àc priuſquam igneſceret. Quòd ſi tantùm acquirit de forma, quantùm de loco id quod generatur, quod verò mouetur in tempore mouetur, eſtq; diuiſibile, dubio procul forma

ſubſtātialis diuiſibilis per te erit, perq; partes acquiretur, & in tempore. Quàm verò congruant hæc tuis placitis, tu te iudica, qui aliquandò profeſſus es, *formam ſubſtantialem conſiſtere in indiuiſibili*.

Dial. Mulc.

Aduerſarius.

Sed & rationi conſentaneum eſt elementa priùs ea qualitate inſigniri, qua concernit integritatem vniuerſi, quam ea, qua miſtorum prouentum.

Auctor.

Ni ordinem Vniuerſi peruerteris, & poſterius ſit cauſa ſui prioris, haud puto hoc *rationi conſentaneum* te introducturū intra Sophiæ lares. Sat conſtat igitur ex Ariſt. qualitates motrices origine poſteriores eſſe alteratricibus: has profectò & natura priores ſiquis dixerit, conſentiet Præceptoris theoriç.

2. de G. C.

5. Metap. *Alia verò ſecundum naturam, & ſecundum ſubſtantiam, quæcunq; contingit eſſe ſine alijs, & alia non ſine illis.* Quapropter aptiùs circumſcribetur formarum elementarium natura per qualitates primas, quam per motrices, ſecùſquàm credebat Aduerſarius.

Aduerſarius.

Itaq; præter qualitates actuales in elementis, neceſſe eſt ineſſe habituales, quæ ſint ſubſtantiales formæ, differentiæq; elementorum conſtitutrices.

Auctor.

Quæ neceſſitas nos adiget ad hoc fatendum? vel vnde infers hanc tuam concluſionem è proximo? audi. Ineptiores ſunt ad circunſcribendum elementorum naturam alteratrices motricibus, igitur *præter qualitates actuales, neceſſe eſt ineſſe habituales*. nihil minùs: ſat namq; eſſet, ſi per motrices illud aſſequereris. Verùm ſi formam expetis, cur non & in ijs qualitatibus conſiſtis cum Alex., & Auer.. *Innominata* præterea Latinorum præſtò erit, vel Græcorum *Syndrome*, ſeu collectio.

Aduer-

Aduerſarius.

Deinde quemadmodum ſe habet temperamentum in miſtis, ita qualitates primæ in elementis.

Auctor.

Vtrobiq; ſunt accidentales formæ, tum primæ qualitates, tum Temperamentum: ſiquid præter hæc extorquere à nobis intendis, age, fare.

Aduerſarius.

Sed in miſtis ſunt duo genera temperamenti, quorum alterum eſt ſenſibile, nimirum qualitas conſurgens ex miſtione qualitatum actualium, alterum verò inſenſibile, nempe forma conſurgens ex vnione qualitatum habitualium.

Auctor.

Vniuerſus hic progreſſus fictitius eſt, commentitius, atq; falſus, meritò proinde à quouis Peripati aſſecla negabitur. Nam præterquamquòd inaudita eſt primarum qualitatum portentoſa diuiſio *in habituales, & actuales*, dariq; aliquid ex elementis immediatè dependens, quod ſenſibile non ſit, illud maiores adigit Aduerſarium in anguſtias, quod Temperamentum, vel ſit forma ſubſtantialis miſti, vt ille cenſet, paſſimq; tradit, vel quid conſequens, atq; dependens à tali forma, certo certius eſt vnicum tantum eſſe debere, nō duplex, atq; varium. Sic progrediar. Si Temperamentum eſt forma ſubſtantialis miſti inanimis igitur vnicum, non duplex eſſe debet. probo illationem; ſecùs non vnicum eſſet miſtum: quum forma non minùs cauſa ſit vnionis, quàm actus diſtinctionis. Quodſi horum alterum *accidens* dicat per reſultantiam à priori emanans; redolere proinde debet ſui principalis indolem, at quomodò emanat actuale temperamentum frigidum ab habituali calido? An non audiens es Auerroi, qui habet. *Actus eſt conſequens ipſius formæ, & vmbra eius. Habituale* vini temperamentum calidum eſt, *actuale* frigidum: quomodò calidum frigidum per ſe generat? ſiccinè orta ſuis atteſtantur principijs? Vlteriùs monet nos Them. *Nam ibi habitum eſſe neceſſe eſt, vbi ſit actus.* In vino igitur erit tempera-

in Paph. p. Phia tr. 3.

2. de Anima t. 5.

peramentum habituale frigidum, ſi actuale non diſſimile fateris: immò ſimul, & ſemel præditum erit vinum habituali temperamēto calido, & frigido, ac proinde duplici, mutuoq; oppoſita forma ſubſtantiali ornabitur. Audi. calens vinum, à quo refrigeratur? non aliud, puto, cauſaberis, quàm ſubſtantiale Temperamentum frigidum. Erit igitur vinum calidum, & frigidum, addas humidum, & ſiccum. Egregia ſpeculatio, mirumq; *Inuentum*.

Aduerſarius.

Ergò in elementis præter qualitates actuales ſenſibiles, reperitur qualitas habitualis, quæ forma eſt eſſentialis.

Auctor.

Hoc vt negamus, ſic liberè fatemur, atq; cōcedimus, quòd ex tuo progreſſu, omnia eſſent in omnibus, idemq; eſſet, & eodem tempore, calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, dupliciq; forma ſubſtantiali non ſubordinata inſigniretur; nomine vnum eſſet, re autem plura. hæc verò nulla neceſſitate cogimur, vt admittamus, præſertim adhuc controuerſa altera tuarum præmiſſarum, quam modò probare contendis.

Aduerſarius.

Proportia euidens eſt, eo quia nihil eſt in miſto, quod non pendeat ex elementis.

Auctor.

Noui quid ſit *proportio*, quid *proportia* ignoro. proſequar proinde, quod mihi non ignotum. Elementa ſunt materia proxima miſti, quo in genere cauſæ, ſi proportionem admiſero, parùm tibi ſuccedat commodi: nam quæ virtutes, vel potentiæ fluunt à miſto: illud omne propriæ formæ acceptum referunt. Nimis proinde vagatur tua illa enunciatio, *nihil eſt in miſto, quod non pendeat ex elementis*. Quanti pendes tu illud *pendere?* pendet forma ſubſtantialis à præuijs diſpoſitionibus, accidens à ſubſtantia, forma à materia, quæ *ſubiectum primum*, habent tamen illa proprium peculium, non ſecùs ac miſtum, quod extra tuum *nihil* plurima lucrifecit beneficio domeſticæ formæ. Hanc verò longè diuerſam agno-

ſcimus

ſcimus nos ab elementorum natura, quod vel præſtantiores eius operationes ſuadere cuilibet ſedulo ſcrutatori, potis ſunt. Verùm neq; Temperamenti fautores tuæ ſubſcribunt ſententiæ; quandoquidem Galenus loquens de elementis, euidenter hæc habeat. *Quod ſi ea multifariùm varientur, transmutentur, & alterentur, poterit tunc in compoſito aliquid ſuboriri, quod ab ijs, quæ prius in primis illius elementis reperiebatur ſit generis diuerſi.* Sic euanuit tuæ proportionis conatus. *1. lib. de elementis*

Auctor.

Miſtis verò duo hæc Temperamentorum, ſeu qualitatum genera reperiri manifeſtiſſimè inde patet, quod plerunq; temperamenta hæc. qualitateſue contrariantur ad inuicem.

Auctor.

In miſtis diceret mediocris Grammaticus. haud dixerit tamen *contrariari*, verùm *aduerſari*. Neutrum bonus Philoſophus; non enim contraria ſunt, quæ generatione differunt, ſed diuerſa; eaq; de cauſa neq; aduerſantur ſibimet, pugnamue committunt. Si *Habituale* tuum *Temperamentum* eſt ſubſtantia, *actuale* accidens, quam contrarietatem tibi fingis? Atſi contraria ad inuicem, ſub eadem igitur generatione, non *duo Temperamentorum, vel qualitatum genera*. Quis prohibet ne confligant, vel vnum alterum ſuperet, aut nouum poſt mutuos ictus iaceant fœdus? præſertim cum eodem ſpatientur in domicilio. Experiamur attamen tuæ confirmationis robur.

Aduerſarius.

Nam Oleum ſulphuris, & chalchanti, & aqua vitæ nuncupata, vinumq; ipſum, habent temperamentum actuale, qualitatemq; ſenſibilem frigidam, & humidam. at verò quis neſciat ijs ineſſe Temperamentum habituale à prædominio igneum, calidum, & ſiccum.

Auctor.

At neſcimus nos, & aliud ijs eſſe Temperamentum, præter ſenſibile, quo neceſſe eſt tibi fateri denuò vinum refrigeſcere

poſt

poſt calefactionem, vel duplex continere *habituale Temperamentum*, non *actuale* vnum, *habituale* alterum, quod inſinuare perperàm tentas. Rarum erit, quod calido ſimpliciter præpolleat frigidum, actiuaq; vis pollentior ſit in frigiditate, quàm in caliditate, vtpote quæ, neq; fota, neq; promota, propriæ materiæ dominari queat, vixq; ſuo promotore orbata, proprijs è ſedibus ſtatim concedat, ditionemq; aduerſario cedat. vide quantis te mancipes abſurdis. Quid ſi ego præter tuam credulitatem oleum Sulphuris, & Chalcanti, non *Chalchanti*, haud ignea dixero? neq; *calida*, & *ſicca*, verùm non dubia frigiditate prædita? Præter verò ſenſus criterium, quod primo loco tibi obijcio, tuq; non negas, ſi rationem implores auxiliarē, quę alterū eſt inuentionis inſtrumentum, audies, orta ſuis debere attextari principijs: Vitriolum verò, ex quo oleum extrahitur, frigidum eſt; frigidum proinde erit, & oleū extractum. Nunc me tibi fingas nulli Scriptorum audientem, non obaudientem attamen, quod mox experieris. Tuis igitur vtamur coniecturis è qualitatibus motricibus petitis. recludatur pixis, vbi olea illa continentur, obſerua labentem eorum guttam, aſcendet, ſi ignea, deſcendet, ſi terrea, atq; frigida, quod ego arbitror. Inſuper Vitriolum ſal eſt, ſal vero, terræ eſt Ariſtoteli. Amplius, acidiſſimo ſapore præditum eſt vtrumq; oleum, acidum verò à frigore procreari, non dubitat Galenus. Si ſpectes Vitrioli opera, refrigerat, adſtringit, Eriſipelati, Sacroq; igni per te medetur: combuſtis verò operā ferre nouerunt, vel mulierculæ, quæ ſcriptorio atramento vſtum membrum fædant ſtatim, atq; refrigerant. Separant eo periti à Vitriolo Sulphur Narcoticum, ſomno conciliando nunquam ſatis laudatum auxilium. Quæ verò à nobis audiſti de oleo Vitrioli, eadem & nos de oleo Sulphuris dicere puta, quod à proprio Vitriolo elicitur, vt norunt Artis filij. Vrunt acida, vrunt & frigida, mordent vtraq;; vrunt verò præ partium tenuitate, quibuſcū conſiſtunt. Verùm enimuerò, neq; vinum, neq; tua aqua vitæ inſalutata abibit. His tu *actuale* aſſignas *Temperamentum*,

4. Meteor. *4. Simpl. c. 12.* *4. Simpl. c. 2.*

tum, qualitatemq; ſenſibilem frigidam, & humidam, habituale verò igneum à prædominio, calidum, & ſiccum, agè dic nobis, ecquis induxit, fouetue in præſens frigidum, & humidum vini Temperamentum actuale? vel enim ab hoc igneo habituali pendebit, vel ab alio habituali frigido, & humido: hoc verò, vel violenter, vel naturaliter vini ſubſtantiam ſic afficiet. Frigidum à calido per ſe fieri, impoſſibile, nam *calidi eſt calefacere, vt frigidi infrigidare*, præſertim verò in effectu eius conditionis, qui impediri nequit: nam ex tua doctrina habemus, oriri illum per emanationem à primis qualitatibus. At nil ſine cauſa fit; Erit ne igitur vinum violenter frigidum, & humidum? Verùm ediſſere nobis, cur tale perſeueret, præter violenti mores? indica quis violentiam inſerat. Nam quantùm obſeruauimus, dum calore externo incaluit vinum, ſi remoueas agens, ſtatim antiquam induit frigiditatem. Erit igitur frigiditas, & humiditas in Vino per habitum, caliditas, & ſiccitas per affectionem, vel ex Galeni coniectura, etiam per accidens. Intrinſecum igitur habet ſuæ frigiditatis, atq; humiditatis conſeruatorem, hoc verò nullum aliud eſſe poteſt, præterquàm Temperamentum habituale à prædominio frigidum, & humidum. Vinum igitur, vel tale erit *Temperamento* etiam *habituali*, quod tu minimè credebas, vel duplex tibi in vino ſtatuendum eſt *Temperamentum habituale*, duplex *actuale*, eaq; inter ſe oppoſita. Vinum proindè monſtrum erit quadruplici temperamento coagmentatum, non minùs deſpicabile, quàm illud Venuſini Vatis, quod tandèm

Spectatum, admiſſi riſum teneatis amici.

Meditare interim hæc, dum tui lapſus ſciſcitor originem.

Quid ſit Medicamenta, vel Alimenta eſſe potentia calida, vel frigida &c.

DIuertis adeò tu in re perquàm euidenti ab Scriptorum placitis, vt & nos diuertere parumpèr coegeris ab inſtituto, necnon à breuitate perquàm ambita. Confundis, vt video', faciſq; ſynonima, *virtute tale*, & *poteſtate*, hincque deteriori lapſu, deteriorem *poteſtatis* ſignificationem ſequutus, delegas formam ſubſtantialem virtutis huiuſce ſeruitio, veritus forſan, ne abſq; numine ſuo tutelari, frigeant expectata diu caliditatis opera. Secùs verò ſenſerunt, qui *poteſtate calidum* dixere *Vinum*: quod vt percipias, altiùs repetito principio, excipe ſumma attentione, quæ Galenus communi eruditioni, tuæq; præſertim, conſulens, monuerat te primo in limine 3. *de Temp.*. *Reliquum eſt*, inquit, *vt de his, qui talia poteſtate ſunt diſſeramus, ſi tamen prius explicuerimus, quid ipſo poteſtatis nomine ſignificetur. Eſt autem breuis eius, & facillima, & clara explicatio. Quippe quod quale dicitur, tale nondum eſt, ſed poteſt tale eſſe, id hoc eſſe poteſtate dicimus: hominem v. g. qui modò natus fuit rationalem, & auem, volatilem, & canem, venaticum, & equum celerem: ſcilicet quod eorum vnumquodq; futurum omninò eſt, ſi nihil id extrinſecùs impediat, hoc ceu iam id ſit appellantes: vnde, arbitror, hæc eſſe poteſtate, non actu dicimus. Perfectum namq; aliquid eſt, ac iam præſens ipſa energia, ſiue quod actu eſt: quod verò potentia eſt, imperfectum, & adhuc futurum, atq; vt fiat quidem id, quod dicitur, veluti habile, non tamen adhuc eſt. Siquidem, nec infans rationalis iam eſt, ſed talis futurus: nec, qui modò editus eſt canis, iam venator, qui ſcilicet adhuc non videat, ſed qui venari queat, ſi ad iuſtum perueniat incrementum, ſic nominatur. Ac maximè quidem propriè ſola ea poteſtate eſſe dicimus, in quibus natura ipſa ſuopte impetu ad abſolutionem venit, vtiq; ſi nihil ei extrinſecùs impedimento ſit: præterea, quæ-*

quæcunq; fientium (vt ſic dicam) continentes materiæ ſunt. Iam igitur habes, quid ſit poteſtate eſſe tale, quem actum obtinuerit, imperfectum, nempe, mox perficiendum à determinato agente, in animalibus præſertim; quod quale ſit, audi ex eodem rurſus Auctore. *Quippe alio genere caleſit is, qui ab igne, vel Sole intepeſcit, alio is, qui à prædictorum quouis medicamentorum: illa namq; actu ſunt calida, medicamenta nequaquàm: itaq; nec calefacere nos valent priùs, quàm actu talia fiant: ac quod actu talia ſint, id à nobis accipiunt, veluti ſicci calami ab igne.* Tu verò perfectum ſupponis actum, quem dicis *Temperamentum habituale*, proprijs mox viribus in operationes, quas per emanationem efficit, erupturum; ita vt nulla ſit in eo potentia paſſiua, ſed actiua tantùm: vtrumq; verò placitum, præter Galeni mentem, vt audiſti, moxq; audies. Verùm neq; illud te ignorare fas eſt, quod habet idemmet Galenus in calce eiuſdem libri, *eſt enim ex ijs, quæ ad aliquid referuntur, quicquid poteſtate dicitur.* At verò tu *igneū à prædominio* vinum, eiuſq; ſpiritum dudùm dixiſti; actu igitur, non poteſtate talia ſunt, ni poteſtatis nomine abutaris: dicitur enim poteſtas propriè, quæ actui opponitur, impropriè, quæ ei, quod per accidens Galeno doctore. Iam hoc conuici; aliud eſt, quod intendo. Si *ignea à prædominio*, igitur calida abſolutè illa agnoſcis, non collata ad animalis corpus, non igitur poteſtate talia, ſed actu. Quantùm verò decipiaris in poteſtatis genere, monet ex officio Galenus. *Ac quicquid quidem poteſtate calidum eſt, huic nondum in natura ſua calidum frigiditati præpollet, ſed in propinquo eſt, vt præpolleat, adeò vt breuem operam, quò vincat, extrinſecùs requirit.* Quę ſubſequenti cap. perquàm euidenter confirmat, dum verba faceret de ſulphure, & liquido bitumine. *Ergo omnia id genus medicamenta perfectè calida adhuc non ſunt, aptiſſima tamen, vt calida fiant* (nota paſſiuam tantùm poteſtatem) *atq; idcirco poteſtate calida dicuntur.* Quæ omnia è diametro tuis opponuntur, tuamq; doctrinam oppugnant. Fruſtra proinde qualitates primas duplicare tentaſti in elementis,

l. c. *c. 6.* *lib. cit.* *3. de Tp. c. 1.* *c. 2.*

miſtorum non ſano exemplo.

Aduerſarius.

Deinceps aqua calida epota, & in corpus viuentis nunquàm actu refrigerata mirificè corpus animalis refrigerat.

Auctor.

Duo lucrifecimus ex tua tautologia de aqua calida, quam rurſus proponis: primùm, quòd illa *nunquàm in corpore viuentis actu refrigeratur*; mirum eſt plantas, ſi tamen tibi viuẽtes, occultam hanc vim obtinuiſſe perpetuò calidam aſſeruandi, compendio rei familiaris, ne dicam culinariæ, & ſeruilis. Verùm *niſi actu nunquàm refrigeretur*, quî fit, vt refrigeret, *ſi omne agens agit quatenus eſt actu*, quod dudùm fatebaris. Quod Numen te monuit, hanc *nunquàm refrigerari? & mirificè corpus animalis refrigerare?* At ſecummet, non minùs hæc pugnant, quam cum euidentia. Non omninò calida eſt aqua, vt audiſti ſuperiùs, tepida aſſumitur, tepetq; vlteriùs in ſtomacho: calefacit quouſq; durat in ea calor, nunquàm frigefacit *mirificè*, quin neq; mediocriter, ni deponat aſcititiam qualitatem.

Aduerſarius.

Quomodò ergo frigiditatem in corpore procreabit aqua non actu frigida, ſi frigiditatem non habuerit habitualem, quæ ſit forma, & principium operandi.

Auctor.

Antiquæ tuæ hæſitantiæ, non abſq; nauſea à te modò repetitæ, iam ſatisfactum aliàs exclamant Græci, & Latini: quamquàm hi ſuas elementorum formas *innominatas* ingeminant, atq; è tentorijs educunt; harum præſentia exterritæ ignauæ tuæ habituales, fugam meditantur, atq; capeſſunt.

De

De Suctu Fœtus in Vtero.

NON importunè ventilauimus Aduerſarij ſententiam *de Suctu Fœtus in Vtero*, eamq; redarguimus in cap. 12. noſtræ *Phyſicæ Lactis Analyſis*. Diſſimulauit ille cenſuram, vel manus victori dedit penitùs, ſed clanculùm. Quapropter æquum eſſe duxi, carioſum hoc placitum Democriti, & Epicuri fulchris perperàm elatum, deprimere, inq; præceps dare, ne fucum cuiquam faciat in poſterùm. Audiamus, quæ communi Sophorum ſententiæ opponat Aduerſarius.

Aduerſarius.

Adde, quod falsò aſſumitur, fœtum toto eo tempore, quo in vterò permanet, nutriri ſolùm per vmbilicum. lib. 1. de o.a.h.c.44

Auctor.

Par eſt, quòd tu Summus Dictator, & qui iuridicundo vltroneus præes in re Litteraria, enuclees nobis, quæ ſint ſtata illa tempora, quibus nutritur, vel non nutritur fœtus per vmbilicum, & *eris mihi magnus Apollo.*

Aduerſarius.

Nam etſi primis quadraginta diebus à conceptione fœtus humanus, veluti maſſa carnis indiſtincta, & informis.

Auctor.

In primis Ariſtoteles, cui boni omnes ſubſcribunt, docet fœtum circa quadrageſimum diem moueri; findi quinetiam hoc tempore, *cùm ante caruncula informis conſtaret*; non igitur *in primis quadraginta diebus eſt veluti maſſa carnis indiſtincta*. Adde, quod abortus dicuntur, qui intra quadrageſimum, quoniam fœtus abſolutus iam eſt, quod experimēto cōſtat. Namq; *mas, qui quadrageſimo die exierit, ſi in quoduis aliud mittatur, diffunditur, atq; aboletur: ſed ſi in aquā frigidā, cogitur, conſiſtitq;, veluti in membrana, qua rupta, fœtus ipſe apparet magnitudine formicæ maiuſcula, et mēbra iam inde diſcreta; tum cætera omnia, tum genitalia conſtant, & oculi,* 7. de hiſt. al. c. 3. l. c.

quem-

quemadmodum in cæteris animalibus, prægrandes. Quòd niſi audiens ſit Aduerſarius, & Ariſt., & experimento, ſaltem
cir. m. Theologis, ſibiq; met non refragetur in cap. eodem, dum habet. *Tandem adhuc vlteriùs, puta quandò corpus eſt plenè organizatum, & abſoluta eſt actio generationis, putant die quadrageſima Theologi noſtri, vel paulò poſt, recipere animam rationalem, quæ eſt ſpecifica, & propria hominis forma, atq; ideo finis, ſeu terminus in generatione fœtus humani: homo autem non ſemper eſt in fieri, dum in vtero permanet, ſed perfectus eſt poſt quadraginta dies, inde verò in vtero permanens, ſolùm vt roborentur, ac firmentur tenella membra illius, quominùs lædantur ab iniurijs externis ambientis*. cur ſuppreſſiſti, *& augeantur?* præ feſtinantia ne præcipitis calami?

Aduerſarius.

Non poſſit, niſi per venas, more partium ſimilarium, ſibi alimentum trahere, ac nutriri per tertiam coctionem tantummodò.

Auctor.

Quid? fœtus ne tot organis inſtructus, eſt tibi pars ſimilaris? Haud percipis, credo, te iam ſubſcribere repudiatæ olim, atq; in præſens ſententiæ, quod fœtus pars ſit matris? his enim ſola indulget coctio tertia. Vt vt ſit, certiſſimum illud eſt, quod etſi fœtus cancellis adhùc concluſus, alatur puriori materno ſanguine, eoq; in Vterino Hepate perquàm elaborato, nihilominùs duæ illæ venæ vmbilicales, quæ in ſciſſuram iecoris terminantur, illùc maternum ſanguinem deuehunt, vt per nouam coctionem ſanguis ille alendo fœtui fiat idoneus, cuius à temperamento, atq; ſubſtantia plurimùm diſtat. Duæ igitur, non vnica perficitur coctio in infante, neq; nutritur per tertiam coctionem *tantummodò*: ſed obſeruemus progreſſum.

Aduerſarius.

Dum tamen procedente tempore in ipſo iam grandiori membra, & organa omnia humanæ naturæ neceſſaria efformata fuerint, atq; ideo, tum vberiori, tum elaborato magis refrigerio, & alimento ipſi opus fuerit, quàm id ſit, quod per vmbilicum trahit.

Auctor.

Auctor.

Non eſt quod vlteriùs progrediatur Aduerſarius tam mala merce onuſtus. Verùm neq; vnicum eſt, quod cenſuram meretur. Refractarius es Ariſtoteli, primùm circa tempus formationis, quam aſſequitur fœtus in vtero, vt audiſti; quin Magno Hippocrati, quem audire te modò par, æquumq; exiſtimo. habet enim; *primùm etenim poſtquam genitura in vteros peruenit, in ſeptem diebus habet, quæcunq; corpus habere debet. Mirari autem quis poſſit, quomodò ego id ſciam. Verùm multa vidi ego hoc modo. Meretrices publicæ, quæ ſæpius de ſe ipſis periculum fecerunt, vbi cum viris rem habuerint, ſciunt quando in ventre concipiant, & poſtea conceptum intra ſe perdunt. Poſtquam autem iam perditus eſt, elabitur velut caruncula. Hanc carunculam in aquam coniectam, ſi conſpicatus conſideraueris, omnia membra habere reperias, & oculorum regiones, & aures, & manus, & manuum digitos, & crura, & pedes, & pedum digitos, & pudendum, & reliquum totum corpus manifeſtum.* Clariſſimis hiſce Auctoribus ſubſcripſere lubentes, quoq; poſteriores, Macrobius, & Auicenna; ille quidem hæc habet. *Quarta verò hebdomade interdum fingi in ipſa ſubſtantia humoris humanam figuram magnitudine quidem apis; ſed vt in illa breuitate membra omnia, & deſignata totius corporis lineamenta conſiſtant.* At Princeps, ne latum quidem vnguem à veſtigijs Stagiritæ diſcedens, habet; *& dicitur in doctrinis primis, quod quando poſt XL dies ſcinditur ab ortu panniculus ſubtilis, in quo fœtus continetur, & ponitur ille fœtus expoliatus à panniculo dicto in aqua frigida, apparet res parua diſcretarum extremitatum.* Faceſſat proinde Aduerſarius ſua cum *maſſa carnis indiſtincta, atq; informi;* non enim minùs redarguendus eſt, dum præ incuria organa iam perfecta intra quintam hebdomadam non obſeruat, quàm dum alimentum, & refrigerium vberius, atq; elaboratius fœtui aſſignat, præterquàm ſit illud, quod per vmbilicum trahit. Et vero vt non inficior grandeſcenti vberius deberi alimentũ ad aliquod certum tempus, ſic inficias eo, & vberius alimentum

1. Satur. c. 6.

lib. 3 fen. 21. tr. 1. c. 2.

aliunde

aliundè peti valere, quàm à venis vmbilicalibus; aut vti debere infantem poſt organorum abſolutionem elaboratiori alimento. Ius nobis dicat Galenus. *Hoc autem auctius redditum, tùm ipſum ampliori nutrimento vtitur, tùm non ſolùm quicquid optimum in venis eſt id attrahit, ceu priùs dixi, ſed quoniam quia plus indigeat, eius quod vitioſum eſt aliquid vnà trahit. Atq; ita totum corpus, tùm plenitudine laborare deſinit, tùm minus vitioſo fit ſucco:* Hinc decolores fiunt mulieres primis menſibus Hipp. obſeruatione, quæ procedente tempore tamen, & coloratiores, & habitiores redduntur: maximè ſi marem conceperint. Quid verò ſignificet *elaboratum* illud *magis refrigerium*, ignorant pariter Grammatici, & Sophiæ ſtudioſi. Refrigerari, ſi auet, fœtus, vnde quæſò commodiùs illud, aſſequetur, quam ab arteria, vel arterijs vmbilicalibus? Quam tibi finges, excogitabiſue materiam elaboratam magis, perq; longiſſimos ductus illùc deriuatam, præter eam, quam deuehunt celeberrima vaſa?

1. de Sym. c. 7.

Aduerſarius.

Rationi conſentaneam videtur, fœtum per os etiam ſibi, & ſpiritum, & pabulum attrahere, atq; ita tunc primam etiam coctionem obire, nedum ſecundam, & tertiam.

Auctor.

Mirum, ni falſa educeretur concluſio ex falſis principijs, à qua tamen explicaret ſe facillimè Alcmæon, dicens, per habitum corporis ali fœtum. Nos verò penitùs illam negamus; quoniam neq; fœtus quoquomodò grandior factus, perfruitur in vtero alimento vberiori, quin ex naturæ inſtituto neceſſe eſt ſtatis quibuſdam temporibus, & alimento penè fœtum orbari. Negamus verò iterum copioſiori indigere illum alimento, & elaboratiori refrigeratione, præter illam quam vmbilicalia vaſa miniſtrant. Vbi amabò illam nanciſceris? æſtuante vtero præ ſanguinis affluentia, & infantis præſentia? qui innoxio velut balneo innatans, vt aliàs dicebam, non abſq; certa ſui pernicie, ambientes Ichores vice optati ſpiritus introduceret per os, atq; admitteret.

Ph. Lac. Anal. c. 12.

Aduer-

Aduerſarius.

Sed huius rei apertiſſimum, & illud eſt argumentum, quod ab alui fac bus primæ coctionis excrementis depromitur. Fæcibus namq; ſcatet fœtus, dum in vtero eſt.

Auctor.

Hoc qui tibi negaret, quibus artibus illud firmares?

Aduerſarius.

Non enim vllum vſum habet inteſtinum cæcum Veſalij, aut ſi mauis cum alijs inteſtini cæci appendix, ſeu lumbricus, ſiue vermiculus in adultis, qui eo gaudent valde quam exili, neq; in infantibus, niſi dum in vtero degunt, quo tempore, vt etiam inter Neotericos Anatomicos obſeruauit Laurentius) in eis grandior apparet, & concauus; niſi ipſum eſſe dicas ad excipienda ſtercora fœtus &c.

Auctor.

Relinquere ſenſum propter rationem, cuiuſnam ſit, dicat Aduerſarius. quid rationibus egemus, vbi ſenſus vnicum attenditur iudicium? oculata potius illud aſſequamur fide, an fæcibus, quibuſue ſcateat fœtus. Ardua ne, tàmq; impenetrabilis res eſt, vt poſthabita autopſia, opus ſit rationem implorare auxiliarem? Eſtò, ſcrutemur allatæ rationis pondus. *Nullum habet vſum*, inquit, *appendix, niſi ad excipienda ſtercora fœtus, ergo fruſtra conditum fuiſſet à natura tale inteſtinum*. Vtramq; Entymematis partem, qui negaret, quid tu?

Aduerſarius.

Cuius nullum adhuc ante hunc noſtrum inuenerunt vſum Anatomici.

Auctor.

Falſum æquè vtrumq; eſt, & *noſtrum, & nullum*. Quin *noſtrum* verè dixiſti, nemo enim ante te hanc excogitauit chimæram, nullo experimento ſuffultam. Non defu re tamen et priores, qui proprium aſſignauerint membro huic vſum. Galenus namq; euidenter hæc habet. *Porrò cæcum prorſus, velut venter quidam eſt craſſis excrementis recipiendis appoſitus, cui ad portionem colon reſpondet. atq; plurimis ſanè auibus* 4. de V. P. c. 18.

F propter

propter actionis robur cæcum inteſtinum eſt duplex: nam ſiquid in tranſitu per tenuè inteſtinum anadoſin feſellerit, id omne diuturna in cæco mora planè exugitur. Emicat verò inter omnes, qui Galeni placitis ſubſcripſere Archang. Piccolomineus ſuis in Anatomicis Prælect. lec. xj., vbi egregiam, nouamq; valuularum obſeruationem in cæco inteſtino producit, quib. arcetur reditus excrementorum in ſuperiora inteſtina. Hunc vſum cæci inteſtini agnouit, & Gabr. Faloppius in Anat. Inſtitutionibus; etſi valuulas illas non adhùc obſeruaſſet. Vt vides, & audis, non ignobiles Anatomici, & vſum cæci nouêre, & meritò tibi illud arroganti ſuccenſent. Cauent interim, ne tuo *Inuento* ſubſcribant, veriti non vulgarem cenſu-
L.6.c.14. ram. Equidem appendicem hanc A. Laur. latiorem, atq; ampliorem dicit *in recens natis, atq; puerulis*, verùm nota, non excrementorum permanſioni illud fert acceptum, *ſed quia liquidioribus alimentis veſcuntur, quæ celerrimè præterfluerent, niſi hoc, veluti ſacco, retinerentur. Piſces, & aues rapaces plures habent eiuſmodi appendices, vt in eis, tanquàm penu, & promptuario, reſeruetur cibus*. Specta tandem molem appendicis, atq; capacitatem, etiam in infantibus, tuncq; cautior, cenſeo, illud inferre vereberis in poſterùm.

Aduerſarius.

Ergo fruſtra conditum fuiſſet à natura inteſtinum, cuius nullum adhùc ante hunc noſtrum &c.

Auctor.

Plures hìc obſeruamus Aduerſarij lapſus. Primum quidem, dum credit, rem non eſſe, niſi cognoſcatur; quùm tamen prius ſit ſenſibile ſenſu, & intelligibile intellectu. Quapropter ſequeretur, quod poſterius prius eſſet ſuo priori, & quòd noſter modus cognoſcendi *eſſe rei* ad libitum peruerteret, atq; immutaret. Alterum & obſeruamus lapſum, nempè, niſi manus demus prædicato *vſui cæci inteſtini*, fore, vt *fruſtrà conditum ſit à natura*. Elati admodùm hoc eſt ingenij, ſibiq; plurimum tribuentis, quùm tamen Philoſophica modeſtia hanc ſemper recuſauerit ingeniorum tyrannidem, pluri-

plurimaq; fatentur in naturæ maieſtate occulta, atq; abdita. Neq;, vt video, difficilè nobis erit trepidantem illam eximere ab inurenda temeritatis nota: ſiquidem non defuere, vt audiſti, qui nobiliores partis illius excogitarint vſus: neq; fruſtrà illud fieri nunc dicitur, cuius poſtàc futurus eſt neceſſarius vſus. Perperàm ne Natura delineat oculos, interq; prima embryonis rudimenta, his aſſignat inſignem materiæ portionem, quorum tamen, poſt excluſum animal, vix futurus eſt vſus? quid auribus tunc indiget? organiſue odoratus, & guſtus? Immunis proindè, atq; libera ab accuſatione, dum reſpirat Natura, caueat interim ſibi Accuſator à pæna Talionis.

Aduerſarius.

Habet primo fœtus, dum in vtero degit, feces in inteſtinis.

Auctor.

Qua neceſſitate, dicat quæsò, ad illud fatendum nos vrget? An autopſia? à qua immeritò declinauit; vel ratiocinij momento? cuius pondus, vel pluma leuius experti hucuſq; fuimus. Sat erit, ni æquiuoca fæcis tua vox fucum nobis pariat in poſterùm.

Aduerſarius.

Sed hæ ſunt neceſſaria excrementa, quæ ſuperſunt primæ coctioni, quæ fit in ſtomacho.

Auctor.

Eniti iam perperàm nititur *fæx* illa determinatum excrementi genus, quod explodimus, atq; negamus: continent equidem inteſtina recrementa nonnulla, quæ *picem* noſtræ dicunt obſtetrices, quòd, nempe, liquatæ pici ſimillima ſint: ortum verò hæc nanciſcuntur, non à prima, verùm à ſecunda coctione, perq; vas ſpleneticum, & meſentericum ramum expelluntur in inteſtina, tanquàm limoſi ſanguinis poſtremũ, inutileq; recrementum. Huic veritati, vt omnes ſubſcribunt, vno auctore excepto, ſic vnanimes proſcribunt illud *neceſſariò*, ius dicente Galeno, *vtpotè vſu iam callentibus inteſtinis Iecoris ſuperflua tolerare.*

Aduerſarius.

At in eo nil coqui poteſt, niſi per os aſſumptum.

Auctor.

Qua lege ſyllogiſtica duabus præmiſſis tertiam inſuper addat Aduerſarius tunc, quùm inferre tempeſtiuum erat, hæſitant omnes non iniurià. At ego monſtroſi ſyllogiſmi falſam materiam damno, vt qui aſſumat nil coqui poſſe in ventre, *niſi per os aſſumptum*; etenim coquitur ſanguis dubio procul, in ventriculo, qui illùc à Iecore delegatur pro tunicarum alimento. Quid vetat quò minùs coqui, & in ventriculo infantis poſſit dulcis pituita à cerebro in ſtomachum irruens? falſa proindè ex falſis principijs, hæc elicitur ab Aduerſario concluſio.

Alitur ergo fœtus in vtero etiam per os, non per vmbilicum.

Aduerſarius.

Ampliùs certum eſt quadrageſima die ab actu conceptionis formata eſſe membra, tum cætera omnia, tum ſtomachum; quem vſq; ad nonum menſem, quo tempore naſcimur, ocioſum à ſuis muneribus feriari, non eſt rationi conſentaneum.

Auctor.

Quòd ſi totam hanc maiorem propoſitionem admitterem, hoc verò cauebo in poſterùm, dubio procul plus Aduerſario officeret, quàm nobis. Is enim dudùm aſſeuerabat *primis quadraginta diebus à conceptione fœtum humanum, veluti maſſam carnis indiſtinctam, & informem, non poſſe, niſi per venas more partium ſimilarium ſibi alimentum trahere, ac nutriri per tertiam coctionem.* Vnde noua acceſſit hæc certitudo? quod *quadrageſima die, ab actu conceptionis formata eſſe membra, tum cætera omnia, tum ſtomachum?* An nō hoc eſt ſecummet pugnare, & ſecummet pugnantia è diametro dogmata profiteri? ſed perge.

Aduerſarius.

Quem vſq; ad nonum menſem, quo tempore naſcimur, ocioſum à ſuis muneribus feriari, non eſt rationi conſentaneum.

Auctor.

Auctor.

Cur inquam? An non feriantur, vt audiſti, ſenſoria? pulmo, pudenda, & reliquum penè corpus geſtationis tempore? Quis verò, niſi excors, dicere audeat, rem hanc non eſſe *rationi conſentaneam*. Verùm vt pateſiant diſputationi foris, negamus ferias illas ſtomachi à proprijs *muneribus*.

Aduerſarius.

At verò actio ventriculi propria eſt tranſmutatio materiæ aſſumptæ per os in Chylum.

Auctor.

At non *ſola*, neq; *ſemper*; vide proindè quantùm deflectat à *proprij* ingenuitate. Tranſmutat enim in primis ventriculus delegatum ſibi à Iecore ſanguinem, inq; ſui conuertit ſubſtantiam, vt dicebamus, quæ præcipua eſt eius functio: Negamus proindè propriam ventriculi actionem eſſe, externi cibi confectionem, quùm interno perfruatur ventriculus alimento, quod innato ſuo calore concoquit, atq; aſſimilat, intrà, extraue vteri clauſtra. Aegrè proindè inducar, vt fatear, propriam illam eſſe ventriculi actionem; quod ſi ſucceſſerit, non eſt cur meliùs ſibi ſperet Aduerſarius. Nam & viſio, quæ propria eſt oculi actio, tunc fit tantummodò, quùm è maternis cancellis erumpit fœtus: nemo verò damnat neceſſarium illius ocium, vel ſerum carpit oculi negocium. Poteſt igitur, atq; debet ociari ventriculus ab externi cibi elaboratione, dum fœtus eſt in vtero, tantùm abeſt, vt *rationi* illud *non fuerit conſentaneum*, quod ſibi aſſumebat Aduerſarius.

Aduerſarius.

Et eò magis fateri, cogimur fœtum in vtero, non ſolum per vmbilicum ſemper ſibi alimentum extrahere, itaut ventriculo nunquam antehac aggreſſo coctionem vllius portionis alimenti, in ortu ſtatim offeratur concoquendum totum alimentum, quod vniuerſi corporis, & nutritioni, & augumento ſufficiat: ſed illum grandiorem factum aſſueſieri in vtero aliquid per os attrahere, & ſtomacho digerere: quia naturæ conſuetum eſt ſemper

gra-

gradatim progredi à facilioribus, ad ea, quæ cum maiori difficultate fiunt.

Auctor.

Quid moliatur poſt tot incertos circuitus Aduerſarius, in promptu, ni fallor, eſt: vt erudiri ſcilicet neceſſarium putet ventriculum, priuſquàm excludatur fœtus ab vtero. Quod & negauimus tunc, & pernegamus modò: nullo enim indiget autodidacta Natura tyrocinio, in quo munia propria abſoluat pedetentim, atq; *gradatim*, tamquàm puer clementarius. Nam & conſpicit ſtatim infans, audit, guſtat, odorat, reſpirat, eiulat, mingit, deijcit, quorum operum nullum anteà fecerat ille periculum. Falſum proindè eſt, quod aſſumebat Aduerſarius, *quin naturæ conſuetum eſt ſemper gradatim progredi &c.* non minùs, quàm ſibi incommodum ſi *ſtomachò digerit* infans alimentum: eſt enim *digerere*, idem, quòd in habitus rem ſubiectam, atq; materiam reſoluere. quapropter nullæ ſupereſſe debebunt fæces ex prima coctione, quod ille omni nixu ſuperiùs contendebat. Abſit vt credam purum Grammaticum barbaram vocem vſurpaſſe.

Aduerſarius.

Id verò alimentum, quod trahit fœtus in vtero per os ad ſtomachum, ſit ſanguis maternus, vel pituita per vlteriorem coctionem cedens in naturam chyli, et ſanguinis purioris pro alendo molliori conceptu; nihil enim refert quodcunq; dicatur.

Auctor.

Et verè *nihil refert quodcunq; dicatur*, vtrumq; etenim falſum eſt, atq; erroneum. Quid ore trahere, *niſi mortem* poterat fœtus? vt cum Realdo Columbo loquar, & ſentiam.
l. 12. Anat. Nihil ne intereſt in Schola Aduerſarij inter dulcem pituitam, & maternum ſanguinem? ex quò *nihil refert quodcumq; dicatur*. Inſuper falſum eſt puriorem fieri ſanguinem ex dulci pituita, *quàm ſit ſanguinis maternus*, vbiq; enim, & in Chyloſi, & in hæmatoſi pituitoſus erit. Verùm ſi præſtò *eſt maternus ſanguis*, eccur pituitam allicuit fœtus, quò inutili ſe conficiat labore? Quibus artibus, quaue induſtria euocat illam?

quo

quo ſecerniculo, ſi per venas illùc properat, dulcem pituitã ſeparat à ſanguine, vt hac admiſſa illum excludat? haud enim naturalis eſt illa tractio, verùm animalis: quantùm verò hęc inter ſe diſtent, ignorare te par non erat. hæc ſatis pro pituita. Succedit ſanguis, quem ſugi non vereris ab edaciſſimo puero. Quo impulſore, quoue ductore tenebris in tantis? ſupprimit, forſan præ inuidia ne Aduerſarius? At illud meminiſſe par erat, ſanguinem, prӕterquàm in lacu, & corde, extra vaſa perpetuò grumeſcere, hincq; præter ſuffocationis metum, grauia quinetiam, vel robuſtiori animanti, imminere ſymptomata, præ putreſcentis ſubſtantiæ indole. Præter verò certiſſimum vitæ diſcrimen, cui tenellum exponebat fœtum noſter Aduerſarius, inutili quinetiam tractionis exponebat eum labori. Nam qui trahitur ſanguis, nonniſi vaſorum communione, certaq; fibrarum diſpoſitione, trahenti obſequitur. Sin verò violenter illùc trahitur præ ſuctu infantis, quęro ego, determinet ne ſibi ſtatum, certumq; orificium, vel è quauis vteri parte trahat? Ecquis poſt ſuctum prohibet ſanguineas ſcaturigines? Obſtruit ne fœtus patulos canales? aut obices ſunt peſſuli ferrei? mira prouidentia, vbi nulla prudentia.

Aduerſarius.

Sed quid non recenſeam hac in re pulcherrimum locum Hippocratis, quem tanti fecit Galenus in libello an animal ſit, quod in vtero continetur.

Auctor.

Principiò te monitum velim vtrumq; Auctorem Medicinæ candidatis ſuſpectum eſſe. Salutaſti ne ſaltem à limine lib. Galeni, cuius modò meminiſti; habet verò præ foribus inſcriptum pedalibus caracteribus. *Galeno liber falsò adſcriptus, an animal ſit id, quod in vtero eſt.* Sed animi gratia expendamus dicta Auctoris.

Aduerſarius.

Cæterùm inquit Hippocrates puer in vtero comprimens labra ex vtero matris ſugit, & tum alimentum, tùm ſpiritum cordi *lib. de Carnib.*

intrò

intrò trahit, vbi ſanè mater reſpirarit, eſt enim hoc calidiſſimum in puero, & hoc calidum etiam reliquo corpori, & alijs omnibus partibus motum præbet.

Auctor.

Nemini controuerſum eſſe poteſt è Schola Democriti, vel Epicuri dogma hoc de ſuctu infantis in vtero defluxiſſe. An verò noſter Aduerſarius vbiq; Auctori ſubſcribat, præſertim quà de caloris energia, hæſito, breuìq; in *Epitaſi* experiar.

Aduerſarius.

Colligimus hinc nos cor pueri vtero degentis, reliquumq; ipſius corpus vberiori refrigerio indigere, quàm & vberiori alimento, quàm per vmbilicum haurire valeat: nam eidem Hippocrati corporibus calidioribus copioſiora alimenta ſunt exhibenda. 1. aph. 15

Auctor.

At quæ mea eſt hebetudo, neutrum ſuſpicari, ne dùm colligere ex præcitatis verbis valeo. Nullibi vmbilicalium vaſorum meminit Auctor ille, per quæ alimentum attrahat fœtus: totum proinde illud, quod attrahit, ori fert acceptum. At verò, neq; vberius illud refrigerium præcipi nunc obſeruo, neq; corpora calidiora plus cibi poſtulant, quamquòd æquum ſit illa aſſumere ex naturæ ſolertis præſcripto; *neq; copioſiora illa alimenta, calidioribus corporibus* debita lege aphoriſtica, dicuntur ad vaſa vmbilicalia, ſed ad decreſcentes, & Senes: quod videre vnicuiq; peruium eſt apud Hippocratem 1. aph. 15. à te citato. Prauis igitur Auctoribus deterrimè vteris, & bonis non benè.

Aduerſarius.

Subdit autem loco præallegato Hippocrates. Si verò quis interroget quomodò hoc quis ſciat, quod puer in vtero trahit, & ſugit, illi ſic reſpondendum eſt. Pueri naſcuntur ſtercus in inteſtinis habentes, & vbi nati fuerint, celerrimè ventrem, tùm homines, tùm pecora exonerant. Atqui non haberent ſtercus, niſi in vtero ſuxiſſent.

Auctor.

Auctor ille libelli *de Principijs*, non *de Carnibus* duplici modò con-

confirmare ſatagit ſuam ſententiam: vtrumq; verò corraſit Aduerſarius. Horum primum deſumitur à fæcibus, quæ in ventre fœtus; de quibus iam abundè ſuperiùs diſputauimus: alterum verò eſt.

Aduerſarius.

Immò neq; mammam ſtatim, vt natum eſt, ſugere noſſet, ſi non in vtero ſuxiſſet.

Auctor.

At quo Præceptore, dicebam ego tùnc, *in vtero degens vtitur? quiſue indicat papillam? ſuctumue edocet? Si dicas Naturam; cur non eadem ſibimet ſufficiens iam editum admonebit?* *Phy. Lac. Anal. cap. cit.* Illinc tu expiſcare reliqua, quæ ſubſequuntur abſurda, ſi fœtus in vtero ſuctu conſuleret propriæ indemnitati.

His peractis, dum reſpiro, nouis excitor, ijſq; grauiſſimis turbis: quibus compeſcendis, etſi imparem me fore profitear, non eſt tamen quin pro virili rem aggrediar in poſterùm, Diuino Aſpirante Numine.

MVLTA MVLCTRAE APOLOGETICON.

EPITASIS.

INcrebreſcebant ſparſi olim rumores, iamq; atria Litterarij Fori perſtrepentium buccinarum clangore remugiebant, quum ſedulus Ianitor

——— externum cernimus, inquit,
aduentare virum.
——— raptoq; volat telo obuius ipſe,
Et procul è tumulo —— quæ cauſa ſubegit
Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit,
Qui genus? vndè domo: pacem ne hùc fertis? an arma?
——— Ingentes ignota in veſte reportat,
aduenisse viros.

pugnaciſſimos, inq; Tyronem quendam tumultuario certamine inſultaturos, prodigioſo armorum apparatu longè inſtructiſſimos. Diem illi dicere, quin horam, momentum: Forum Litterarium ſibi futurum pro Martiali agone: hæc

——— dirus Vlyſſes.
Vndiq; viſendi ſtudio delecta iuuentus
Circumfuſa ruit.

At ego pauidus, animoq; conſternatus, dum meis è latibulis talia auſculto, obiter per rimam foris ſpeculari diligentiſſimè cœpi rei euentum. Procedebat ambitioſa pompa, ſtipata gregibus Clientum, atq; Anteambulonum, quamquàm ex ijs nonnullos, vtpotè claudicantes, atq; retrogrados, meliùs

liùs dixeris retroambulones, vel quod veriùs, meros nebulones. Neminem in tanta caterua ſincerum obſeruaſſes, claudum hunc, ſtrabonem illum, mancum alium; In ſummâ quemq; mutilum, vel corpore, vel ingenio, vel vtriſq;, quod erat frequentiſſimum. Perculit animum nouitas, ancepſq; rei myſterium expiſcabar. Verùm illi

Iter inceptum celebrant rumore ſecundo.

Præcedebat phaleratus quidam, cui neq; pes, neq; mens ſatis conſtabant: gerebat hic ſuperimpoſitam humero dextro aſciam, neuè eſſet ignotus, inſuerat lacernæ nomen EPEVS quadratis litteris. Subſequebantur, non longo ſpatio, Matronæ duę inter ſe non diſſimiles, neq; vultu, fucatus namq; obſeruabatur vtriſq;, neq; veſtibus, erant enim decolores, potiùſquàm diſcolores, tritæ, valdèq; obſoletæ, quibus ad nauſeam penè puluerem verrebant: hinc pari induſtria, & notis, nomen, quaſi præ foribus, aptauerant, CIRCE huic, alteri verò, SIBYLLA. Regio tandèm faſtu turgidus, atq; ventoſus procedebat medius, neſcio quis, ſtatura breui, facie illiberali, & velut vmbris mœſtificata larualibus. Paludatus hic, dum incedit teſtudineo greſſu, poſticaq; purpura forum terit, proijciebat interim ampullas, & ſeſquipedalia verba, Semideum vltrò ſe iactans, Herouin atq; Ithacæ Regem. *Dial. 1.*

Has inter voces, media inter talia verba,
Nunc quòq; iam nimiùm gaudens popularibus auris
——————— *rabidoq; hæc addidit ore.*
———— *ſi nemo audet ſe credere pugnæ,*
Quæ finis ſtandi? quo me decet vſq; teneri?

Satis equidem ſuperbè, vt omnibus videbatur. Indolui ego pol medullitùs.

Cur reus infœlix abſens agor, & mea cum ſit
Optima, non vllo cauſa tuente perit?

Verùm, qui ordini præerant, accerſiri ſtatim præcipiunt Tyronem, ne ſua cunctatione caderet à iure, cauſaq; illius videretur deſerta; facilè enim eſt vincere non repugnantem,

nec magno emitur victoria, vbi nemo repugnat. Aduolant Curſores, & reliqua turba, heù nimiùm mandatis obſequens. Ego autem frigidior hyeme Gallica factus, intremui poſt hoc fulmen attonitus, & aliquandò, inquam, totum me Fortuna viciſti. Intrat ſtabulum præcò cum ſeruo publico, aliaq; ſanè non modica frequentia, facemq; fumoſam magis, quàm lucidam geſtans, hæc proclamauit. Si quis Tyronem profugum, vel latitantem, reddere, aut commoſtrare voluerit, accipiet nummos mille Ithacenſes ſolidos. Vt pererrauit omnes cum viatore cellas, venit ad meam, & hoc quidèm pleniorem ſpem concepit, quũ diligentiùs oppeſſulatas inuenit fores. Sed vt primùm oſtium ſatis audaci ſtrepitu impulſum exſonuit, pallidus ego rogaui, quis eſſet? Aperi, inquit, iam ſcies.

Extimui, ſenſiq; metu riguiſſe capillos,
Et gelidum ſubito frigore pectus erat.

Publicus verò ſeruus inſertans commiſſuris ſecures, clauſtrorum firmitatem laxauit, recluſæq; ſubitò fores admiſerunt intrantem.

Ac veluti inſomnes oculos, vbi languida preſſit
Nocte quies, nequicquàm auidos extendere curſus
Velle videmur, & in medijs conatibus ægri
Succedimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, nec verba ſequuntur,

Non ſecùs ego diù animum egi. Deindè vt effuſus ſudor ſpiritum reuocauit, comprehendi Aræteí genua, & miſerere, inquàm, morientis, ideſt pro conſortio ſtudiorum commoda manum. Mors venit, quæ, niſi per te licet, poteſt eſſe pro munere.

——— *Inuidia poſtquam pellacis Vlyſſis*
Afflictus vitam in tenebris, luctuq; trahebam,
Et caſum inſontis mecum indignabar amici.
Hinc mihi prima mali labes, hinc ſemper Vlyſſes
Criminibus terrere nouis, hinc ſpargere voces,
In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma;

Per

Per ſuperos, atque hoc cæli ſpirabile numen
Tollite me Proceres, quaſcunq; abducite terras
Hoc ſat erit.

Vix ea fatus eram, quùm intrat Senex canus, exercitati vultus, & qui videretur neſcio quid magnum promittere: quærendum eſt, inquit, aliquod effugium noſtro Tyroni. Vtinam contingat, reſpondit Aræteus; ſimulq; raptim cauſas odiorum, & inſtans periculum trepidanti Quintiliano exponit. Confuſus ille, & conſilij egens, iubet quemq; ſuam ſententiam exponere. Naſo moræ impatiens.

Bellum vaſta Lupus, ſyluiſq; paluſtribus exit
Oblitus, & ſpumis, & craſſo ſanguine rictus
Fulmineus, rubra ſuffuſus lumina flamma,
Qui quamquàm ſæuit pariter rabieq;, fameq;
Acrior eſt rabie.
Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit.
Dum ſupereſt aliquid, cuncti curramus ad arma,
Arma capeſſamus, coniunctaq; tela feramus.

Celebrant cuncti Naſonis audaciam, non minùs, quàm artem in deſcribendo accuſatore, quem diceres rictu, cognomine, & moribus Lupum ipſiſſimum. Vicit poſt maturum ſcrutinium Publij ſententia. Aſt ego communi adhortatione recreatus, ſensìmq; diſcuſſo timore, me parabam ad pugnam, benè ominantibus ſtrenuis, atq; emeritis commilitonibus. Verùm noſtræ ratis curſum importuna remora penè detruncauit. Vox enim ex angulo prodijt, incerto authore, neq; Hercules contra duos, quid ſi quatuor pertinaciſſimi hoſtes? Hærebam ego dubius

Veſtibulum ante ipſum, primoq; in limine portæ,

& fluctuabat animus interim: ſed ne quid triſtius expectarem, comitatus faciebat. Duæ enim erant mulierculæ, ſi quid vellent conari, infirmiſſimæ, ſcilicet contra nos, quibus, ſi nihil aliud, virile ſexus eſſet, quod auxiliaretur. Neq; temulentus ille Anteſignanus nobis magis, quàm proprijs crutibus Aſcia minabatur. Tandèm promotorum afflati fauore,

præ-

præcipuè verò M. Plauti ingenuis pollicitationibus, plenis irrumpimus velis, pelagoq; volamus. mirabamur, quòd non eadem foret fori facies. Vt enim refrixerat occurrentium fauor, ſic omnis penè diſſilierat multitudo in circulos. Seceſſerat Integerrimus Bohetius ſuis cum auditoribus, è re-præſenti nactus monendi occaſionem,

Quos, inquit, *vides ſedere celſo*
Solij culmine Reges,
Purpura claros, nitentes
Septos triſtibus armis
Ore toruo comminantes
Rabie cordis anhelos,
Detrahat ſi quis ſuperbis
Vani tegmina cultus.
Iam videbit intùs artas
Dominos ferre catenas.
Hinc enim libido verſat
Auidis corda venenis,
Hinc flagellat Ira mentem,
Fluctus turbida tollens,
Mæror aut captos fatigat;
Aut ſpes lubrica torquet.
Ergo cùm caput tot vnum
Cernas ferre Tyrannos,
Non facit, quod optat ipſe
Dominis preſſus iniquis.

Obuiant, dum progredior, officioſi amici, illudq; monent prodigioſam hanc biennem fœturam, ſiue abortum, qui ex impuriſſimo concubitu Vlyſſis cum Circe diuerſantis, modò prodit in lucem, & qui iurè *Telegonus*, nempe in ſenectute genitus, reducem breuì ſua manu parentis Iugulum tentaturum. Non improbabat hæc Seruius quamquàm & alias ſe audijſſe narrationes de Vlyſſe non diſſimularet. Nam cùm in Italiam, poſt errores fuiſſet reuerſus, inueniſſe Pana fertur in penatibus ſuis, qui dicitur ex Penelope, & Procis omnibus

Dial. 1. in fine.

In 2. Aeneid.

bus

bus natus, ſicut ipſum nomen Pan videtur declarare. His dum annueret Duris Samius, pergebat Seruius; quamquàm alij Pana de Mercurio, qui in hircum mutatus, cum Penelope concubuerat, natum ferant. Sed Vlyſſes, poſteaquàm deformem vidit puerum, fugiſſe dicitur in errores. Negatur autem, vel ſenectute, vel Telegonij filij manu, aculeo marinæ belluæ extinctus. Dicitur enim, quùm continuò fugeret, à Minerua in equum mutatus. hinc ego intelligebam, quorsùm euaderet reconditum illud commercium Mercurij cum Pane, ac Vlyſſe, necnon Emblematis præpoſiti feras omnes, quamquàm ſerò reſerabam. Iamq; Fori non breue ſpatium emenſis occurrit anhelans L. Valla, vir apprimè doctus, & Homero intimus: cui Terentius. Quid turbę eſt apud Forum? quìn ſeditionem imminere reſpondit. Sciſcitamur authorem facinoris: at ille; ſubſiſtite, quæsò parumpèr, rem omnem aperiam. Obuius prodierat noſter Homerus, atq; gratulabundus Vlyſſi, quî cùm antiqua intercedebat familiaritas: nam, vt omnes noſtis, res ab eo geſtas, non minori labore, quàm laude proſequutus olim fuerat. Verùm aſpero, atque diſcordi vocis ſonitu, commonefactus, (nam ſuſpicioſi ſunt, quicunq; luminibus capiuntur) dubitauit primùm ſe errаſſe: vt verò ruit vterq; mutuos in amplexus, *lib. de Agath.*

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,

Ter fruſtra,

hominem quærit, palpat tandèm imum homuncionem. Non ignoratis Homeri ſagacitatem, qui mentis oculis compenſat luminum iacturam. Secedit, tanquàm locum ceſſurus reliquis ſalutātibus, iubetq; me ſtatim accire Daretem Phrygiū, qui militauerat ad Troiam, hinc ſuo nomine noſtro Tyroni benè ominari. Vtrumq; expediui. Enixè Vallam iam abeuntem rogabamus, quid hoc rei portēderet? & quæ mens nunc eſſet Homero? Extorſimus tandem à reluctante, quòd nouus ille accuſator ſub perſona Vlyſſis occultabat ipſiſſimū Therſitem. Hoc audito, execrantur cuncti ambitioſam impudentiam, celebrant, & admirantur Homeri ſingularem

pru-

prudentiam. Interim percunctantur quibus artibus, quaue induſtria tantus innotuerit dolus? Non leue argumentum, reſpondit Valla, exhibuit faſtus, atq; iactantia perſonati Vlyſſis; indecens profectò, atq; indecora tanto Heroi, niſi tùm, quum apud agreſtes, vel barbaros commoraretur: ex quo vulgo defluxit ἀπόλογος Ἀλκινόυ Alcinoi applogus; mendicata inſuper officia, vernacula deſipientia, ſermo durus, inconditus, abſonus, præter vocem, & corporis molem perquàm diſſimiles. Quòd ſi verum fateri liceat, Therſitem delineauerat, adeo graphicè Homerus, vt notus eſſe queat lippis, atq; tonſoribus. Memoria; quæsò, recolite, quæ in ſecundo Iliad. infit.

Ili. β

Θορσίτης δ᾽ ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα,
ὅς ῥ᾽ ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη
μὰψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν.
ἀλλ᾽ ὅ, τι οἱ εἴσαιτο, γελοίϊον ἀργείοισιν
ἔμμεναι. αἴχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
φολκὸς ἔην, χωλὸς δ᾽ ἕτερον πόδα, τὼ δέ οἱ ὤμω,
κυρτὼ ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε. αὐτὰρ ὕπερθε,
φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ψεδνὴ δ᾽ ἐπενήνοθε λάχνη.

Vir loquaciſſimus, qui nihil curæ haberet quàm rectè, aut quàm aptè, ſed vt quàm primùm, & quàm maximè ridiculè loqueretur. Idem fœdiſſimus omnium, qui ad Troiam nauigauerant, altero oculo ſtrabone, altero pede claudo, anguſtiſſimis humeris, & ad pectus vſq; contractis, vertice acuminato, raro capillo, & eo impetigine aſtricto. Idem cum Regibus contentiones aſſiduè agere ſolebat, eoſq; obiurgare, non honeſtatis, vtilitatiſue gratia, ſed vt ſcurram ageret. Hoc enim ſibi pulchrum videbatur, & alijs riſus, iocoſq; elicere. Suadebat curioſitas, vt rem cominus ſpectaremus: at noua ſollicitant nos iorgia; quapropter citatiori greſſu, dum illùc properamus, audimus Daretem Phrygium Vlyſſis Laruæ exprobrantem, neq; tu es Vlyſſes, neq; Epeus hic, maſtigię, quid in Foro Litterario haſce ſycophantias exponitis? adeòn tu publicum odium Achiuorum nos excæcatos fore exiſtimaſti, vt Therſitem

pro

pro Vlyſſe admitteremus, tàm fœdo, & infirmo corpore inſtructum, tàm procaci lingua, & ingenio. Verum æmularis, non diffiteor, dolis nempè, & corporis habitu, at ille ſtatura media, vt eſt in meis monumentis, & Latio teſtabatur Cornelius Nepos

Ore bilaris, modicèq; humiles collectus in armos,
Dux Ithacus,

longèq; te maior corporis mole, prout noſter obſeruabat Galenus: at minor te, aſtu nimirùm, doliſq;, qua de re à nemine diſceptatur, 11. *Simpl.*

———— gnarus,
Obliquare dolos, doctus captare loquendo.

Miſer, quìd ſi aduentaret, quem tu mentiris Vliſſes? Incunctanter Homerus

Εἰ δ' Ὀδυσεὺς ἔλθοι, καὶ ἵκοιτ' ἐς πατρίδα γαῖαν *Od.* Σ
Αἶψα κέ τοι τὰ θύρετρα, καὶ εὐρέα περ μάλ' ἐόντα,
φεύγοντι στείνοιντο διὲκ προθύροιο θύραζε
Si autem Vlyſſes veniret, & accederet in patriam terram, *Od.* 18
Statim tibi portæ, & latæ quamuìs exiſtentes,
Fugienti arctarentur è veſtibulo foras.

Tam inexpectato icti ſono, amiſerant fumiuenduli omnem ſanguinem

Namq; vt conſpectu in medio turbatus, inermis
Conſtitit,

excanduit Homerus, præ ſuæ exiſtimationis periculo, & amici Regis.

Ἀλλὰ μάλ' ὑβρίζεις καί τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής
Καί πού τις δοκεῖς μέγας ἔμμεναι ἠδὲ κραταιός *Od.* Σ
Οὕνεκα πὰρ παύροισι καὶ οὐκ ἀγαθοῖσιν ὁμιλεῖς
Οὔτε θεοὺς δείσαντες οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν *Od.* Χ
Οὔτε τιν' ἀνθρώπων νέμεσιν κατόπισθεν ἔσεσθαι.
Δεῦρ' ἄγε· πειρηθήτω ἐπεί μ' ἐχολώσατε λίην. *Od.* θ
— — οὐκ ἄν ἔγωγε *Od.* Δ
Ἀλλὰ παρὲξ εἴποιμι παρακλιδὸν οὐδ' ἀπατήσω
Σοὶ δ' αἰεὶ κραδίη στερεωτέρη ἐστὶ λίθοιο *Od.* Ψ

πατρί τε σῷ μέγα πῆμα, πόληΐ τε παντί τε δήμῳ,
Il. Γ Δυσμενέσιν μὲν χάρμα κατηφείην δέ σοι αὐτῷ
Il. B Θερσίτ' ἀκριτόμυθε, λιγύς περ ἐὼν ἀγορητὴς
ἴσχεο μηδ' ἔθελ' οἶος ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν
οὐ γὰρ ἐγὼ σέο φημὶ χερειότερον βροτὸν ἄλλον
ἔμμεναι. ὅσσοι ἅμ' Ἀτρείδῃς ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον
Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται,
Εἴ κέ τι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι ὥς νύπερ ὧδε,
—— ἐγώ σε λαβὼν, ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω
χλαῖνάν τ', ἠδὲ χιτῶνα τὰ, τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει,
αὐτὸν δὲ κλαίοντα θοὰς ἐπὶ νῆας ἀφήσω
πεπληγὼς ἀγορῆθεν ἀεικέσσι πληγῇσιν:
Od. 18 *Sed valdè, inquit, iniuria me afficis, & tibi mens immitis,*
Et quidem videris magnus eſſe, & fortis,
Quoniam cum paucis, & non bonis conuerſaris;
Od. 22 *Neq; Deos timentes qui cælum latum habitant,*
Neq; aliquam hominum reprehẽſionem, in poſterùm fore.
Od. 8. *Huc agè; quandoquidem grauiter mihi concita mens eſt,*
Od. 4. *———————— neque vtique ego*
Non fucis te diſſimulans decepero fictis.
Od. 23 *Tibi autem cor ſemper durius lapide.*
Il. 3. *Noxa ingens Vrbiq; tuæ, populoq; patriq;*
Hoſti gaudia, ſed probrumq; , dolorq; tibi ipſi,
Il. 2. *Therſite multiloque vocalis, licet ſis concionator,*
Deſine, & noli ſolus contendere cum Regibus:
Non enim ego te cenſeo peiorem mortalium alium
Eſſe, ex ijs qui cum Atridis ad Troiam venerunt.
Sed tibi edico hoc, & effectum reddetur,
Sicubi te inſanientem inuenero, ſicut hic,
—— ego te comprehendam, & caris veſtibus exutum,
Pallioq;, & toga, & ijs quæ pudenda contegunt,
Te flentem ad veloces triremes dimiſero,
Verberans è concione turpibus plagis.

Accenditur audacia boni Homeri iratior Dares, dictoq; citiùs, excutit nebuloni mentitum diadema, tegmen acuti capitis,

tis, obtuſi cerebri. Vt verò denudauit diſciſſa fruſtulatim purpura ridicula membra, omnia mimico riſu exſonuerunt: eum namq; videmus Vlyſſem, cui vel eſuriens Cyclops potuiſſet parcere. proh bellam Simiam purpuratam, exclamat hic, alter verò, ò fœlicem matrem tuam, quæ te talem peperit: mactè virtute eſto: miram facit miſturam cum ſapientia forma. Subridens Naſo, ecquìd

Faſtus ineſt pulchris, ſequiturq; ſuperbia formam 1. faſ.
Tàm mala Therſitem prohibebat forma latere
Quàm pulchra Nereus conſpiciendus erat.

Turbatus Sycophanta deformis, præter ſpoliati capitis dedecus, ſuperciliorum etiam æqualis cum fronte caluities, vt nihil, nec facere deceret, nec dicere. Vt verò ſpongia vda facies plorantis deterſa eſt, & liquefactũ per totum os atramentum, omnia ſcilicet lineamenta fuliginea nube confudit, in odium ſe ira conuertit. Tunc Summi Proceres, artem quæſiſti, inquiunt, qua noſtræ animaduerſionis impetum eluderes: vultum enim qui mutat, fraudem parat, non ſatisfactionem. Nunc mimicis artibus petiti ſumus, & adumbrata inſcriptione decepti. Interim opportunas præbuit inducias Cenſor extemporaneus.

Grex agit in ſcæna mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen diuitis ille tenet.
Mòx vbi ridendas incluſit pagina partes,
Vera redit facies, diſſimulata perit.

Vtor ego hac opportunitate, & ab ſtipatore quodam, qui præ tædio, vel pudore modicùm à turba ſeceſſerat, cœpi ſciſcitari, quænam eſſent illæ mulieres, præſertim quæ pallio coccino incluſerat caput: Eſtne illa *Circe Petronij?* non quidem Solis progenies? At ille abnuens, ignoſcat mihi genius tuus, inquit, noluiſſes de manu eius panem accipere, nunc nec quìd, nec quarè, in Cælum abijt, & Therſitis Tapanta eſt; ad ſummùm, mero meridie, ſi dixerit illi tenebras eſſe, credet. Altera verò quæ circa oneratas veſte ceruices laticlauiam geſtat mappam fimbrijs hinc, atq; illinc pendentibus, apud

Sybaritas diù eſt promerita, nunc redux, & emerita, voluptatis cauſa hùc, atq; illùc vectatur. Celebres ædepol ambæ voluptatum architectrices, & fumigeratæ præ Anconis ſtructura apud Sardos, & Lauræ ad patrios penates. Plura volebat proferre, credo, & ineptiora præteritis, quùm M. Plautus, qui clàm nobis narrationem exceperat, cachinnans, irrumpit. Video, inquit, ſorores geminas, Bacchanal meum. hinc proprior factus, ridens pergit,

Bacchus bacchanteis Bacchas mittit Bacchides,
Geminæ Bacchæ duos bacchanteis pullulos,
Quid mirum, ſi ad ſe ſe attraxerint blandulæ?
Facetæ, pulchræ, incurnos, lubitinarios,
Veterrimos Senes.

Vt conuerterat in ſe omnium ora Plautus, ſic percunctantibus, cuiates eſſent mulieres, reſpondit.

Aures date ocioſas —— ore quid feram ſpecite,
Duas ſorores debacchanteis Samias
Meretrices lepidas, vno prognatas tempore,
Iiſdem parentibus, fœtu gemellitio.

Ridenti arriſere cuncti quot aderant, præterquàm petulcę, de quibus fabula narrabatur. Profluebant per frontem ſudantium acaciæ riui, & inter rugas malarum tantum erat cretæ, vt putares detectum parietem nimbo laboraſſe. Vt verò detexit vltroneus Apparitor reliquam impoſturam, prodit egregium ſpectaculum; aniculæ, nempè, duæ, vietæ, lippæ, ſordidiſſimis linteis præcinctę, ſoleis ligneis imparibus impoſitæ, quæ vel Heraclito riſum extorſerunt.

Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas.

Anteſignanus verò, qui plauſum ingenij ſui iàm conieceraт, non tenuit diutiùs lachrimas, ſed ad vltimam perductus triſtitiam, ad genua Homeri procubuit, & per memoriam amicitiæ, perq; ſocietatem miſeriarum cum Rege Ithacenſi, petijt, vt reuelata techna, ſibi decerneretur impunitas. Quid eſt, inquàm, faſtosè? ecquid bonam mentem habere cæpiſti? exprobabat Dictis Cretenſis; ſimulq; percunctanti Homero, hunc

hunc eſſe Elpenora indicauit. Obſtupuit ille, neq; ſat fidens aliorum indicijs, interrogat, ſitne,

Ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε νεώτατος, οὐδέ τι λίην
ἄλκιμος ἐν πολέμῳ οὔτε φρεσὶν ᾗσιν ἀρηρώς,
ὅς μοι ἄνευθ' ἑτάρων ἱεροῖς ἐν δώμασι Κίρκης.
ψύχεος ἱμείρων κατελέξατο οἰνοβαρείων.
κινυμένων δ' ἑτάρων ὅμαδον, καὶ δοῦπον ἀκούσας
ἐξαπίνης ἀνόρουσε, καὶ ἐκλάθετο φρεσὶν ᾗσιν
ἄψορρον καταβῆναι ἰὼν ἐς κλίμακα μακρήν
ἀλλὰ καταντικρὺ τέγεος πέσεν· ἐκ δέ οἱ αὐχὴν
ἀστραγάλων ἐάγη ψυχὴ δ' Ἄϊδόσδε κατῆλθε.
Elpenor quidam maximè iuuenis, neque valdè
Fortis in bello, neq; prudentia inſtructus,
Qui ſeparatim à ſocijs ſacris in ædibus Circes
Refrigerium cupiens dormiuit vino grauis.
At ſeſe mouentium ſociorum ſtrepitum, ac tumultum
quùm audiſſet
Statim ſurrexit, & oblitus eſt mente ſua
Retrogradum deſcendere, veniens ad ſcalam longam,
Sed ante tectum decidit, eius autem ceruix
Ex iuncturis fracta eſt, anima verò ad inferos deſcendit.

Cui Elpenor.

ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακὴ καὶ ἀθέσφατος οἶνος Od. λ
Læſit me dæmonis fatum malum, & copioſum vinum. Od. 11

At Dictis increpabat hominem, quod nefando auſu notas inureret Epeo, cui tantum debebat Græcia in Troiana expeditione. Siquidèm pro facultate opum, Regniq;, inſtructam claſſem nauium triginta ex Inſulis Cycladibus præmiſerat ad Aulida Bæotię, nam is locus delectus fuerat. Idem ſtrenuus miles, machinarum inuentor, præcipuè verò illius, quæ finem longiſſimo bello impoſuit. Præterea rerum naturæ indagator, & qui malitiam aquarum coctura emendare primus docuit; proindè, non coquus, non Vlyſſis ſocius, verùm inter ductores, atq; Reges videbatur recenſendus. *lib. 1. de bello Tr.*

An audiſti? an non audiſti? num ſurdo loquor? *Aeſchy.*

Cui

Cui Horatius .

Infœlix operam perdas, vt ſi quis aſellum
In campum doceat patentem currere fræno .

Parùm abfuit, quin Syllius Italicus fuſte nebulonem dedolaret, hæc tamen in eum iecit.

lib. 15. bel punic. *Ebrietas tibi comes eſt, tibi luxus, & atris*
Circa te ſemper volitans infamia pennis .

Vrgebat Seneca

In Oc. *Quid verba quæris? veritas odit moras.*

Flaccus execrabatur iactantiam

——— Vbi nunc promiſſa ſuperba,
Ingenteſq; minæ?

At ille lachrimoſus ambabus manibus, trahens cineroſam canitiem, eiulans, & exindè proclamans, accuſabat verſipellem Therſitem

——— impius ex quo
Æneid. 2 *Tydides, ſed enim ſcelerumq; inuentor.*
Od. Ξ Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσι
γίνεται
Od. Τ ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα
Od. 14 *Is mihi iuxta inuiſus, vt atri limina Ditis*
Od. 19 *Plurima narrabat figmenta ſimillima veris.*

Quãquàm, ego dicebat ille, ſępiùs hominẽ talibus monuerim.

Od. Τ —— ἤτοι μὲν ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι
γίνοντ᾽ οὐδέ τι πάντα τελείεται ἀνθρώποισι
—— Friuola ſcilicet exiſtunt, & inania quædam
Od. 19 *Somnia: vel quodcumq; vides, ſic euenit omne.*

Saxum dum elixo

Od. Ε —— πάσας δ᾽ ὀρόθυνεν ἀέλλας
παντοίων ἀνέμων
Od. Ο. βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει
Od. 5. *—— omnes omnigenum ille procellas*
ventorum ciet
Od. 15 *animuſq; ferox continget Olympum*

Exornat fallaciam, onerat me exchartabulo, vel ipſis ſalſamen-

mentarijs poſthàc oneroſo. Diù repugnantem, atq; obijcientem

----- οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα.

Ξεῖνος γάρ μοι ὅ δ' ἐστί. τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο, Od. θ

ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω

------- haud benè ſuccedunt facta improba

Quis namq; benigno cum hoſpite pugnet? Od. 8.

Cum viris maioribus haud ſubeam certamen.

Confirmauit tunc nequiſſimus Impoſtor meam timiditatem

----σὺ δὲ θάρσει τόν δὲ γ' ἄεθλον Od. θ

οὔτις φαιήκων τόνγ' ἵξεται οὐδ' ὑπερήσει

----- θέλγε δὲ θυμὸν Od. Σ

μειλιχίοις, ἐπέεσσι, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα

- -- Tu verò fide animo, quando hoc certamine Od. 8.

nullus Phæacum te, nec æquabit, nec ſuperabit.

------ animum præmollitus iſtis Od. 18

Lenibat dictis, at mens diuerſa parabat.

Fateor P. C., neq; inexpertis hæc forſan prædico, quod velim tàm candidè ad veſtras aures perueniat, quàm ſimpliciter geſtum eſt.

ἀλλ' οὐ γάρ πως ἐστὶν ἀΰπνους ἔμμεναι αἰὲν Od. Τ

ἀνθρώπους.

Haud quaquàm fieri potis eſt, vt peruigil vſq; Od. 19

mortalis duret

Præſertim, ſi dira vexet ambitio, vel imperet temulentia.

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit, Horat.

Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem. 1. epod.

----------- ſubſequitur cæcus amor ſui,

Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem 1. Od.

Nihil profectò eſt hominum inepta perſuaſione falſius, nec ficta ſeueritate ineptius: euicit, ſuaſit tandem malè ſano veſanum facinus, meiſq; ruinis extulit ventoſiſſimam molem. Verùmenimuerò, neq; generoſior ſpiritus vanitatẽ amat, neq; concipere, aut edere partũ mens poteſt, niſi ingenti flumine litterarũ inundata. At nos vino, ſcortiſq; demerſi, ne paratas

qui-

quidem artes audemus cognoſcere, ſed accuſatores, nugiuenduli, balatrones puri, putiq; , ſubſannamus induſtrios bonarum artium cultores; inſectamur maturos ingeniorum partus; opprimimus, ſuffocamus, vt noſtri extollantur abortus, viuant, & regnent exoſiſſima vernacula monſtra. Confingimus inſuper calumnias, mercamur adulatores, extorquemus laudes, vel quod frequentius, perfunctoria præuenimus laudatorum officia. Quòd ſi quandò potiri nobis contingat emendicata meſſe, verbatim exponimus, oſtentamus circumforaneo ritu, miſellæ plebeculæ in aucupium. His artibus noſtra ſuſtentatur machina, celebratur vtcunq; nomen, exoleſcit, ni cum probris, & maledictis feratur. Qua ſuſpicione agitatus Therſites, grauitèr animaduertit modò veſtrum in Tyronem, qui nomen ſuppreſſit, & honeſtauit aduerſarij, *ac modeſtè ſatis*, vt fatemur, quinimò *abſq; iurgijs, & contumelijs*, quod diuturnitati noſtri nominis exiſtimamus infenſiſſimum. Quapropter me legatarium pugnatorem fiduciaria opera inſtituit, præſentibus chartulis inſtructum, vel adſtrictum potiùs frigidiſſimis ineptijs, hæc ille.

Cæterum ego dum omnia ſtupeo, quin

Od. π ---- γελόω, καὶ τέρπομαι ἄφρονι θυμῷ.

Od. 21 ---- *rideo, & delector inſano animo,*

manu trahit me quidam, & monet

Aeneid. 3 *Nec belli terrere minis*

Od. Η ἀλλ᾽ ἴθι σιγῇ τοῖον ἐγὼ δ᾽ ὁδὸν ἡγεμονεύσω.

Od. 7. *Quin tacitus procede, viæ huius ego fuero dux*

Fata viam inuenient, aderitq; vocatus Apollo.

Senec. in Œdip. *Qui pauet vanos metus, veros fatetur,*

Haud eſt virile terga FORTVNAE dare

Od. Η --- - θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων

ἔργοισι τελέθει

Od. 7. *omnibus in rebus potior vir fortis, & audax*

Repugnabam ego, cauſatus

------ ἀργαλέον δὲ

Od. Β ἀνδράσι καὶ πλεόνεσσι μαχήσασθαι.

cum

----- cum pluribus ardua res eſt
Depugnare viris.

Litem diſtulit, dubiumq; animum ſuſtulit Corn. Galli panegiricon in pulchellum homuncionem.

Se ſolum doctum, ſe iudicat eſſe peritum,
Et quòd ſit ſapiens deſipit ipſe magis.
Multa licet nobis referens, eademq; reuoluens
Horret, & alloquium conſpuit ipſe ſuum.
Deficit auditor, non deficit ipſe loquendo,
O' ſola fortes garrulitate Senes.
Omnia nequicquàm clamoſis vocibus implet,
Nil ſatis eſt, horret, quæ placuere modo.
Arridet de ſe ridentibus, ac ſibi plaudens
Incipit opprobrio lætior eſſe ſuo.

Seceſſerant Proceres Senatus Litterarij, rem pro dignitate diſcuſſuri, quùm M. Tullium elata voce perorantem audimus. *Vt medici membrum ſæpè putrefactum incidunt, atq; in totum eradicant, ne aliam corporis partem labefactare, aut corrumpere poſſit; Sic neceſſe eſt, ſi R. P. ſaluam eſſe volumus, vt perditiſſimos homines ex Vrbe penitùs extirpemus, ne corruptus integro, violatus caſto labem infringat.* Approbant omnes conſilium, verùm hæſitant, quæ, quantaue pœna irroganda ſit maieſtatis, & quietis litterariæ turbatoribus. 3.offic.

Mitior Seneca;

—— ſera nunquàm eſt ad bonos mores via, In agam.
Quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens.

abnuebat ſubridens Iuuenalis.

—— tamen ad mores natura recurrit Sat. 13.
Damnatos, fixa & mutari neſcia, nam quis
Peccandi finem poſuit, ſibi quando recepit
Electum ſemel attrita de fronte ruborem:
Quisnam homo eſt, quem tu contentum videris vno
Flagitio?

Tunc excanduit Plautus.

Mores mali, quaſi herba irrigua In trin.

Succreſcunt vberrimè, neq; quicquàm vile nunc eſt,
In Bacchid. *Niſi mores mali: eorum licet iam meſſem metere maximā:*
Frugi conuenit eſſe hominem, pectus cui ſapit,
Bonus ſit bonis, malus ſit malis, vtcunq; res ſit,
Ita animum habeat.

In Orat. Verùm æquiſſimus Socrates pauca hæc contulit. *Punitio moderatur, iuſtioreſq; efficit, tanquàm medicina quædam improbitatis.* pro Roſ. Tandèm Cicero coronidem impoſiturus, eximia grauitate, & facundia, talia protulit. *Quos ipſa natura retinere in officio non poteſt, ij magnitudine pœnæ, maleficio ſubmoueri debent.* At Venuſinus, cui pridèm forsàn non fuerat, aliena à Seneca mens.

1. ſerm. 3. epid. *Fallimur, & quondam non dignum tradimus, ergo*
Quem ſua culpa premit, deceptus omitte tueri.

His tandèm Seneca permotus venit in ſententiam.

In herc. fur. *Pectora tantis obſeſſa malis,*
Non ſunt ictu ferienda leui.

Quinimò grauiſſimo, inquit, Io: Baptiſta Fulgoſius Ianuenſium olim Princeps; eoq; iuſta ſeueritate Alexandri Seueri l. 6. c. 3. æmulo. Publicè fumo extinguantur, præcone valenter clamante, *fumo enecentur, qui fumum vendiderunt.* Sat ſibi cauit à grauiore pœna Therſites, cui proximus, nec calet ignis. neq; fœdis cineribus ſuus denegabitur honos, ſiquidem appendent Poetæ ſemiuſto ſtipiti dignum Epigramma. Nec cunctatus Homerus

Od. ψ Τὺς δε δὲ μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν, καὶ σχέτλια ἔργα
Od. 22 *Hos fatum, & malefacta neci, exitioq; dederunt.*

Ridenti arriſere omnes, hincq; coniecturam deferueſcentis iræ nactus auritus ille

Od. φ οἴ τ' αὐτῷ πρώτῳ κακὸν ἔυρετο οἴνο βαρείων
Od. Ω αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἄμπνυτο, καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη,
Od. Τ τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα
Od. 21 *Qui ſibi perniciem, vel primò reperit ipſe*
Od. 24 *Vino victus*
Od. 19 *Vt reſpirauit, rediijtq; in pectora ſenſus*
Lætitia huic, mæroq; ſimul præcordia cepit.

In veſtra, inquit, PP. cariſſimi, in veſtra ſumus cuſtodia, tantùm omnem ſcabitudinem animo, tanquàm bonarum artium magiſtri deleatis ſine cicatrice. Incultis, aſperiſq; regionibus diutiùs niues hærent: aſt vbi, & aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris leuis pruina dilabitur. Similiter in pectoribus ira conſidet, feras quidèm mentes obſidet, eruditas prælabitur. Quùm hęc Elpenor ingenti volubilitate verborum effudiſſet, tandèm execratus ſui Imperatoris temeritatem, infit

——— οὐδ' ἂν ἔμοιγε Il. lib. 9.
τετλαίη κύνεός περ ἐὼν εἰς ὦπα ἰδέσθαι
οὐδέ τι οἱ βουλὰς συμφράσσομαι, οὐδὲ μὲν ἔργον
ἐκ γὰρ δή μ' ἀπάτησε, καὶ ἤλιτεν; οὐδ' ἂν ἔτ' αὖτις
ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν: ἅλις δέ οἱ: ἀλλὰ ἕκηλος
ἐῤῥέτω: ἐκ γάρ οἱ φρένας εἵλετο μητίετα Ζεύς
εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω. οἶνος γὰρ ἀνώγει
ἠλεὸς: ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι
καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν
καί τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ' ἄῤῥητον ἄμεινον

——— haud ille quidem auſit,
Quamuis perfricta ſit fronte mihi ora tueri.
Quippe vbi fruſtratus ſemel eſt, ac fraude feſellit,
Non iterùm mihi verba dabit ſtulto: ſemel illi hoc
Sit feciſſe ſatis. quin poſtac ille quieſcat,
Ac abeat.

Dicam equidèm quiddam iactantius, vrget enim me Od. ξ
Vinum amens?
Vinum quantuncumq; grauem, atq; prudentem
Incitat ad cantum, ac tenerum ridere, choroſque
Ducere compellit: nonnunquàm quod tacuiſſe
Præſtiterat, reſerato effuſit pectore dictum.

His occurrit Homerus Il. 20.

ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος τοῖόν κ' ἐπακούσαις
——— ἐπεὶ σάφα οἶδα καὶ αὐτός
Ἠμὲν κερτομίας ἠδ' αἴσυλα μυθήσασθαι

Il. 20. —— qualia verba
Dices, talia reddentur tibi dicta viciſſim.
Siquidèm noui probè, & ipſe
Et petere probris, inimicaque dicere dicta.

Tunc ego

Od. Δ ὐκ ἀλέγω ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι, ἢ πάις ἄφρων
Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀμάλκιδος, οὐτιδανοῖο.
Il. N Τῷ μοι δούρατ' ἐςὶ, καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι,
Καὶ κόρυτες, καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες.
Il. X —-- νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ἀποτίσεις
Βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαύνεμεν,
Il. N Ενθ' ὅ,τε δειλὸς ἀνὴρ, ὅς τ' ἄλκιμος, ἐξεφαάνθη.
Il. 11. Haud curo magis, ac ſi fæmina ſiue quis infans
Me iaculo peteret: ſiquidem viri inertis, & ipſa
Il. 13. Irrita tela volant,
Et mihi ſunt haſtæ teretes, Clypeique rotundi,
Tùm galeæ, tùm thoraces procul igne micantes.
Il. 22 Nunc cuncta lues ſemel adglomerata:
Sed præſtat pugnam committere cominùs,
Il. 13 Illic qui vir iners, qui ſtrenuus, ipſa docet res.

MVL-

MVLTA MVLCTRAE

PERSONÆ.

Therſitulyſſes. Bacchis. Sybaritisbacchis. Auctor. Mulctra. Tyro.

Ther. Q*VID ò Circe tam magna manus vaſculorum ligneorum eſt in caula.*

Auct. Fabellam inauſpicatò noſter Zoilus auſpicatur, ſpectatoribus ridiculam, fautoribus pudendam. Quid ni irrideant cum Sulpicio Galba (*antherium in porta cadĕtem?* Ignorat, ineptit, quæ vitia plurimùm abeſſe ius erat ab omniſcio Cenſore. *Dial. 1.*

Therſ. Quid ò Circe, &c.

Auct. Quid tu ætate, ſexuq; capellis præſtans, ab ijs te vinci pateris? quæ

Illæc iniuſſæ veniunt ad Mulctra. *Horat. 2. epod.*

Norunt profectò, quod tu ignoras, ditant, quæ tu depauperas. Condonant interim, me deprecante, tibi Grammatici loquutionis inertem ſtructuram, incongruam translationem, familiaremq; cacaphoniam, at *magna illa manus vaſculorum ligneorum*, magnos extorſit cachinnos ab auditoribus. Mirantur ſolertiam inauditam, qua ſingulis animalibus non mutuatum aſſignas vas: delicias, pòl, diuitis mentis, & ſtabuli; quum alioquin vnicum, duouè ad ſummum Caprimulgo ſufficiant: Non deerant, vt fit, qui te ſugillarent, quòd tàm amplum, capaxq; vas, quale eſt Mulctrum, adeò extenuaſſes,

vt

vt ad vaſculum deduxeris. Atneque defuere tibi fautores, qui neruoſam declinarunt accuſationem, conſcij te omnia magna extenuare, atq; deducere præ luminum impotentia. His enim, vt natura ab incunabulis denegarat quicquàm diſtinctè eminùs, vel cominùs aſſequi, ſic obiecta quæq;, vix cominùs, & vitiosè percipere dederat. Maior interim exo-
1 de Sym. cauſis c.2 riebatur vario certamine clamor, ni Galenus Pergamenus vir ſpectatæ fidei rem compoſuiſſet, inculcans, quod ij, quibus exiguus, & impurus eſt animalis ſpiritus, peſſimè res diſcernunt cominùs, & eminùs; quod tibi hucuſq; contigiſſe omnes fatebantur. Hinc tui miſerta altera Bacchis, quam Circes nomine honeſtaſti, ne diutino fores ſpectatoribus contemptui, atq; ludibrio, rem indicauit, inquiens.

Bacch. Mulctralia vides, Vlyſſes, lactiferis animalibus, tam maſculis, quàm feminis emungendis deſtinata.

Auct. Non dùm fatiſcebat rumor, quùm ſecedunt Grāmatici ſtomachabundi, quod maſculis *femina* copulaueris. Neuè in poſterum huic ſcopulo iterùm impingas, teq; optato de-
lib.4. fraudes Grammaticorum patrocinio, L. Valla tuæ inſcitiæ miſertus, monet *femina* propriè dici interiores, necnon poſteriores partes, fæmora verò exteriores, atq; anteriores.
lib.7. Refricabat verò Columella. *Vtile quoq;, & ſub femina manum ſubijcere, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodùm paueſcant.* Hoc interim fuit in lucro, quod Leguleius quidam comis, atq; facetus, recens exortum ortographiæ ſcidit diſſidium, teſtatus, valuiſſe pellicem Bacchidem diphtongo, qui fæminæ debetur derogare, per regulam iuris tritam, quod *Quiſq; poteſt ſuo fauori renunciare*. Plauſere omnes, iàmq; ſedata videbatur ſeditio, ni tu denuò crabrones irritaſſes.

Therſ. Quid mirum, ac portentoſum auribus excipio? an etiam animalia maſcula lac habent apud te, & emunguntur?

Auct. Prædicabant nonnulli, & meritò, quod tu aures ſuprà cōditionem humanæ naturæ magnas fueris aſſequutus, vt locus non deeſſet fictionibus, atq; mendacijs, quæ tamen por-
1.Tuſ. tenta Cicero, nec conuincere dignabatur. Dùm hæc loquuntur,

tur, accurrunt confertìm curioſi Naturæ ſcrutatores, ſuæ admirationi, quamquàm inſcitiæ ſoboli non dubiæ, ſuffragaturi, totq; ſæculis inſuetam Lactis per nares excluſionẽ obſeruaturi: eſt enim *emungere*, quod ignorare pudendum Grammatico homini, profluens è naribus purgare excrementum. Accurrunt, & Artis Apollineæ Proceres, ſuſpicati nouam adinuentam medelam Hydrocephali: rarum equidèm, atq; peruicax morbi genus, in quo diffluit ſæpè cerebri medulla in humorem inſulſiſſimum. Suadebant apparatus, *magna* nempe illa *vaſculorum manus*, artificis abs te celebrata *ſapientia*,| neq; abſonum exiſtimabunt, quòd animalia Lactis baiula, quæ tibi *Lactifera*, huic morbo euaſiſſent obnoxia præ Lactis contubernio; huic enim inditum, vt caput tentet, quod tute experiris, & monuiſſe quandòq; ſe textabatur Hippocrates. Attamèn operam cuncti ſe luſiſſe tunc perſenſerunt, quùm morigera tibi Bacchis reſpondit. *In aph.*

Bacch. *Deſine mirari Laertiade, nam etſi raro, quandoq; tamen è maſculorum mammis effluere ſolet abunde Lac: Ariſt. &c.*

Tyr. *Adeò videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis,* exprobrabat. P. Terentius. Verùm quotquot aderant lata ſententia pronunciarunt te hominẽ *non emunctæ naris*, qui verbum *emulgeo, es*, ab *emungo, is*, bis ſaxo impingens, non diſtrinxeris. Ineptus prætereà ijs videbaris, quòd importunè maſculeum induceres Lac in ſcenam, ineptiſſimus, qui teſtimonia Auctorum, Ariſtot., & Bonamici à tuo Antagoniſta olim allata, prolixè repetas, ſuppreſſa tamen hiſtoria ex propria obſeruatione, quàm Aduerſarius profert. Verùm cuncta eius inuenta tibi ſordeant, ecur non aliundè tibi comparaſti fautores? præſertim quùm ille breuitati ſtudens, rem digito tantùm indicauerit. En tibi Arabum Principem, attentas præbe portentoſas aures. *Et iàm contigit in quadam Ciuitate, quæ dicebatur Chinam, quòd caper propè virgam habebat quædam additamenta ad ſimilitudinem mammillarum, & confricabantur,* *In Andr.* *Phy. Lac. Anal. c. 10. c. 79.* *Auic. de natura animal. lib. 3. c. 3.*

bantur, & exiuit tantùm de Lacte, quòd factus eſt Caſeus indè, & ille coiuit cum capra, & genuit filium, & ille caper filius iterùm emiſit de ſuis additamentis Lac. & viri emittunt de ſuis mammillis Lac, & ſi continuè de ſuis mammillis Lac exprimerent, abundaret multum in eis. Subſcripſere huic ſententiæ A. Veſalius intimus naturæ ſcrutator, Hieronymus Egubius, & A. Laur., cui arridet hiſtoria ab ijs ſibi narrata, qui Nouum Orbem luſtrarunt, illic, *viros penè omnes maximam Lactis copiam habere*. Symbolum inſuper contulit, & Marc. Donatus, *ipſe hominem vidiſſe recordor, qui ex mammis Lac in manifeſta quantitate emittebat.* At verò Io. Sekenkius mirabilem ſe prolaturum hiſtoriam pollicebatur. *Nouimus*, inquit, *virum Præfectum ſeniorem Portæ Cupreæ dictæ, Laurentium VVolf, Ciuem Briſacenſem, qui ab ipſa iuuentutis ætate, ad annum quinquageſimumquintum vſq;, quem nunc agit, ambabus mammis Lacte tam copioſo abundat, vt per iocum in conuentibus ipſorum ebrius iam factus, compreſſis mammis Lac in aſſidentes è regione extringat, atq; eiaculetur: quo nomine quibuſuis ſuis conciuibus innotuit, qui eum etiam ſæpiùs, vt alijs demonſtret, adhortantur, neq; tamen indè dolorem, grauitatem, aut tenſionem vllam percipit.* Alexander Benedictus referebat Syrum quendam, cui filius infans mortua coniuge ſupererat, vbera ſæpius admouiſſe, vt famem filij vagientis fruſtraret, continuatoq; ſuctu lacte manaſſe papillam, quo exindè nutritus eſt magno totius Vrbis miraculo. Vix ea fatus erat, quùm Hieronymus Cardanus vir inſignis, atq; variæ eruditionis, moræ impatiens, producit *Antonium Benzum ex oppido Portus Mauricij annum agentem 34. pallidum, barba rara, pingui habitu, è cuius mammillis Lactis tantum profluebat, vt infantem fermè lactare potuiſſet: nec ſolùm effluebat, ſed impulſu ferebatur. Miles hic erat, & non leuia tota vita paſſus incommoda. In infantibus hoc admirationi dignum non eſt. Nuper Martino Borglino amico noſtro vxor iam quindecim annis ſterilis filiũ*

l. 5. c. 18.
l. de Lacte.
l. 2. c. 2.
de var. & morb. l. 5.
Amat. l. 1. c. 4.

enixa

enixa eſt, qui primo menſe & Lac emiſit è papillis copioſum, & mammæ intumuerunt, atq; obduruerunt adeò, vt obſtetrices adhibitis repellentibus, vomitus Lactis, non curato priore affectu, excitarint. Proh quàm turgeres, ſi excuſſa ſegnitie, operi tuo inſeruiſſes talium virorum patrocinium.

Sed non erat hic locus,

inculcabat Horatius; quid enim commune habet problema, quod præ foribus exornas *De Duplici Calore* cum Lacte? quod è maſculis portenti in morem, vel monſtri educitur, vt tibi perſuades; Quòd & tua illa Sybaritis Bacchis, quæ fuliginoſo è fornice aſſurgit, incaſsùm inſinuare conatur.

Syb. Bac. Quemadmodum inter monſtra multiformia quãdoq; viſum eſt, cui caput eſſet maſculeum, reliqua membra feminea &c.

Auct. At nos miſeri hucuſquè crediderámus monſtrum vnumquodq; vnicum eſſe per vnam tantùm formam, per quam in genere ſubſtantiæ conſtituitur, non per monſtroſam plurium formarum congeriem, quam, & animalibus perfectis quibuſq; tribuis enormi deformitate: vnum verò, vel plura cenſenda, *principÿ ratione* habita. His, vt plaudebat Ariſt., ſic nouum ſibi occurrere fatebatur, inq; admirandas collocandum auditiones, quòd alia à genitalibus maſculea, aut fæminea obſeruaris hucuſq; membra. *Nam etſi de toto animali mas, aut fæmina dicitur, tamen non quauis ſui parte, potentiaq; idem mas, aut fæmina eſt, ſed certa quadam virtute, ſiuè potentia, & parte.* Hanc verò, & principij cuiuſdam obtinere naturam argumento ab exectis deſumpto, comprobabat. *Tamquàm non qualibet ſui corporis parte, aut potentia, animal ſit fæmina, vel mas.* Monſtrum igitur hoc multiforme, quod ſupponebat *probri perlecebra, & perſuaſtrix*, conſeſſus vnanimi conſenſu, procurante Leguleio, traditur Lycurgo, vt ex lata olìm à ſe lege, in illud animaduertat. Notabat interim Cauſidicus mulieris ambitionem, quæ bis detrahere fæmi-

lib. de vita.
Ar. 9. de g.Al.c.4.
Plau. in Bacch.

næ ſtuduerat, quòd altera Bacchis ſemel patrarat: pluraq; dicere parato, garrula, atq; obſtrepera pergit.

Syb. Bac. *Sic fieri poteſt, vt animali reliquum corpus maſculeum habenti, ſolæ mammæ fœmineæ forent, adeoq; multi Lactis feraces.*

Auct. Cur id, quòd neq; eſt, neq; fuit, neq; futurum eſt, mihi prædicas? at ſubridens Horatius ſine quæſo expilent, domeſticum ærarium

In Poet. *Vndiq; collatis membris, vt turpiter atrum*
Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè.

Interim nouam hanc artem mammas inſerendi, admiratur ſolertiſſimus Tagliacotius, qui dudùm Curtorũ Chyrurgiam per inſitionem egregiè abſoluerat. Et verò, vt ille eſt curioſiſſimus in reſarcendis vitijs humani corporis, ſic te rogat enixè, ne ſupprimas diutiùs enchyriam, neuè litterariam, quinimò mundanam R. P. hoc fraudes bono. Artem diſſimulas, noui ingenium, naturamq; producis monſtri auctorem; at illud ingeminant bonarum artium cultores, quod comminiſceris portentum, neq; factum, neq; à natura fieri vnquàm potuiſſe. Quî enim illa transferet membra impunè, à quoue mutuabitur fœminea vbera, vt mari appendat? Prodibat Empedocles tibi patrocinaturus ſuis cum partibus diſcerptis, mutuòq; altercantibus, verùm inauditus exploditur: obſtabat namq; lata olim ſententia in Peripato, *Modus enim hic cauſæ figmento ſimilis eſt omninò*. Repetebat verò Ariſt.. *Fœmina autèm, & mas iàm eſt, cùm partes etiam habent quibus fœmina differat à mare, non enim quauis parte mas aut fœmina eſt, quomodò nec videns, nec audiens*. At fœmina non eſt fœmina per mammas, neq; enim quibus nullæ, aut virilium æmulæ, fœminæ eſſe definunt. Immò quod ſero monitus diſcas, quæcumq; pars in fœmina fœminea neceſſario eſt, maſculea in mare: tantùmq; abeſt, vt ab hoc cenſu principium ſecludam, vt neceſſariò ipſum includam, & primas lubens, & volens ipſi deferam. Pro

4. de G. An. c. 1.

copia

copia namquè, vel inopia innati caloris futurum animal mas fit, vel fæmina: caloris verò ſedes, atq; lares ſunt in corde. Quapropter de primo ad vltimum, pro modo, caloris, qui in corde, conſtituetur principium fæmineum, vel maſculeum ab ipſo viuendi exordio. At verò quæ dicimus, minimè ſuffragantur, quinimò tuæ refragantur latè, ſuperq; opinioni. Principium enim hoc membra ſingula pro ſui modo architectatur, ita vt ſi impotens, impotentia ſuccedant organa, ſin validum, atq; robuſtum, & valida in vniuersùm exoriantur membra. Igitùr quùm potentia, & impotentia mas à fæmina diſtinguatur, ſequeretur, quòd ſi mas fæmineas obtineat mammas, potens futurus ſit, & impotens, validus, & inualidus: quæ monſtra ſi Philoſophia admiſerit, nec mille Hercules in poſterùm profligabunt. Machinam forsàn opponis, & ab Ariſt. mente, & à veritate alienam, quòd ſuccedat in partes imbecilli ſeminis virilis, fæmineum. At exulauit hoc iàm à munere generationis in Schola Stagiritæ, te inſcio, vel conniuente, aut quòd magis ſuſpicor, proteruiente: probèq; actum eſſet cum natis, qui ex patre podagrico, ſi mater officioſa ſubſtitueret firmas, valenteſq; iuncturas. Quùm verò Natura verſetur circa illud, quod vt in pluribus, & quòd meliùs, frequentiſſimè obſeruarentur hæc beneficia in prolem redundantia à ſemine materno, quod ſecùs contingere quotidiana experiētia teſtatur. Dic amabò, putaſne quùm Iuppiter cæſios effinxit Mineruæ oculos, ex quò vulgò γλαυκῶπις, ipſum Noctuæ, quæ γλαὺξ dicitur, priùs effodiſſe, quò fœturam proprij cerebri exornaret? falleris vno ore inclamant, quot aderant Phyſionomi, hæc enim ob ſimilitudinem quandam, artificioſáq; obſeruationem ſolùm dicuntur, quod neq; eorum calonibus ignotum aſſeuerabant, dementiſq; eſſe talia ſibi fingere, aut imaginari. Præterea, neq; ſi fieri poſſet, vt fæmineum ſemen ſuppetias maſculeo ferret in mammarum generatione, euentus inter oſtenta, atq; monſtra recen-

l. de conſ. fæt.

Il.

recenſeri deberet, vti falsò opinaris. Etenim monſtrum illud eſt Ariſtoteli, *quod neutri parentũ aſſimilatur*, quod verò alteri horum, abſolutum, non monſtrum. *Naturaliſſimum* ſiquidèm *eſt omnium naturalium entium, gignere ſibi ſimile*. Quapropter quùm abſurdum ſit comminiſci mammarum inſitionẽ è fœmina in maſculum viuentem, nõ minùs quàm, ſi ante conceptum fieret, ſeu per indiſcretam partium præſentiam in ſemine, ſeù quià fœmineum opem ferat maſculeo ad illarum partium fabricam, etſi per impoſſibile ſuccederet, non monſtrum, ſed naturaliſſimũ dicendum eſſet opus, dubiò procul, quæ tu nobis pythagorica lege præſcripſiſti, omniũ calculis exploduntur; t. q; Empedoclis conſortem quicunq; iuridicundo præerant declararunt. Neq; ſi aciem denuo inſtruas, aduocatis magnitudine neceſſaria fœmineis mãmis, illarũq; proprietate in Lacte proferendo, res mea ſententia, meliùs cedet; ſiquidèm, neq; mammoſi erant viri illi, qui Lacte ſcatebant, neq; mulieribus pro mammarum magnitudine Lac trahitur; immò vt hæ ventoſæ creduntur, inq; Lactis generatione ſegnes, ſic quæ mediocres magnitudine omnium cõſenſu præferuntur. Neq; diffiteor, proprium mammarum eſſe Lac fabrefacere; peculiari namq; ditantur glãdularum natura (quòd alibi examinauimus) quibus datum eſt, vt & lactificent in propriam ſui alimoniam, & ſubſtantiam beneficam erogent aliorum in beneficium; commune tamèn vtriſq;, tàm mari, quã fœminæ eſt Lac producere, vt Auic. ſuperiùs te monuit, & producta Syri hiſtoria docere te poterat. Non erit igitur ſexus proprium, verùm neq; ſpeciei, quùm & cæteris viuiparis perfectis competat. quod ergo infers.

1. mag. mor. c. 10. 2. de Anima t. 34.

Th. L. A. cap....

Syba. Solæ mammæ fœmineæ forent, adeoq; multi Lactis feraces.

Auct. Quùm, neq; in primo, neq; in ſecundo gradu dicendi per ſe adhùc ſibi fidam ſedem inuenerit, iuremeritò cõmentum hoc, tamquàm ſpurium, atq; ſuppoſititium omnium

nium calculis exploditur, & extorre à Lyceo exulare extremos in Garamantas decernitur, repetita eadem ver borum ſerie, qua in Empedoclem olim animaduerterat Præceptor,

Modus hic cauſæ figmento ſimilis eſt omninò.

Syba. Nonne tale quid Vlyſſes in opere de monſtrorum natura, cauſis, & differentijs obſeruauit.

Auct. Hoc tibi fuiſſe in votis clarè coniecerunt periti, vt hoc parergo de Lacte maſculeo emptores ſollicitares ad ſibi comparandum tuum libellum *de monſtris*; in quo audio plurima depicta, enarrata, & aſſeuerata ineſſe monſtroſiſſima monſtra. benè ſit tibi,

Et faciet lucrum Bibliopola Trypbon. *Mart. epig.13.*

Verùm interim moneas tuum hoc corculum, quam ſcilicet deperis, Bacchidem, ne præſentibus arbitris, colloquẽtem adeò inurbanè prætereat, quem ſcilicet præſentem, nec dignatur alloquio, ac vix in tertia perſona tandèm compellat: ni tamen Sybaritis, quibuſcum diù vixit, vernaculus hic ſit mos, vel Homerici Vlyſſis recenſeat ignota nobis volumina, non tui, qui reduuijs alienis ridiculè turges.

Syba. Et ad naturalem cauſam ipſe redegerit.

Auct. Operam luſiſti. quis enim erat neſcius, in naturalibus monſtra peccata eſſe illius, quod proptèr aliquid agit, naturæ nempè, vt docebat Ioan. Gramm., cuius finis non eſt monſtra procreare. Ex quo monſtra non ſunt, nec natura particularis, nec ſecundum particularem naturam, ſed ſunt ſecundùm vniuerſalem naturam; quià nihil eſt in vniuerſo, præter naturam. Errasti igitur primùm, monſtro mancipans rem naturaliſſimam, tùm demùm iniquo tædio Lectorem afficiens. *Ar. 2. Ph. t. 82. in 2. Phy. t. 32. 1. Phyſ. t. 75.*

Therſ. Bene mones hoc oſtentum ad id monſtri genus referri poſſe.

Auct.

Auct. Qui verò, æquè ac tu, abundaret ocio, rationem exigeret, cur *oſtento* aſſignaueris genus *monſtrum?* reclamantibus Feſto, & Vulpiano. At ego, qui non ignoro ius tuum ſingulare, tantùm abeſt, vt de vocum proprietate controuerſer, vt liberum, minimeq; perturbatum omnia peruertendi, atq; peſſundandi poſtàc tibi permittã poſſeſſionem.

l. oſtentum ſ. de ver. ſig.

Thirſ. Caterum quid hac mulctra noua maior plena rimarum eſt, hac, atque illac perfluens tantum Lactis extra ſe permiſit effluere.

Ter. Ecc.

Auct. *Noua* inſupèr tibi non eſt cacagraphia: quò fit, vt neglectis interpunctionibus, accentibus, pathetico, vel Mulctræ ſis iniurius, ac notas in margine vitiatas exponas; *Ter. Ecc.* pro *Ter. in Eun. Maior* lapſus in ſtructura orationis, qua nec temulentus Cyclops vteretur. *Plena* tamèn non vulgaris ſtoliditatis, dum ſciſcitaris, cur ex vaſe rimoſo effluat liquor? Ingenioſum equidèm problema, *dignumq; patella operculum*. Interim te monitum velim meo nomine, ex auctore, quem modò deartuaſti.

Ter. l. c.

Verùm, heùs tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem,
Quæ vera audiui, taceo, & contineo optimè;
Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuò palàm eſt,
Plenus rimarum ſum, hàc, atq; illàc perfluo.
Proin tu, taceri ſi vis, vera dicito.

Bacch. Medicus ille fuit iuuenis, qui Phyſicam Lactis Analyſim excoluit.

Auct. Quod fuit non eſt, ſi iuuenis fuit, cur igitur totiès tuus obijcit pupulus iuuentutem aduerſario? Quod verò me excoluiſſe fateris Phyſ. Lactis Analyſim, habebo gratiam in poſterùm, *neq;*, *vt opinor*, *ſine tuo magno malo*; eſt enim in Latio *excolere* idem, quod *polire*, & *exornare*: Non habeo, quandò domeſtici teſtes veritatẽ, à reluctante extorſerint.

Ter. in And.

Bacch. Et quas de natura Lactis ab alijs viris doctiſſimis ipſe non probauit, aperte refellens à ſe reijcit.

Auct.

Auct. Vt hæc audiui,fateor,ob mutui,ſimulq; oculis ſupplicibus operam Tullij implorabam. Verùm ille poſt non longam muſsitationem cum Philologis depoſuit, *Ego autèm, qui intelligeret quid dicere vellet, abùc neminem inueni. nonnè ſatiùs eſt mutū eſſe,quàm quod nemo intelligat dicere?* Bellam loquutionem lymphaticam, exprobrant Rhetores, quin belluinam inculcant Grammatici, nulla ſtructura cohærentem, nihil ſignificantem; admirabilem tamèn peregrina eruditione, & inſperato elegantiarum prouentu. Valeant poſthàc noſtræ,inquiunt,lucubrationes, irritæ ſint eloquentiæ leges, plurimum namq; acceſſit modò ornamenti Grammaticæ, proprijs prolatis finibus, aucta ditione. Ecquis noſtrum hùcuſque diſtinxiſſet, *rem non probare, refellere, & à ſe reijcere?* proh ingenium diſertum, genium deſertum. *Phil.* 7.

Bacch. *Amici fuere medici ſenex, & iuuenis*

Auct. ------ *Iam diù ego huic benè, & hic mihi* *Pl.*
volumus, & amicitia eſt antiqua.
Di, Deæq; ament te, vel huius arbitratu, vel meo,
vel ſi dignus alio pacto, neq; ament, neq; faciant benè.

Bac. Quorum illum in Veruecem, hunc in Mulctram commutaui.

Auct. Imaginoſa nimis es *triueneſica*;caueſis, ne quod euenit ijs, qui rotantur, tibi, tuoq; cuculo contingat, nempè vt omnia in gyrum duci exiſtimetis, præ vitio circumactę ceruices: pręcipuè qùum intellectus veſter, ſicubi eſt, vel ſupereſt, *aptus ſit abſolutè OMNIA fieri*. Quòd ſi,vt tutè comprobas, inq; medium adducis, *Vnuſquiſq; id quod intelligit eſſe videtur*, cur nobis non eris? *Pl.* *Dial.3.p. 47. p.62. Ar.9.eth. c.4.*

Impurum Mulctrulum, Veruexq; Sectarius.

Bacch. Nec Ileoſus animo ſordes iurgiorum in amicam Mulctram eructat. *Gal.6. de l. off.*

Auct.

Auct. *Peluim poſcunt* Auditores, ſtomachantes præ tua inurbanitate, neq; ſuſtinent audire dicentem. Ridet auerſus Galenus, quin irridet nouum è tua pyxide euolans morbi genus, *Ileoſus animo*, ne per ſomnium quidèm ſibi notum, quod tu nimis prodigus, ipſi imponebas. Verùm vt plenam inuenti gloriam tibi deberi fatetur, ſic non dubitat, portentoſum te ſymptoma ex intima animi tui obſeruatione expiſcatum fuiſſe. Nam is, & vernaculo laborat *ILeo*, & *VOLVitur*, quìn volutatur *MISErando* exemplo.

Bacch. *Iuuenis hic eſt ille, quo cum pro te Vlyſſes diſputaturum ſe pollicitus eſt Epeus de natura caloris.*

Auct. Dum ſuſtollunt Auditores peregrinam loquutionis ſtructuram, laudo ego aduerſarij ſolertiam, qui frigidiſſimus, ſubſtituat actores, & certamen Bacchidi non ignotum, per Legatos abſoluat.

Mulctra. *Quem Epeum mihi memoras?*

Auct. Qui ignoraret hæc è tuo depromi penu, certior mòx fiet, ſi admirabilem obſeruet, verèq; tuam in dicendo elegantiam, & loquutionis proprietatem.

Mulc. *Res mihi futura eſt cum Vlyſſe.*

Auct. Minimè gentium: verùm cum vltroneo quodam Doctore, non tàm *Docto*, quàm & *docendo*.

Mulc. *Qui calorem malè tractauit.*

Auct. Quin peſſimè. Rei actiuiſſimæ, atq; ſenſibiliſſimæ, omnem denegans actionem, atq; ſenſibilitatem: dignus qui pœna ſenſus plectatur in poſterùm.

Mulc. *Tum in libris de Spont. Viu. Or., de ijs qui diu., & alia cæteraq; promulgans.*

Auct. Tantùm non emo pœnitere, æris, & temporis diſpendio. *Colophonem imponis*, & clauſulam claudis non diſcordi à ſupe-

ſuperioribus elegantia. eſtò. Aſt ſi percunctèris, quæ dicturus ego fuerim, præſtabo cum Plauto

----- quid tibi mecum eſt rei? *Men.*
Ego te non noui, cum hoc, quem noui fabulor.
Tu herclè inſanus homo es multùm, & odioſus mihi.

Therſ. Et nos quoq; poma natamus. tu Tyro in re Litteraria.

Auct. *Dictum faceſſe elatum, & diſcaueas malo.* *Pl.*
Iàm ego TYRONIS LITTERARII hinc nomen, & omen auſpicor.

Therſ. Me veteranum prouocas ad ſingulare certamen.

Tyro. *—— quæ rura dabuntur* *Luc.*
Quæ noſter. VETERANVS aret?
Dic ſodes Veterator, an Veter *ἀ νῦν*. Vereor namq; ne tuæ derogem ambitioni altero denegato titulo. Vtrũq; habeas, dummodò cum tuo *Dauo* abeas. *Dial. 33. Per. in Sind. ſc. Dial. mulc.*

Therſ. Si poteris arcum meum flectere, & ſagittare per ſecures meas duodecim, non recuſabo congredi tecum.

Tyr. Increpabat Homerus
---- *τί νυ τύξον ἔχεις ἀνεμώλιον ἄυτως* *Ili. φ*
----- *Cur fruſtrà iàm tibi geſtatur inutilis arcus?*
Haud diſtuli in re ardua propriam defenſionem. Heùs tu bone vir, non ego Procus, neq; tuam appeto Penelopem; quamquàm tu paciſcenti cum Procis mulieri, neſcio quo fato, modò ſubſcribas. indixerat olim Heroina

Ἀλλ᾽ ἄγετε μνηστῆρες, ἐπεὶ τόδε φαίνετ᾽ ἄεθλον; *Odyſ. φ*
Θήσω γὰρ μέγα τόξον Ὀδυσσῆος θείοιο.
Ὃς δέ κε ῥηΐτατ᾽ ἐντανύσῃ βιὸν ἐν παλάμῃσι,
Καὶ διοϊστεύσῃ πελέκεων δυοκαίδεκα πάντων,
Τῷ κεν ἅμ᾽ ἑσποίμην νοσφισαμένη τόδε δῶμα
Κουρίδιον.

Sed agite Proci, quandò hoc proponitur præmium,
Ponam enim magnum arcum Vlyſſis diuini,
Quicumq; autem facillimè extendet arcum manibus,
Et ſagittam miſerit per ſecures duodecim omnes,
Hunc ſimul ſequar, relinquens hanc domum,
Quam iuuenis colui.

Therſ. Tibi ſufficiat me tuæ diſputationi præſentem aures adhibere.

Tyr. Mentem, non aures in amente, ſi expoſcam, demens ipſe dicar. At inuehitur in te Sophocles.

Τῦφλὸσ τά τ᾽ ὦτα, τὸν, τε νοῦν τά τ᾽ ὄμματ᾽ εἶ.
Tu ſimul, & aure, & mente, & oculis cæcus es.

Ther. Nec Epeum recuſare debes, qui ſi ſub Aſini forma tuum amicum Senem Veruecem in litteraria pugna proſternere potuit.

Odyſ. ρ *Tyr.* Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει:
Ὡς αἰεὶ τ᾽ ὁμοῖον ἄγει θεὸσ ὡς τ̓ ὁμοῖον.
Nunc adeò malus ecce malum comitatur, vt vſque
Ad ſimilem Deus adducit, ſimilemq;, paremque.

Ad aquam mali. Non recuſo vos, quin accuſo, atq; deteſtor ambitioſam inſolentiam.

Secundas FORTVNAS decent ſuperbiæ.

Benè quidem fuit *Aſinis apud Cumanos*; quantùm video, malè vobis cedet apud nos, peſſimè verò ſucceſſit tuæ
Dial. 1. exiſtimationi, quam *Rudens* à te *Eruditus*, vnguibus contriuit, peſsùmq; dedit. At illud ne ignores, vnicam obſeruaſſe peritos *Athonis* montis vmbram, eamq; *lateribus Lemniæ Bouis* tantùm infeſtam. I nunc tenebrio, hanc ſerò, ſcrióq; diſcute, ſi vales, & *cane tunc poſt victoriam encomium*. Irruit Plautus.

In Bacch. *Vnum hoc ex ingenio malo malum inueniunt ſuo,*

Nulli

Nulli amici ſunt, inimicos ipſi ſeſe omneis habent,
Atq; eſſe cũ fruſtantur, fruſtari alios ſtolidi exiſtumãt,
Sicut eſt hic.

Ther. Nunc in hominem reformatus non debet à te contemni, quem Minerua diligit, & inter Heroas numeratur. Non audis in Securi Simmiam, Rhodium &c.

Tyr. Exitus acta probabit, an veterem penitùs exuerit naturam. Vt verò amat Minerua induſtrium *Epeum*, ſic auerſatur tuum *Elpenora*, Simiæ Rhodiæ, *Purpuratæ*, nempè, fictis celebratum fucis; quin veteris contentionis cum Arachne haud oblita, impoſturaſq; exoſa, infit.

Mundicias volo fieri hic, ferte ſcopas, ſimulq; arundinem, Plau.
Vt operam omnem aranearũ perdam, & texturã improbã,
Deÿciamq; eorum telas.

Percunctabar ego interim,

Sed hic quis eſt, quem huc aduenientem conſpicor, In Epid.
Suam, qui vndantem chlamydem quaſſando facit?

reſpondit actutùm Plautus. In Bacch.

Terræ odium inambulat, & iam nihil ſapit,
Nec ſentit, tanti eſt, quanti fungus putidus.

Elpenor. Sordibus omnibus graueolentibus, quas Aſini corium altius mihi dudùm impreſſerat in aqua depoſitis, en ad vos lotus pariter, ac lætus homo iam redeo.

Tyr. Quod tamen ægrè credebat Naſo, aſſuetus alioquin transformationibus dijudicandis. Hunc mòx audiuimus canentem.

Ecce Rudens rauco Sileni vector Aſellus 1. Inſt.
Intempeſtiuos edidit ore ſonos.

Accurrit Strabo quæritans, an *Homo Nouus* Agarenis ſe immerſerit aquis? Haud ſibi compertum, cuncti illud fatebantur. At ille, cauete in poſterùm, amici, cori- lib. 16.

 um,

um, & mores Aſininos, nondùm exuit, qui Apollini cutim, Sordes Herculi, Gradiuo Fruſtilla cadaueris, ad Proteruiam vſq; vouit, olim atq; dicauit.

Elp. Sed quid hic etiam nunc ſtatis omnes ante ſtabuli fores?

Tyr. Proh fœcundam eloquentiam, paremq; inſcitiam. Proſtibulum eſt, vbi Proſedæ, quæ *Ante ſtabuli fores*. An non ex meritò Lupus, ominosè Vrbicus, genio inurbanus inter Lupas in Lupanari ſtabulatur?

Virg. egl. 3. *Triſte Lupus ſtabulis*, inclamauit Maro.

Ther. Te nos hic vnum preſtolabamur, vt nobis præſentibus machinas fallaciarum huius Mulctræ proſcinderes acie mentis.

Tyr. Larua vmbratilis, tu me minis territas?
Tua magnifica verba, atq; iſtas tuas magnas minas
Non pluris facio, quàm ancillã meã, quæ latrinã lauat.

Impatiens Plautus

—— etiam minitare carnifex?
Quid nunc impure, nunquid debetur tibi?
Quid illi moleſtus, quid illum morte territas?
Et ego te, & ille mactamus INFORTVNIO.
Caue malum, & compeſce in illum iniuſta dicere.

Tunc Agellius. Sine quæso *proſcindat* conuitijs, & contumelijs laceſſat, *non deerunt Veterum teſtimonia, quibus huiuſmodi ambages fallacioſæ confutentur*, detegaturq; nebulonis fallaciloquentia. Fremebat Plautus.

Parata res mala eſt in veſperam huic ſeni.
Sexcenta tanta reddam, ſi viuo, tibi.
Pl. in menb. *—— Securim capiam ancipitem, atq; hunc ego*
Senem exoſſem reddam, dedolabo aſſulatim viſcera.

Therſ. Qui dudum, vt ait Pauſanias in Phocicis, tua Securicula muros Troianorum hoſtium diſturbaſti.

Nunc

Tyr. —— *Nunc ſuperùm limen ſcinditur,* *Plau.*
Nunc exitium adeſt Ilio:
Quantì pendeat illud *dudùm*, examinent Chronologiſtæ; vt enim abominor frequentiſſimos tuos temporis ſolœcos, ſic floccifacio, atq; recuſo *Securiculam*, vix aptam radicum capillamentis excidendis. Hanc tu introduxiſti, veritus quæſtionis exitum; at ego *Securim*, eamq; *Tenediam, Adulterij, Iniuriæ*, & *Mendaciorum* vltricem, tuæ ceruici iàm imminere conſpicor.

Ther. Bellum etenim litterarium mihi nuper indixit Mulctra de duplici calore in miſtis, & in elementis olim ſæpius à me repoſito.

Tyr. Siccine agis? bellum tibi indicit, qui tua placita *modeſtè ſatis*, vel te fatente, impugnat? quin admonet, demùmq; monitis Coriphæorum in ſemitam reuocat? Dic tu, quo iure inſultas in Parentem, Præceptores, & Exymios Sophiæ cultores? ni te veritatis amor, conſuetudo in litteraria palæſtra, & officioſa admonitio eximant à culpa. Solent, qui mare enauigant illis habere gratiam, & referre, quorum beneficio pericula euaſere. Sic rectiſſimè gratia debetur ei, qui ex ignorantiæ Syrtibus errorem reuocat facibus oblatis. Proindè, qui gratiam merentibus non rependit, ingratus beneficij, dignus eſt exiſtimationis diſpendium ſuſtinere. *Surdo fabulam narras*, inquit, neſcioquis ex Senatu Litterario, *Dial.1.* *lib. de Via.*
Faſtuoſus ſe moneri ducit contumeliam.
addidit incunctantèr alius.
Non admonetur verbo Phryx, ſed verbere.

The. In miſtis, & in Elementis olim ſæpius à me repoſito.

Tyr. Malè ſit prædonibus, qui calore ſpoliarunt miſta, & Elementa. Algebant, ni tua pietas pro vnico duplicem

repoſuiſſet. Neq; collati in ſe beneficij ignis immemor hanc rependet gratiam, quod tuæ frigiditati innoxius, liberam tibi ſecum permittet conſuetudinem in poſterum, diuturnamq; ſuis in penetralibus volutationem. Eià agè experire.

Ther. Quorum alterum eſſe formam ſubſtantialem eſſe dixi.

Tyr. Prodigus ne adhuc es? Duplicaſti calorem, duplicas modò *eſſe*. Quod ſi tautologiæ ſtudium expungere horũ alterum tibi vetat, formæ eris iniurius, nobiſq; ridiculus.

Ther. Et alterum qualitatem accidentalem ab ea forma promanantem.

Tyr. Cur formę ſubſtantiali, formam accidentalem non oppoſuiſti? At illud *accidentale*, quod qualitati iungis, niſi tibi ſit qualitati identicum (hoc verò non ægrè tuæ daretur vaniloquentiæ) vniuerſam perturbat Philoſophiam. Controuertis ne Entis partitionem in Subſtantiam, & Accidens? aut qualitas tibi non eſt accidens? Non eximet te à culpa, *Differentia*, quæ *qualitas* quandòq; appellatur *in ſubſtantia*: non enim tunc eſt qualitas, niſi ſecundùm dici: at verò ſecundum eſſe, eſt ſubſtantia, vt audies ſuo loco; Non inſupèr *qualitates ſubſtantiales* Græcorum, vt albedo in Niue, & Lacte, hæc enim pura, putaq; ſunt accidentia, merentur verò ex inuiolabili cum ſubſtantia fœdere adoptiuam nomenclaturam. Non tandem ſi calorem hunc dixeris *accidens per accidens*; nam lux in lucido corpore nõ eſt accidens per accidens, ſed quid neceſſariò conſequens; neq; calor pari pacto, ſi ab altero calore, qui eſt forma ſubſtantialis, emanat. Verùm calor hic, nonnè vbiq; ignem comitatur? Quin tu *proprietatem* ignis, ab eius forma, *tanquàm proprium* emanantem dixiſti: at proprium, non per accidens, ſed per ſe in ſecundo

De ijs q. d. l. 2.

cundo

cundo modo dicitur de eo, cuius eſt proprium. Tandem fateris ſecundarium hunc calorem, primarij eſſe *actum ſecundum*. Verùm illud moneo, perfectionis nomen vtriq; actui competere, quod Ariſt. docuit, & Alex. quandòq; apertiſſimè explicauit. Quid igitur perfectio accedet alicui per accidens? Iniurius proindè fuiſti in eum calorē, qui Emanationis ſoboles, Propria paſſio, & Perfectio, nequaquàm abs te fraudari poterat honeſto titulo, qui indiuiduo ſubſtantiæ comiti debetur. Hæc de accidentali tuo calore ſatis. Præteream ſciens graueolentes, meretriciaſq; tuas lædorias. Stet ſua *Cyprio Boui merenda*.

1. *Poet.* 2. *de Anima.*

Elp. *Heus tu Mulctra, quid tibi cum Vlyſſe meo de duplici calore contentionis eſt? quid aduerſus eius opinionem proponis? Ecce me pro ipſo diſputare paratum.*

Tyr. Excanduit Plautus tam inſolenti percuſſus ſono.

—— Quid ais homo
Leuior quam pluma? peſſime, & nequiſſime,
Hominis flagitium, ſubdole, ac minimi precij?
Quid tu nunc hominum te omnium deterrume
Veniſti huc oſtentatum?
Non ne te pudet prodere in conſpectum meum?
Flagitium hominis, cum hoc ornatu?

Tunc ego

Ecce autem litigium,
Adibo ad hominem, nam turbare geſtio. (*nocui*
Quæſò quid tibi mecum eſt? vnde, aut quis homo tu es? quid
Tibi, aut adeò iſti?
Quis à me quærit inimicitias ſibi, atq; ætati ſuæ?

Accenditur cunctatione iratior Plautus

Virum hunc ego perimam impuriſſimum,
Barbatum, tremulum, titarum, Cygno prognatum patre.

Rumpit tunc Elpenor moras, & molli ſermone Plautinam frangere nititur iram.

Elp.

Elp. Tecum libenter congredior, quem audio moratum diſceptatorem à iurgijs, & conuicijs abſtinere, ſed rationibus, & autoritatibus Philoſophiæ, ac Medicinæ Principum, Ariſt., Hipp., & Gal., tuam ſententiam firmare, ac Vlyſſeam infirmare.

Tyr. Vt eſt acerbum pro benefactis, cùm mali meſſem metis:
Pl. *Nam pòl quidem meo animo ingrato homine nihil impenſius eſt.*
Malefactorem admitti ſatiùs, quàm relinqui beneficium:
Nimio præſtat impendioſum te, quam ingratum dicier,
Illum laudabunt boni, hoc etiam ipſi culpabant mali.

Mulc. Ego quidem quum Vlyſſem videam in ſuis operibus paſſim horum humanæ Sapientiæ Parentum, vt ita loquar, autoritatem magnifacere.

Tyr. Tua ſunt hæc, quæ recitas, falſa nempè, & incongrua. Si Sophiæ Principes, cur non *humanæ Sapientiæ parentes?* An tibi minoris eſt Sophia, quam humana Sapientia? papè quàm cautus homo es tu? Abſit, vt te magnifacientem credam tales Auctores, præcipuè verò Ariſtotelem, quem diſtrahis *paſsim*, deſpicis vt *garrulum*, reijcis *errorem in re Phyſica*, prædicas *inconſtantem, indiligentem, diminutũ*, *præcipiti calamo* de ſumma rerum, *vita*, nempè, *tractantem*: hunc impugnas, vt *inſcium, impiumq;*: Dic ſodès, hoc eſt magnifacere, an paruipendere, & conculcare Sapientiæ Parentes? Extollis profectò, vt deprimas, eleuas, vt allidas. Hinc Seneca, Stagiritæ vicem miſertus, eius nomine increpabat tuam temeritatem,

In Diſ. Nem. l. de Vit. p. 670. p. 275. De or. a. bu. p. 288 & ſeqq.

In octa.
Quid me potens FORTVNA fallaci mihi
Blandita vultu, SOrte contentum mea,
Altè extuliſti, grauiùs vt ruerem, edita
Receptus arce, totq; proſpicerem metus?

Mulc.

Mulc. Nec Interpretum dicta ducere loco probationum.

Tyr. *Tàm hoc quidèm tibi in procliui, quàm imber eſt quandò pluit.* *Pl.*

Nam qui Præceptorem abiuraras, longum vale eius Interpretibus æquo iure dixiſti. Accuſabant interim Spectatores tuam inconſtantiam, vtpotè qui repudiatos Interpretes, mox, vel eadem pagina, aduoces, congeras, vrgeas ſatis tædioſa recitatione. Inſupèr, quod pro inſectatore Ariſtotelis, ſectatorem nonnunquàm te diuendas, atq; *fidiſſimum Explicatorem*, vel potiùs *expilatorem*. Verùm, qui acutiori acie ſenſus tuos penetrant, vnam, eandemq; tibi fuiſſe perpetuò mentem aſſerunt, nempè vt mortales traheres in tui admirationem, atq; obſequium. Quod vbi malè tibi ceſſiſſe, poſt abiuratum Præceptorem intellexiſſes, ſimulaſſe temet *fidiſſimum* eius *explicatorem*, *&* *ſectatorem*, vt ſi quis in poſterùm ſcrutari aueat naturæ myſteria, non ex Lyceo, verùm ex Tripode *Satyro-Panos Lycei* expetiturus ſit oracula. *In Camelob.* *In libell. ad C. Gl.*

Mulc. Eas mihi ſelegi auctoritates, quas arbitror ipſum non negaturum.

Tyr. Dic quæsò, quo cum conueniet tibi, cuiuſuè dictis aſſentieris tu? Abiuraſti Præceptorem, repudiaſti Interpretes, tecummet pugnas, ergo

Conueniet nulli, ſecùm qui diſſidet ipſe.

Auctor. Sed ijs miſſis, nouam Docti Recentioris opinionem de natura caloris abſoluentis coctionem opportunè penſitemus. Duplicem agnoſcit ille calorem &c. *Lac. Phy. An. c. 15.*

Tyr. Rimabar ego tunc coctionis opificem in Lactis gratiam. Occurrunt *duo illi tui Calores*, hos ad libellam reuoco, expendo, tandèmq; excludo. Conſpicare, nil deprehendes importunum, nil contentioſum, nil profectò inurbanum. Supprimo nomen, breui, ſed honeſtiſſimo,

te proſequor Elogio, impugno Veterum Placitis Nouum Placitum, *abſq; iurgijs, & conuicijs.*

Pl. *Haùd in male meditantem malè dicaſſis.*

Auct. Duplicem agnoſcit ille calorem in viuente, non ſecùs ac in quouis miſto perfecto, & in elementis; calorem tactu perceptibilem, qui accidens eſt in genere qualitatis, & calorem ſola mente dignoſcibilem, qui ſubſtantia eſt, ſimplex quidem in elemento, miſta verò, ſeu verius compoſita in miſto, quam calorem in habitu, temperamenti apicem, & calorem primigenium, fixum, ac ſubſtantificum appellat. Quid tu?

Elp. Hæc ad verbum fere protulit Vlyſſes, tum in opere de Spont. viuent. ortu, tnm in volumine de ijs, qui diu viuunt ſine alimento, tum etiam alibi.

Tyr. Bonis auibus diſputationem inchoamus; vtinàm *reſpondeant vltima primis.*

Auct. Vtriq; ſua demandat munera circa alimentum. à priore, qui qualitas eſt, & in accidentium ſerie, expectat alterationem, & mutationem alimentorum ſecundùm qualitatem. Ab actione poſterioris ſubſtantifici, qui eſt apex temperamenti, forma ſubſtantialis membri, quatenùs miſtum corpus eſt, non coctionem, non alterationem, verùm ſubſtantialem alimentorum attendit mutationem.

Elp. Sed falſo Vlyſſi adſcribis, quod a calore, qui ſubſtantia eſt in animalibus non expectet coctionem, quæ pura alteratio eſt, ſed ſolum mutationem alimentorum in ſubſtantiam viuentium?

Tyr. Men falſi inſimulas? qui *falſo Vlyſſi* aliquid adſcribam? tunc ſubridens Terentius

Rurſus ad ingénium redit.

In Epiſt. Confirmabat Horatius

Naturam expellas furca, tamèn vſq; recurrit.

Plau-

Plautus clàm inſuſurrabat. *In Trin.*

Ingrata, atq; irrita eſſe omnia intelligo,
Quæ dedi, & quod beneſeci; at poſt hac tibi
Malè, quo potero facere faciam, meritòq; id faciam.

Declinabo modo falſam accuſationem, retegamq; tuam impoſturam. Verùm quàm in coctionis natura tradenda, & percipienda aberraris, opportunè patefaciam.

Elp. *Nam vt calori accidentali non putat adſcribendam mutationem ſubſtantialem, ita calori ſubſtantiali penitùs omnem attribuit operationem vitæ.*

Tyr. Vt priori aſſentiris parti, ſic à ſecunda diſſentis, quin à Præceptore diſſides, atq; ab vniuerſa Philoſophantium Schola, ne dicam à temet, quod tibi familiariſſimum, ac ineuitabile. Vitæ operationes ſunt ab anima, quæ eſt principium, quo primò viuimus, ſed à calore ſubſtantiali per te *omnis*, *& penitus* fit vitæ operatio, ergo calor ſubſtantialis per te eſt anima. Caue faſces, & faſciculos. *2. de Anima.*

Elp. *Mutationemq; nutrimenti, tum accidentalem, quæ alteratio eſt, & coctio nuncupatur, quam ſubſtantialem, quæ nutritio dicitur, & eſt mutatio nutrimenti planè cocti in ſubſtantiam viuentis.*

Tyr. Nil moror nunc genus coctionis, quod tamèn alibi neruoſa diſputatione conſtituerã generationem, accinẽtibus Ariſtotele, Alexandro, & vniuerſo Peripato; quæ tu modò præ ignauia diſſimulas. Faceſſat quinetiàm tua doctrina ſecùmmet vbiq; pugnans; ſiquidem tu, qui pro anima tàm acriter aduersùs calorem pugnas in hac tractatiuncula, tuimet nunc oblitus, *mutationem ſubſtantialem alimenti, quæ Nutritio dicitur*, cõmittis vnico *calori habituali*: Huic verò *penitus* talem *operationem vitæ* delegare grauius eſt, quàm coctionem, quod tuo Aduerſario ſuaſit olim Ariſt., eademq; refricàbit opportunè. Agè dic, ſuntne hæc tua? *Præter accidentales qualitates in elementis reperiuntur aliæ* *P.L.A. c.* *p. 104.* *de Sp. v. p. 142.*

ijſdem rationibus præditi, elementales, quæ non alterationem,
l. c. *ſed ſimilis ſibi ſubſtantiæ promouent generationem.* Tunc ſic.
p. 55. *coctio* tibi eſt *pura quædam alteratio inter qualitates facta,* ſed *qualitates eſſentiales* per te *non promouent alterationem,*
p. 6. *ſed ſimilis ſibi ſubſtantialem generationem*, igitur Coctio
p. 105. non eſt operatio qualitatum eſſentialium. Quis noſtrum nugatur, fallacijſue certat? Inſupèr, ſi *calor habitualis* per te, omnia exercet opera vitæ, coctio per te, non eſt operatio vitæ, nam competere eam dicis etiam non viuentibus: *coctio* ergo non erit opus *caloris habitualis*: quod è diametro aduerſatur ijs, quæ nunc profiteris.
de Sp. v. or. Ampliùs mutatio alimentorum in Chylum, & ex Chylo in Sanguinē eſt mutatio ſubſtantialis, vel te non refragante: at ibi nulla nutritio, ſed nouæ ſubſtantiæ generatio, quæ priori, atq; congeneri adiungitur. Sanguis vero hic, præter id, quòd vndequaq; nouo ſimilis, tibi non eſt animatus, neq; viuit; non nutrietur igitur, ac proindè, neq; mutatio illa fuit ſubſtantialis, quùm non terminetur *in ſubſtantiam viuentis*. Sanguis igitur non erit ſanguis, verùm laruatus, & rubrica infectus, antiquæ inſeruiet Scænæ.

s. de his d. c. 7. lib. 4. c. 7. 23. *Elp. At cum hoc diſcrimine, quia calor ſubſtantialis mutationem ſubſtantiæ facit ex ſe, ſine opera caloris accidentalis, at coctionem, & alterationem alimenti promouet calor accidentalis, vt inſtrumentum caloris ſubſtantialis, quam ſententiam Vlyſſes ſæpiſſime repetit.*

Tyr. Proh quā obliuioſus es? nonne tua hæc ſunt? *Neq; calor*
p. 103. *hic abſoluit coctionē. quoniam quod abſoluit coctionem eſt in ea functione, vel agens adæquatū, vel agens principale, neutrum horum eſt calor habitualis.* Prætereà cur abijcis nunc *operam caloris accidentalis* in mutatione ſubſtantiali? qui apparat, atq; diſponit materiā, vt nullo conatu, mòx admiſſura ſit
de Sp. v. formā ſubſtantialem: en te loquentem. *Prior demum coctio,*
or. p. 56. *quæ mera eſt diſpoſitio præuia generationi præparans illi materiā ſubſtantialiter tranſmutandā in naturam diuerſæ ſpeciei,*

eſt

eſt vt prima coctio alimentorum relata ad generationem ſanguinis, quod & ſeq. pagina clarè repetis. *quum coctionis finis internus, & immediatus ſit nuda qualitas accidentalis, qua vltimo diſponitur ſubiectum ad eam formam eſſentialem induendam beneficio mox promouendæ generationis*. Cominus verò doceas nos, ſed bona fide, vbi locorum tuus Therſites *ſæpiſſimè repetierit* coctionem, & alteratione alimenti promoueri à calore accidentali, vt inſtrumēto caloris ſubſtantialis. Notas primùm in margine cap. 7. lib. 2. de H. q. d., cuius Rubrica eſt, *Aerem in miſto viuente non ali aere intrinſecus quomodocunq; attracto*. Vbi *ne gry* quidem de calore accidentali ab habituali promoto. Non deerant tamèn, fateor, quæ tua placita expugnarent, præſertim in fine cap.. At ego breuitati ſtudens, proſequar inuiſere cap. 7. 4. lib., quo loci hæc habes. *Deinde quum in elementis inſint qualitates primæ, tum in habitu, quæ ſunt eorum formæ ſubſtantiales, ac differentiæ conſtitutrices, conſentiente viro doctiſſimo, tum quoq; in actu, quæ ſunt accidentia ſenſibilia, quibus velut inſtrumentis agunt elementa*. Nihil vt vides ad rem propoſitam, neutri coctionem demandat, neq; coctio eſt opus elementi, ſed viuentis, & illud, *velut*, niſi ocioſum, infringit iàm, atq; extenuat inſtrumenti vim cæteris in operibus. At quæ ſubſequuntur, apertè tuam eliminant ſententiam. *Ac profectò quemadmodum ex vnione primarum qualitatum habitualium conſurgit vnum temperamentum, quod eſt forma miſtum conſtituens, quæ in viuente nectens animam corpori, vnum eſt è fundamentis vitæ neceſſarijs, ita ex coniunctione quatuor qualitatum accidentalium in viuente, naſcitur quid ſimile temperamento, quod eſt organum immediate inſeruiens omnibus vitæ operationibus obeundis*. Quum ergò coctio verè ſit operatio vitæ, igitur tēperamentū hoc poſtremū cōſtans ex qualitatibus actualibus, *immediatè*, neq; veluti alterius caloris vicarius, coctioni incumbet. Hæc verò, vt tuam impugnans ſententiam, ſic meam confirmant fidem,

dum illam tunc referebam, atq; explicabam. Obſerua quàm fatale, atq; ominoſum tibi ſit teſtimonia producere in Aduerſarij prouentum, tuiq; diſpendium. Tandèm eiuſdem lib. cap.23. hæc habes in reſponſione ad ſecundam partem. *Nam ipſe definiens qualitates elementorum conſtitutrices, eas nulla relatione ad ſenſum definit, vt habitus, nimirum calidum eſſe, quod congregat homogeneum, frigidum, quod congregat, tum homogenea, tum heterogenea, & ita de alijs habitualibus, quas huiuſmodi deffinitione ſegregat à qualitatibus actualibus, quæ id præſtant, nō per ſe, at in virtute habitualium, quibus deſeruiunt, velut inſtrumēta.* Vt vides *nil ad Rhombum*. Nam vt prætercam doctrinam, quam ſuo loco confutauimus, conſtituis inſtrumenta *qualitates actuales habitualium* vnico tantùm in opere congregandi, & diſgregandi. At verò neq; te adeo bardum eſſe cenſeo, vt ijs facultatibus tribuas coctionem, teq; ob-
1. de Ge. Co. noxium facias cenſuræ in antiquos latæ, qui congregatione, & diſgregatione mutationes fieri credebant. Præter verò communes cum Veteribus redargutiones, duplici crimini tu eris obnoxius, & quod in Prædicamento coctioni aſſignando aberres (diſgregatio namq;, & congre-
p. 55. gatio ad qualitates non ſpectant, ſub qua tu coctionem conſtituiſti) & quod adimas calori, quem dicis *actualem*, vím omnem congregandi, atq; diſgregandi: quum tamèn conſtet, calorē hunc, etiam abſente forma ſubſtantiali, & in alieno ſubiecto, huiuſmodi opera euidentèr præſtare. Iam vides quàm infœliciter pro te pugnet tuus Therſites, quin vt illi mos eſt, Antagoniſtæ arma miniſtret, & immunem faciat à culpa falſitatis, quam tu obijciebas; dum interim tui Promotoris placita tibi penſitanda per ocyum relinquo in rei euidentiam.
p. 56. *Terminus internus, ad quem eſſentialiter tendit alterato quæuis, non eſt forma ſubſtantialis, ſed accidentalis, & omnino qualitas, obſeruatione Ariſ.* Iterum p. 57. *Sed coctionis finis internus, & immediatus eſt nuda qualitas accidentalis, qua vltimo diſponitur ſubiectum*

ctum ad eam formam ſubſtantialem induendam beneficio mox promouendæ generationis. I nunc tu, & legatitium conſtitue in hoc munere actualem calorem, vixq; *promouentem* coctiones.

Elp. Tu vero quid opponis Vlyſſeæ ſententiæ nunc à te recitatæ?

Auct. Calorem non eſſe ſubſtantiam, neq; in ſimplici, neq; in miſto corpore.

Elp. In primis ex hac Rubrica tui cap. aperte conſtat, à te diſſimulatos fuiſſe Simpl., Philop., Alex. alioſq; priſcos Ariſt. interpretes, qui perſpicuis verbis omnes ad vnum cum Ariſt. communi Magiſtro, & eo Vetuſtiore Ocello Lucano, ſtatuunt formas elementorum ſubſtantiales eſſe quatuor primas qualitates appellatas, calorem nempe, frigiditatem, humiditatem, ac ſiccitatem, & miſti formam ſubſtantialem eſſe temperaturam ex illis quatuor qualitatibus compoſitam, ac emergentem; adeoq; calorem tam in ſimplici, quam in miſto corpore ſubſtantiam eſſe.

Tyr. In primis conſtat euidentèr, te Rubricam cap. minimè fuiſſe aſſequutum, *primoq; te deficere in limine*. Vt ergò tuę eruditioni conſulam, illud ne ignores, meum eſſe ab omni ſubſtantiæ dignitate *Nouum* hunc *calorem* deijcere, quem *ſubſtantiam* paſsìm appellas. Inſuper nomen *ſubſtantiæ* primo loco, vt par erat, à me accipi in vera, preſſa, & genuina ſignificatione, vt eam ſignificem, *quæ propriè, principaliter, & maximè dicitur*, hæc verò eſt ſubſtantia compoſita ex materia, nempè, & forma, tanquàm partibus ipſa deterioribus. Illùc tela penè omnia collimant, vt probem calorem hunc tuum, quem dicis habitualem, non eſſe ſubſtantiam compoſitam, neq; in elementis, neq; in miſtis, quamquàm & vberioris doctrinæ gratia, ipſam etiàm excludam à dignitate ſimplicis ſubſtantiæ. Neq; ignorare hæc poteras, ſi animaduertiſſes, quo è penu Ariſt. illa de- *Ar. in Præd.*

prom-

prompſerim, vbi nempè ſubſtantiam compoſitam præ manibus habet. Prætereà nec inani inducebar ego ſuſpicione, vt crederem, te ſubſtantiam iunxiſſe compoſitam alteri ſubſtantiæ, qui maiori portento vagas facis formas, nulliq; ſubiecto addictas; Addo id, quod calorem hunc in igne te *repoſuiſſe* non diffiteris: eſt autem *reponere* idem, quod rurſus apponere: hinc Venuſinus. *de Poet.*

Fabula quæ poſci vult, & ſpectata reponi.

Quapropter *reponendum*, præter quàm quòd priùs èxiſtebat, abſolutè, & per ſe exiſtebat. Dotes verò hæ ſunt compoſitæ ſubſtantiæ. Hanc igitur ſubſtantiam, quam tu in elemento ignis *reponere* conaris, radicitùs conuellam, illudq; præſtabo, vt abſonum oſtendam tuum hoc figmentum, & ſummo Præceptori vbiq; repugnans. Quòd ſi, præ noſtris, quin Ariſtotelicis monitis, iàm reſipueris, ita vt nouæ ſubſtantiæ farcimine Elementa, ac miſta penitùs leues, & vices compoſitæ ſubſtantiæ ſubeat per te ſimplex, nec inſalutata hæc abibit, vt dudùm audiſti, mòxq; audies. Duo interim te moneo, primum quidèm, vt horum, quæ dixi, memineris in poſterùm, alterum, ne Græcos aduoces auxiliares in tui diſpendium, atq; exitijũ

Ter. in And. *Ne temerè facias, neq; tu hoc dicas tibi non prædictum, caue.*

Mulc. Niſi hoc probaueris dicto tuo ſimplici non aſſentio.

Tyr. Egregiè. Ecquis non verebitur incurſus *Duplicis per mare Vlyſſei? Cum ſimplici homine, ſimpliciter agerem, nec magnoperè contenderem.* *Cic. 4. Acad.*

De repudiata nouitate.

QVID portenderet ambitioſus apparatus chartarum, & Sophiæ Procerum dum ſciſcitantur curioſi, deprehendunt tandem tot faginarum impenſam, ſtu-

ſtudiumq; in aduocandis patronis illuc collimare, vt excuteres *Nouatoris* notam, quam etſi Aduerſarius non tibi inuſſit, attamèn tu prouidus hanc declinas, reformidans forsàn increpantem Plautum, *quid tu ocioſus res nouas requiritas?* non minùs quam fuſtem Pythagoricam in deflectentem *extrà publicam viam*. Hoc ſi ſapis, ſerò ſapis: nam quæ tua fuit olim ambitio, auctorem te prædicaſti Nouæ Opinionis de Qualitatibus Elementorum. Neue hoc tibi imponere me cenſeant tui Stipatores, en te produco loquentem. *Ad ſecundam obiectionem dicimus primo ET SI NVLLVS ANTE NOS DE HAC HABITVALI QVALITATE TRACTAVERIT, haud propterea negandam eſſe; quotidie namque NOVA INVENTA prodire poſſunt in lucem prioribus ignota, quum hoc peculiare ſit obſeruatione Ariſtotelis diſciplinarum, immo commune omnibus artibus, vt in dies NOVIS augeantur INVENTIS.* Quid in margine notas 2. Elenc. c. 3., quum hæc Ariſt. habent 1. Moral. Nicomach. c. 7. *& tempus talium inuentor, vel adiutor bonus eſſe. vnde, & artium facta ſunt incrementa, cuiuslibet enim eſt, quod deeſt addere*. Perge modò tuam cantilenam. *Quæ namq; in vita mortales inuenere, nec ab vno cuncta reperta ſunt, nec in lucem ſimul omnia prodiere; ſed hæc vna ætate, illa alia, vt dies, & rerum conditio tulit; haud enim mirum ſit, vt quemadmodum plurima veteribus inuenta, & nota, nobis, aut prorſus interiere, aut vis tenuem ſui vmbrem reliquere, cuiuſmodi ſunt inter alia non pauca lucernæ perpetuo in ſepulchris ardentes per plures annorum decades, centuriaſq;, & Muſicæ illæ admirabiliter affectus hominum commouentes; ita ex aduerſo alia nonnulla, quæ ne Antiqui quidem nouere, perinde ac enaſcentia ætate noſtra comperta ſint, atquè NOVISSIME obſeruata.*

de ijs qui diu lib. 4. c. 23.

2. Elenc. c. 3.

Satis hæc tibi ſunt plana, & certa? ſatin hæc meminiſti, & tenes? *Pl. in Perſa.*

Dic amabò, aut mentiebaris tunc, quùm te figmenti huius præſtabas Sinonem potiùs, quàm Dædalum, aut mentiris nunc, acceptum illud referens ijs, quos inuitos, atq; reluctan-

tes producis. Proindè omnes fatebantur, te plurimum Aduerſario debere, qui te alienis plumis redimitum, & turgidum conſpicatus, officij cauſa, & amicorum hortatu forſàn diſſimulauit, neq;, vt par erat, deplumatum publico teriſui, atq; ludibriò expoſuit. Floccifacit ille prætereà, & meritò, quam obtrudis oſcitantiam in dijudicanda opinionis *Nouitate*, non enim *ad pauca reſpiciens*, vt tu autumas, *de facili enunciauit* verùm ad *NEMINEM*, ad te nempè, qui NVLLVS, & NEMO potiori iure dici mereris, quàm olim Vlyſſes à Cyclope

Homil. Ody. 9. Οὖτις ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστὶ Οὖτιν δέ με κικλήσκουσι

NEMO mihi nomen eſt, NEMINEM autē me vocant, quùm NEMINIS Larua ſis, & perridiculum ſimulachrum.

De Græcorum productis teſtimonijs pro duplici calore.

PARI fœlicitate, atq; prouentu aduocas Græcos Auctores in tui ſubſidium, nempè vt *in eaſdem recidas anſas*. Experiamur quibus fulcias hoc *Pyrrhandri commentū*. Primipilum inſtruis Recentiorem, cuius ego Manibus, & nomini libentiſſimè parco, tùm ob reuerentiam, tùm etiàm quòd Auxiliarium, non Legionarium producas pro te pugilem. At quorsùm euanuit reliqua ventoſa pompa? vix ſuperſtitem conſpicor ex tanta acie Simplicium, eumq; nutantem. Miſer, neq; *Tria ex Curia* tibi dantur? Tandèm verum feciſti prouerbium, *Non eſt eiuſdem, & multa, & opportuna dicere*. Nam quùm ſupremo in limine appoſuiſſes inſcriptionem

DE DVPLICI CALORE,

quam tamèn ad nauſeam vſq; explicas

De duplici calore proprio rerum naturalium, tam viuentium, quam inanimarum, ſeu ſint in miſtorum genere, ſeu ſint in ordine ſimplicium elementorum.

tuum

tuum erat *tua* hæc, quæ dicis, *Dogmata recens à Medico quodam impugnata, propugnare ex rei natura, & ex Ariſt. doctrina*, vt pollicebaris. hoc ſi præſtiteris in poſterùm

Iàm iàm efficaci do manus ſcientiæ, Hor.

herbamq; porrigo. Dum hæc anxius diu, multùmq; expecto, producis tu catalogum auctorum, quos in propriæ opinionis tutelam produxerat olim Doctiſs. Cæſar Cremoninus Primarius Interpres Naturalis Philoſophiæ in Patauino celeberrimo Lyceo. Verumenimuerò, qui eſt Viri candor, plurima hìc verè tua confitetur, atq; profitetur; ne credas censũ, hunc enim extenuaſti, atq; dilapidaſti, verùm impoſturam, tædium, quo iniquè afficis Lectorem, dum verbatìm tranſcribis plurimarum chartarum diſpendio, quæ ille ſatis modeſtè, vt ſui moris eſt, vix indicauerat. Extenuaſti inquam, Auctorum cenſum: nam præter Ariſt. Interpetres, & Ocellum Lucanum, Timæumq; Locrum, aduocauerat quinetiam, Vir Clariſſimus, Parmenidem, Empedoclem, Platonem, Iamblicum, Pſellum, Porphirium, Dexippum, Olympiodorum Mich. Epheſium, Auerroem. libb. de Elem. ſec. 2. c. 3.

Dilapidaſti inſupèr, dum abuteris præclaris teſtimonijs; & præterquamquòd *demonſtrationibus ex rei natura*, quas nobis debebas ex pacto, ſubſtituis auctorum placita mala fide, peiore tamèn, fautores introducis, atq; teſtes adhibes in patrocinium *Duplicis* abſte excogitati *caloris in elementis, atq; miſtis*. Accedit, quòd tu machinarum egregius faber, vt omnia confundas, atq; peſſumdes, Quæſtionem mutas, proq; inſtituta tibi confirmatione *Duplicis caloris*, excitas nunc tritam in Scholis controuerſiam *de formis elementorum*, non abſq; Sophiſtę nota, ſiquid Cordubenſi credimus. Noui technas, atq; dolos, quibus me accuſare tentas, velut Græcis refractarium, apud iniquos iudices, homines nempè leuiſſimæ litteraturæ: nam qui ſolidiorem poſſident doctrinam non ſunt neſcij, vniuerſam Arabum, Latinorumq; Scholam, & Græcorum nonnullos, inuehi in qualitates primas, & è ſubſellio formarum ſubſtantialium illas exturbare. Decli-

naſſem hac via facillimè inſidias, *ſic ars deluditur arte*, verùm quò cunctis innoteſcat ingenij tui dexteritas, eminenſq; doctrina, onus probandi ſubeo, te nunquàm aſſequutum fuiſſe Græcorum mentem circa Formas Elementorum, quod præſtabo in Cataſtrophe: prætereà Auctores, quos modò producis, ne μῦ quidèm auſos pro duplici calore, vel *grÿ* ſaltèm illi fauere; quinimò pleniſſimè officere, & calori, & cæteris tuis *qualitatibus habitualibus*, tandèm demonſtrabo.
p.10. Manum conferamus. Alexander Aphrod., vel tuimet con-
p.12. feſſione, in locis à te adductis, profitetur tantùm explicare officium qualitatum primarum in elementorum conſtitutione, *& calorem eſſe id, per quod ignis in eſſe conſtituitur*. Nicolaus
l.c. Damaſcenus per te *ſentit idipſum*. *Philoponum etiam eandem omninò profiteri opinionem*, fateris: neq; Auerroes, neq; Zimara conducti teſtes, ab Aphrodiſei mente, quid ampliùs ex
Dial. 2. tua depoſitione, teſtari audent. *Conſentit* per te *Alexandro,*
p.14. *Io. Gramm. & Simplicius.* Verùm, quod infers poſt recitata
l.c. Simplicij verba, non omninò intelligunt Auditores. *Vndè liquet etiam ex Simplicio calorem in igne duplicem eſſe, quorum alter forma ſubſtantialis eſt, ſenſuq; non percipitur vllo modo, ſed intellectu ſolo, alter eſt paſſiua qualitas ſenſui perceptibilis.* Senſu dicere debuiſti, nam percipimus ſenſu, non *ſenſui*. *Ab illo primo calore ſubſtantiali proueniens, velut effectus à cauſa æquiuoca, ſeu velut accidens formam conſequens.* De Simplicij conſenſu cum ſuis Græcis in conſtitutione, & modo formarum Elementarium, non eſt qui ambigat, adeo luculentèr propriam expreſſit ſententiam opportunis in locis, magis quam in operibus Logicis. Admittam ego tamen placitum Simplicij, quamquàm alieno in loco, eaq; in tractatione pro-
Com. in latum, in qua profitetur ſe, *dicta Iamblici ſequutum, ac eiſ-*
Præd. *dem verbis huius Philoſophi pleriſq; in locis vſum*. illudq; inſupèr candidè teſtatur, *tamen conſilio meo, hi qui meæ comentationi ſeſe adiungunt, numquàm Porphirij, & Iamblici pro his meis breuibus comentarijs, libros aſpernentur, ac negligant, ſed meis potiùs, velut introductione quadam, ac exercitio vtantur*

ad accuratiorem perceptionem eorum, quæ iſti viri dixere. Differam reliquas euaſiones, quas miniſtrat ritè percepta Græcorum mens, nam locus Simplicij à te adductus *ne paſpalam* quidem habet. Ridet, & irridet Simplicius tuam oſcitantiã, dum interim propriam recitat ſententiam emaculatam ab incongruis tuis interpunctionibus. en, audi loquentem. *Niſi quia non eſt dicendum caliditatem ignis eſſe paſſiuam qualitatem ſecundum deffinitionem ipſam, ac ſpeciem, & ſubſtantialẽ participationem ipſius, ſed partes ſubſtantiæ, & eam affectionem qualitatis, quæ in corporibus ſit ab ipſa, aſſerendum eſt paſſiuam qualitatem eſſe*. Dic ſodès ſobrius ne eras, dum hæc ſcriberes, an madidos nos futuros ſperaſti, vt talem admitteremus impoſturam. Vnicam, non duplicem agnoſcit Simplicius caliditatem in igne, eamq; ſubſtantialem, à qua tamèn producitur alia caliditas, ſed nota *in corporibus*, non in ipſomet igne, quæ iurè paſſiua dici meretur qualitas. Succenſet verò tibi, & meritò Simplicius. *Nobis enim, inquit, poſitum eſt, hoc eſt nobis eſt in confeſſo, quod quæ alterantur, per patibiles, quæ dicuntur qualitates patientia alterantur. Quandam autem qualitatis ſpeciem in Prædicamentis cognoſcimus, quæ eſt per patibiles qualitates, hanc quartam, quæ eſt poſt habitum, & poteſtatem, & figuram. Sunt autem patibiles qualitates, quarum ſit apprehenſio patiendo, ijs quæ ſentiunt, quemadmodum caliditates, frigiditates, ſiccitates, dulcedines, amaritudines, & quæ ſunt huiuſmodi, & quæ ſunt per colores affectiones, quæ verſantur paulò magis in ſuperficie, & ſpeciem minimè conſtituunt. Quas omnes dicit patibiles appellari qualitates, non quòd afficiant, & vt patiantur efficiant ea, quæ apprehendunt, ſed quia ex affectione ijs inſint, quæ ea ſuſcipiunt. Ignis enim caliditas eos quidem afficit, qui ſunt eius participes, non tamen dicitur patibilis, quia non facta eſt per affectionem, ita vt ſit quædam affectio, ſeu vt dicunt, diſpoſitio, quæ verſatur in ſuperficie, & facilè mutari poteſt, ſed eſt ſubſtantialis*. Ex quo conſtat tuam illationem, *Vnde liquet etiam ex Simplicio calorẽ in igne duplicem eſſe,* duplici crimini eſſe obnoxiam; & quòd com- 7. Phyſ. c. 11.

plices

plices faciat productos hucuſq; Auctores (hi verò vel te fa-
tente, *ne per ſomnium*, quid *de duplici calore*, vt ſuperius pro-
bauimus) & quòd imponat Simplicio nouam, atq; perridi-
culam opinionem. At neq; Ammonius, quem mòx intro-
ducis, aliud præſtat patrocinium, quàm quod tu promis, &
p. 14. refers, *Ait eas eſſe ſuprà conditionem accidentium proprie ſub-
ſtantias, ac vere formas ſubſtantiales*, quùm tamen dicere
debuiſſes *veras*, ſeu *verè formas ſubſtantiales*: at hoc detur
eximiæ tuæ Grammaticæ. Quid tibi pollicearis, vel aſſe-
p. 39. quaris ab Ariſt., & Ocello Lucano, tutè explicas. *Ex qui-
bus Ocelli dogmatibus, quæ omnia ſequutus eſt Ariſt. agens de
generatione elementorum nonnullis parum mutatis, & aliqui-
bus adiectis, vt obſeruat etiam doctus Comes Nogarola, conſtat
apertè ſententiam ponentem calorem in igne, ac aere eſſe formam
ſubſtantialem, immediatè ſuſceptam à materia prima, veluti
ſecundum rerum principium eſſentiale, ac omnino differentiam
conſtitutricem, ignis, & aeris, non eſſe nouam opinionem.*
Siccinè nos deluſiſti longa expectatione hiantes? & diuturno
tædio diu, multumq; confectos? Ne tibi, vel iurato, in poſte-
rùm quis credat, dùm vetat vnanimis Litteratorum Conſeſ-
ſus, monet ne fiam ego eiuſdem criminis reus; quapropter,
quæ dudùm pollicebar, incunctantèr præſtabo.

Officere duplici excogitato calori productos Teſtes.

CONfirmaſti adeo ſanè *Duplicem* hunc *calorem* in igne teſtimonio Auctorum, vt cuiq; peruium ſit eorundem fauore, non tantùm illum infirmare, verùm è Peripatetica Schola, tanquàm ſpurium, & phanatici cerebri monſtroſam fœturam penitùs eleminare. Aſſignaſti primùm vtriuſq; caloris ſatellitium Elementis, & ijs quæ ex Elementis fiunt, ſic enim habes in argumento Diaboli, vel Dialogi, *De Duplici Calore rerum naturalium, tam viuentium, quam inanimarum,*

ſeu

ſeu ſint in miſtorum genere, ſeu ſint in ordine ſimplicium Elementorum, deq; calidi vtriuſq; habitudine ad ſubſtantiam ſibi ſubiectam, quod vbiq; repetis ad nauſeam vſquè. Credis inſupèr habitualem caliditatem, ac proindè omnes qualitates habituales, carere contrario poſitiuo, priuatiuum verò ei reſeruas. En te loquentem. *Ego verò præterea dico accidentarium calorem habere poſitiuè contrariam ſibi pariter accidentariam frigiditatem actualem, inter quas qualitates propterea fit motus alterationis eodem ſubiecto ſenſibili manente. ſed calor habitualis in igne, & aere degens, non habet vllam frigiditatem ſibi poſitiuè contrariam, ſed tantùm priuatiuè, vt ait Ariſt., quæ reducitur ad contradictoriam, vt ſupra notatum eſt ex eodem Auct. &c.* Præterea actualem calorem inſtrumentum prædicas habitualis, non ſecùs ac reliquas congeneres, *quæ id præſtant non per ſe, at in virtute habitualium, quibus deſeruiunt velut inſtrumenta*. hoc pluriès nuuc repetis, præcipuè pag. 50. *Aſt operatur ipſa ſcilicet forma, quæ tibi Temperamentum, velut agens primarium, vtens nihilominus alijs qualitatibus accidentalibus primis eiuſdem nominis. Conſimiliter in Elementis agunt primæ qualitates habituales, velut agentia primaria, quæ qualitalibus accidentalibus ſibi cognominibus vtuntur plerunq; tanquam inſtrumentis ad operandum.* Tandèm aſſeueras calorem illum habitualem non ſuſciperè magis, ac minus, ſed eſſe formàm indiuiduam. pluriès hoc inculcas, præſertim pag. cit. *Ariſt. elementorum virtutes, adeoq; primas eorum qualitates ait in omni miſto ſaluari, ſaluantur quidem primæ qualitates habituales, quæ ſunt ipſorum formæ ſubſtantiales integræ*. Et p. 76. *Sed quis te docuit calorem habitualem habere gradus? actualis eſt, & accidentalis calor, in quo gradus inſunt euidentes, aſt habitualis modo formarum ſubſtantialium ſimplicium ſine graduum multitudine fortaſſe conſiſtit in indiuiſibili.* At p. 150. hæc habes, *Sed calor, qui forma ſubſtantialis eſt in Elemento, aut miſto, ſiue animato, ſiue inanimato, qui alio nomine dicitur temperamentum habituale, nunquam idem numero poteſt intendi,* vel

de his q. d. l. 4. c. 23.

Dial. 1.

Idem p. 80. 91. 92.

vel remitti quoad gradus. Qui tuæ conſtantiæ conſideret, ſat ſe feciſſe exiſtimaret, vt poſtremum hoc tuum placitum conuelleret, ſi tibi temet opponeret differentem egregio, atque ſplendido illo opere quinque foliorum, quod tu primum in ordine recenſes in tractatu illo tuo ſat ambitioſo *de libb. proprijs*. Extat apud me ab ea die, in qua Iancardus Ianuenſis, qui mox Laurentius, è ſubſellio penè deiecit Præceptorem, atq; diſcipulum diſputantes Piſis in æde D. Franciſci, dùm impugnaret, quæ decernebas cap. 17., nempè *quod propria origo doloris ſit ab intemperie, à ſolutione continui nonniſi per accidens*. Producebat vero Lyenteriam, quæ etſi ab intemperie, dolorem tamen non infert, & Dyſenteriam, quæ abſq; intemperie, ſola continui ſolutione vehementiſſimos excitat dolores, itaut Celſus *Tormina* per antonomaſiam appellauerit. In hac igitur tui ingènij prima fœtura cap. 11., cuius Rubrica eſt *De Vniuerſo, & partibus eius præcipuis*, in collatione ſat equidèm infeſta formarum Cæli, & Elementorum, hæc habes. *Cælorum formæ non ſuſcipiunt magis, aut minus, at Elementorum formæ intenſionem, ac remiſſionem ſuſcipiunt*. Et in calce cap. 12. *Quare permanent Elementa in miſto, formis eorum inuicem refractis quidem per ſe, confuſis verò per accidens*. Conſonant ne, an verò pugnant è diametro cum ijs, quæ nuper profeſſus es? Verùm quantumuis in caſsùm nitaris, expugnabit tandèm omne tuũ machinamentum productus à te Alexander, qui vnicam tantùm agnoſcit qualitatem in vnoquoq; genere, ſatagentem, poſitiuo contrario expoſitam, quin intenſioni, & remiſ-

In Q. N. ſioni obnoxiam. *Si magis aqua eſt per frigidum, quam per humidum, vt ignis quidèm per calorem magis, quàm ſiccum, terra verò per ſiccum magis, quàm frigidum, quanam de cauſa quùm mutatur ex humido non eſt aqua, eſt enim aqua quùm calefacta fuerit, quùm tamèn ignis, ſi mutatur ex calido, non eſt ampliùs ignis, neq; aer ſi ex humido mutatur, ſed neq; terra manet, ſi ex ſicco fuerit mutata. Hoc quoq; de ipſa quis quæſierit, quamobrèm, ſi per frigiditatem eſt ei eſſe, intenſio in frigido corrumpit*

ipſam,

ipſam, ſiquidèm conglaciat ab exuperante frigiditate, quùm verò conglaciauit, non eſt ampliùs aqua actu: neq; enim intenſio in calido eſt ignis corruptiua, neq; in humido aeris, neq; in ſicco terræ, neq; omninò alicuius intenſio in propria forma eſt corruptionis cauſa.

Elp. (*Nota in propria forma.*)

Tyro. Noto, & nato, tu verò mergeris miſer, nam *tuo ipſius laqueo caperis*, vel quod verius, *in tuum ipſe mucronem incidis*. Manda memoriæ ab Alexandro ſerò edoctus, *formas intendi, & intenſionem in propria forma non eſſe corruptionis cauſam*, ac proindè *formam non conſiſtere in indiuiſibili*, quod nuperrimè prædicabas. *Hoc age*, atq; in poſterùm diſce, non oſcitantèr auctorum lectioni vacare. At quid *laterem lauo*, & *arenæ ſemina mando?* pergit tuus Alexander. *Forma verò aquæ non eſt ſimpliciter ipſum frigidum, etſi ſecundùm hoc magis, ſed frigidum cum humido: quouſq; igitur ſeruari poterit humidum exiſtente in ipſa frigido, erit forma aquæ frigidum. Frigidum autem humidi corruptiuum, non poteſt ampliùs eſſe forma aquæ. Huiuſmodi igitur frigiditas eſt eius forma, cuius acceſſu non eſt aqua, hoc eſt humidi corruptiua.* Ex quibus Alexandri verbis, quamquàm à te artificioſè detruncatis, magiſq; ex vniuerſo cap. illius contextu, videre eſt, non ſolùm intendi, atq; remitti poſſe Elementorum formas, vt obſeruabamus, verùm præter qualitates actuales, quibus ad nouam formam promouentur elementa, nullas extare alias, quarum virtute in ſubſtantiæ generationem conſpirent. Quæ verò præcedebant Alex. verba, abſte data opera non tranſcripta, apertè monent, contrarietatem inter qualitates, quas ille credit formas Elementorum eſſe poſitiuam, non priuatiuam. *Eſt quoq; & in alijs corporibus ſimplicibus mutationem in iuxta poſita eis corpora per mutationem alterius ipſa formantium conſpicere indigentem tempore, non enim vt apparet ſecundùm alterum tantùm mutantur, ſed etiam ſecundùm ambo: Ex eo quod mutatio ſecun-*

p.76. Ouid.

dùm alterum non ſit in contrarium, ſed aut ad remiſſionem, aut ad intenſionem eiuſdem qualitatis ſolùm ex mutatione eorum, quæ ſunt in eo in contrarium videtur mutari. Verùm nil magis eliminat, quæ tu tribuis *duplici* huic *calori*, quàm locus à te productus Alexandri in *lib. de ſenſ. & ſenſ.*, quamquàm, vt tui moris eſt, mala fide illum mutiles. Proſequebatur Alex. poſt primam expoſitionis partem à te allatam. *Non eſt ergo mirandum, ſi proximè ſubijceret pugnantia, & cõtraria, cum mutuò ſeſe laceſſunt, conflictum vnum alteri viciſsim ictum inferre. proindè cernimus humorem à ſicco comutari & viciſsim retrorſum ſiccum ab humore. etenim hiſce corporibus naturâ illud inditum eſt, vt præpotens illorum vis, & facultas imbecilliorem, & languidam ſuperet, & permutet.* Aſſequeris ne adhùc mentem Alexandri? quod principia Elementorum debent eſſe verè contraria, non enim forma commutat priuationem, aut priuatio laceſſit formam, vel ambo hæc inter ſe dimicant agunt, patiunturue; quùm actio, & paſſio inter ea tantùm exerceatur, quę actu exiſtunt, priuatio verò eſt nõ ens Ariſtoteli. Proſequitur Alex. *Ignis itaq;, etſi ſiccus, tamen terra eum ſiccitate vincit. Addit elementa Ignem, aquam, aerem, & terram ſuaptè natura, propterea quòd ſubſtantiæ ſunt, nihil agere, neq; pati. Subſtantiæ enim nihil contrariũ eſt, neq; vna alteri contraria exiſtit, quæ autem ictum inferunt alicui, quæq; patiuntur, ſunt contraria. Adiecit præterea, nec quicquam aliud ſuapte, ſimpliciq;, ſolitariaq; natura, ideſt corpus, quoniam nullum corpus, quùm ſit ſubſtantia, & quà corpus, agit, & patitur, quoniam hac conditione nihil ei aduerſatur, verùm vbi ceperint corpora inter ſe mutuis contrarijs naturæ momentis, vel viribus diſſidere, repentè cladem, ictus viciſsim inferunt, & excipiunt. Nulla enim eſt victoria Elementis, quæ ex omni parte fauſta, fælixq; ſit. Acriter ergò pugnat aqua cum terra, propterea quod hæc humida eſt, illa verò maximè arida, habet item hoſtem validiſſimum ignem, quo cum pugnat his qualitatibus humore, & frigore, quemadmodùm ille ijs telis, calore, & ariditate aquam euertere nititur, idq; tum maxi-*

1. Phyſ. t. 75.

maximè, quòd calor vim frigoris peruertere cupit, quoniā́q; ignis ardeat, & aqua maximè algeat. I nunc tuis cum qualitatibus habitualibus ad Cimmerios, *quibus aſpectum Solis, ſiue Deus, ſiue Natura ademerat*. Qui enim fieri potuit, vt in tanta luce caligares, vel dum tranſcriberes locum Alexandri reſtitutum ab egregio F. Bonamico, monitus non reſipiſceres, atq; agnoſceres, conſtitui Elementa per qualitates poſitiuè ſibi contrarias, quibus & agere, & pati poſſunt. *Quas differentias, & aduerſitates, quùm inter ſe habeant inter ſe agentia, atq; patientia, faciunt mutationes, tranſeūte materia in illud efficiens, quod dominatur. Nam ſi vnum ex ijs alterum ſuperet eorum, quæ ſibi contraria ſunt, & tantum præſtiterit aduerſitatibus, quas inter ſe habet, vt materia ſubiecta abijciens illā qualitatem, quam priùs obtinebat, participet eius forma, quod dominatum fuerit, tunc ſit eius interitus, quod ita mutatur, generatio verò illius, in quod mutatio facta eſt. Ortus igitur, & interitus corporum, quæ fiunt ex mutatione, quæ ex actione, perpeſſioneq; naſcitur, hoc modo fiunt*. In his igitur manifeſtè perſpicis primas qualitates *ſimplices*, non *duplices* ab Alex. poni, eaſq; actu, & contrariè oppoſitas, quæ proprijs ſuffultę viribus, nullaq; aliena ope, in ſubſtantiæ generationem collimant, labefactari verò præ mutua actione, atq; perpeſſione, miſceriq; quandòq; cum altero ex extremis medium, ineuitabile argumentū eſt, has qualitates intendi, & remitti, quod tute pernegaſti. Quapropter, ſi quæ tractas ex inſtituto, atq; producis in iudicium, non percipis, minùs certè percipies, atq; aduertes, quæ ijdem paſsìm tradunt Auctores, vel quæ inſerunt ſuis in tractationibus, vberiori noſtræ eruditioni cōſulentes. Præ manibus habuiſti modò Alexandrum diſſerentem de miſtione, quid, quantùmue profeceris ex auctoris lectione, experiemur in poſterùm.

Cic. in Acc. 8.

O 2 De

De Nicolao Peripatetico, Philopono, Simplicio, Ammonio, & Ocello Lucano refragantibus duplici calori.

DOLET profectò, non iniuriâ, ſuam vicem Nicolaus Peripateticus è Syria hucuſq; à te aduocatus in patrocinium *Duplicis Caloris*, quòd ab infenſiſſimo Peripati hoſte merceris officia, ſibi inofficioſa, tibi verò pudenda. Non deerant equidèm præter transfugam *Patrycium*, egregij teſtes, qui veris Nicolaum proſequerentur Encomijs, reſq; ab eo geſtas, morum candorem, doctrinam, venuſtatem teſtarentur, atq; extollerent: ni tu præ ignauia detrectaſſes talium virorum familiaritatem, quibus cum ſimulas apud inexpertos intimum te habere commercium. Hinc tibi profectò haurire non denegabatur, quòd Illuſtris fuerit Nicolaus amicitia Cæſaris Auguſti, & Herodis Regis, non minor philanthropia, qua laceſſitos Iudæos defendit contra Agrippam; Eximius bonarum artium cultura: fuit namq; Poeta, Comicus, & Tragœdus, & quòd ſcripſerit hiſtoriam vniuerſalem libb. 80. & vitæ Cæſaris inſtitutionem, teſtis eſt Suida. Impar ego tanto oneri, ſubſtituã libenter laudatiſſimũ P. Victorium, qui laudibus virum cumulatiſſimè proſequatur. *Nicolaus autem patria Damaſcenus fuit, diſciplina Peripateticus, quamuis etiam hiſtoriam variam, copioſamq; ſcripſerit, qui cùm Cæſaris Auguſti familiaritate vſus eſſet, domiq; poſteà viueret, palmulas nobiles, quæ ab ipſo Nicolaij vocatæ ſunt, Imperatori mittebat, illo enim cibo vehementer delectabatur Auguſtus, quod memoriæ prodidit Athenæus lib. 4.* διπνοσοφιςῶν, *& Plutar. in 8.* συμποσιακῶν *Quæ. 4., qui videtur potiùs exiſtimare nomen illis impoſitum à ſimilitudine animi eius Philoſophi, & colore faciei, quàm à ſtudio, quòd in illis ſerendis, ac colendis Nicolaus adhiberet, quùm præter cæteros pulcherrimas poſſideret, vndè fortunatiſſimo Viro miſſitaret: narrat enim quum Imperator*

Athen. Plutar. Suidas. Laert.

Ioſeph l. 12.

Var. lec. l. 15.

eximiè

eximiè hunc Philoſophum diligeret, qui moribus ſuauis erat, prolixitate autem corporis gracilis, faciemq; idem haberet punicei ruboris plenam; inde maximas pulchellimaſq; palmulas Nicolaos vocaſſe, quod nomen ad ſua vſq; tempora ſeruatum eſſet. At verò neq; ſat tibi fuit negligere amici laudes, ni quoq; hominem induceres in diſcrimen propriæ exiſtimationis, præ falſitatis, vel temeritatis ſuſpicione. Sic de Nicolao ſentis, *qui non multò minor Ariſtotele, vel Theophraſto.* Verùm ille, vt eſt modeſtiſſimus, tantiq; Præceptoris reuerentiſſimus, longè imparem ſe profitetur doctrina, atq; eruditione, non ſecusàc tempore, quùm Ariſt. 103. Olymp. audiret Platonem; Herodes verò Antipatri Aſcalonitæ, & Matris Cyprides Arabicæ filius, qui à Romanis Iudæorum ſuſcepit imperium Olymp. 186., ſiquid Euſebio credimus, Nicolaum mittit Romam Legatum ad Auguſtum, quod notat Ioſephus Hiſtoricus. Multò igitur minor tēpore fuit Nicolaus Ariſtot., ex quo tot intercesſerunt Olympiades, quinimò integra ſæcula. Parùm hæc forsàn tibi erant, ni tuæ inertiæ promulgaſſes veſtigium in margine, citans *Nic. Sum.* 1. *Doc.* 2. *c.* 3. *poſt med.* quæ quidèm tuam experientiam in euoluendis auctoribus, & attentionem in percipiendis eorum ſenſibus mirificè teſtantur. An hucuſq; fuiſti neſcius, ordinem illum, atq; partitionis normam præſcribi ab Arabibus? præcipuè verò ab eorum Principe Auicenna; neq; animaduertiſti locū in Conciliatore à quo trāſcripſiſti, cui deberetur ſeries notata? quod tamen, vel Nouicio cuiq; erat facillimum. Dixerat Concil. in principio Differentiæ 13. *Sed aqua opus eſt humectare magis, quàm aeris, vt denotat ſenſus, cui in qualitatum acquieſcèndum iudicio, & primarum præcipuè.* Nota tu refractarie. *Immò videtur ipſe deſiccare, cum in omnibus reſoluat diſpoſitionibus* 1. 2. *Itaq; humiditas aquæ ineſt per priùs.* Quæ verò habet Auic. loc. cit. hæc ſunt. *Aer autem eſt corpus ſimplex, cuius naturalis locus eſt, vt ſit ſuper aquā, & ſub igne: hæc enim eſt eius leuitas comparatiua. Ipſius verò natura calida eſt, & humida, ſecundùm regulam, quam diximus, cuius quidem eſſe*

Euſeb. Chr.

l. 16. 17.

in

in generatis iuuat, vt rarificentur, & ſubtilientur, & ad ſuperiora eleuentur. Hæc monuiſſe viſum eſt ſeuerum illum Cenſorem, qui nec feſtinanti Typographo mendam vnius caracteris condonat. Proh quàm

Socrat. ex Stob. — *Lyncei ſumus aliena videndo mala,*
Quòdſiquid ipſi committimus, non agnoſcimus.

Refer tandem, quæ in tui fauorem depoſuit Nicolaus Peripateticus. *Aer calidus temperatè, humduſq; in ſummo, nam humiditas ſubſtantialis eſt Elemento, quemadmodùm frigiditas ſubſtantialis eſt aquæ, & ſiccitas terræ, & caliditas igni.* Vt vidiſti nihil ad rem tuam; & præterquàm *ne paſpalam* quidem *de duplici calore* in igne, vnius tantū meminit qualitatum generis in Elementis. Neq; meliùs profectò mea ſententia tibi cedet, ſi *Subſtantialis* nomine formam ſignificari contendas, mos namq; olim fuit veteribus Philoſophātibus quicquid connatum, non aduentitium in compoſitis naturalibus obſeruabant, *ſubſtantialis* nomine indigitare. Hinc ſubſtantialem niui dixer albedinem, melli dulcedinem, quod alibi luculentiùs proſequar. Qui verò coniecturæ P. Victorij ſubſcriberet, exiſtimantis *lib. de Mundo*, qui ſub nomine Ariſtotelis falsò circumfertur, exaratum fuiſſe ab hoc Nicolao Damaſceno, dubiò procul non vulgare te carpendi nanciſceretur argumentum; habet enim cap. 2. *At verò ætheriæ, diuinæq; naturæ (quam certa lege conſtare demonſtrauimus, conſtitutiſq; vicibus, mutabilitatis etiam immunem, atq; in aliam, aliamq; ſpeciem conuerſionis) confinis eſt natura patibilis prorsùs, & vertibilis, atq; vt in vniuerſum dicam, ſolubilis, & obnoxia. Cuius etiam ipſius principia obtinet ſubſtantia tenuitate particularum prædita, flammiſq; ignita, quas æthera natura magnitudine ſua excitat, & motus celeritate.* Philoponus verò, qui malo omine abſte introducitur quarto loco, dum tacitæ reſpondet obiectioni, quomodò ſi ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, *attamen ſecundum contrarias qualitates mutatio Elementorum inter ſe mutuò fiat?* nonnè euidenter contrarietatem ponit inter formas Elementorum?

[Margin: Ammon. in Categ. — v. lec. l. 15.]

Secun-

Secundùm tamen contrarias formas vnumquodq; ipſorum formatur, & ſpecificatur, & quod tandem concludit. *Itaq; quod ſimpliciter ex contrarijs fiant, & in contraria corrumpantur, ſiue mutatio ſit ſecundùm ſubſtantiam, vt in elementis, ſiue ſecundùm accidens, perſpicuum eſt,* nunc tuam peruicaciam conuellit, atq; eliminat. Etenim conſtat, quod formæ elementorum ex Græcorum mente ſint contrariæ vera contrarietate, non ea, quæ ſecundùm habitum, & priuationem, vt tu comminiſceris. Nam præter clariſſima Philoponi verba, quæ modò recenſui ex tuo cenſu, illud erit certiſſimum argumentum, quòd ſi tecum ſenſiſſet citatus auctor, facilè ab obiectione ſe expediuiſſet, faſſus, quòd non inconuenit prima contraria opponi priuatiuè, ſecùs verò ſi poſitiuè. Verùm ille implorauit materiæ ſuffragia, cuius commercio ſubſtantia compoſita non eſt alteri ſubſtantiæ contraria ſecundùm ſe totam *: quippè cum omnium idem, & vnum ſubiectum ſit.* Inſuper elicio ex productis auctoris verbis, vnicum tantùm qualitatum genus, non duplex, qui tuus erat conatus, & eaſdem eſſe qualitates, quę ſubſtantiam elementi conſtituunt, & mutationem accidentalem gignunt, non admiſſis exteris auxiliarijs. Vnicum igitur erit qualitatum genus ex Philopono, illudq; vera contrarietate præditum, ac proindè intenſioni, & remiſſioni obnoxium, ſimulq; ſatagens, ſiue terminetur ad ſubſtantiam, ſiue ad accidens talis mutatio. Quid egebas teſtimonio Auerrois, vel Zimarę pro explicatione mentis Alexandri, quæ per ſe dilucida? niſi vt tot perirent paginæ, & onerares impenſa Bibliopolam, tædioq; Lectorem. Succedit Simplicius, qui tibi denuò exprobat ſimplicitatem in percipienda eius mente; & velut *duplicem calorem* in elemento ignis ſubſannat, & auerſatur, ſic ille vnicum tantùm in elemento agnoſcit, multiplicabilem tamèn per modum affectionis in alienis corporibus. Mòx pleniſſimam placiti aſſequeris enucleationem, huic auctori, & Gręcis omnibus concordem, quam præſtat Ammonius à te inductus. *Ac dici poteſt qualitates has rursùs, non ceu ſubſtantias*

1. Phyſ. t. 42.

magis,

magis, ac minùs ſuſcepiſſe, qualibet enim in proprio ſubiecto plurima eſt, vt accidentia verò intendi, ac remitti. Nullam euaſioni inuenies rimam, ſi ſentis, & ſapis. Tu binos calores confingis inter ſe prorſus diſtinctos, quorum alterum ſub accidentis cenſu, & intentioni, ac remiſſioni obnoxium, alterũ verò ſub cenſu ſubſtantiæ reponis, illumq; penitùs indiuiduũ, verùm Ammonius cõtendit vnicum eſſe calorem, qui ex modo, nunc ſubſtantiæ, mòx accidentis vices præſtet. Et quidèm quà indeterminatè, ac ſecundùm latitudinem excurrit, alterationis rationem conſeruat, prout verò in certa menſura, & determinato gradu conſiſtit, *qualibet enim in proprio ſubiecto plurima eſt*, tunc velut ſubſtantialis differentia elementum componit. Quod autem ſubdit. *Illud verò tenendum eſt non eſſe in ſolis accidentibus magis, & minus, cum demutationem ſpeciei non faciunt*, certam monſtrat illationem, ergo accidentia faciunt ſpeciei demutationem, nimirùm quãdò certis legibus ſunt addicta. Quamquàm verò in dictis Ammonij nullus ſit dubio locus, nequis tibi, vel minimus, reliquus ſuperſit ſcrupulus in poſterùm, audi *Federicum Pen-*
p.19. *daſium*, qui meritò apud te tanti eſt, vt in *primo Dial.* hæc de ipſo habeas. *Et hunc aperto capite* (vtinàm feriò) *atq; curuato poplite reuereor inclytum Magiſtrum, à quo, velut à parente,*
par.9. *corporis, & animi nutrimenta ſuſcepi*. Is inquam lib.5. Phyſ. talia ſcripſit, quæ noſtrum confirmant placitum, tuumq; conuellunt. *Nam ſicut dicebat Ammonius in prædicamento ſubſtantiæ hæ differentiæ nõ quomodocũq; ſe ſe habentes conſtituunt ſpeciem, ſed vt vt ſunt plurimę in proprio ſubiecto, ideſt vt certum gradum, certumq; ſubſiſtendi modum attigerunt, in quo conſtitutæ, ſubiectum in determinata quadam ſpecie collocant, vt ſit ignis, vel aqua, non quoddam ſolùm ad ignem, & aquã diſpoſitum, ſicut cum per ipſarum latitudinem ſecundùm magis, & minùs indeterminatè vagantur, ſpecies enim non dicitur, niſi cum potentia eſt in determinato quodam, certoq; gradu, nec niſi collecta ſimul habeat omnia, in quibus reſidet propria eius ratio*. Mala tandèm alite implorasti opem Ocelli

Lucani,

Lucani, qui nunquam non infenſum *Nouo* huic tuo *Inuento* ſe fatetur. Maiori interim attentione vtere, dum hæc denuò effatur. *Materia autèm ea eſt, quæ primò cuncta recipit, eſt enim commune quodam, quod rebus omnibus ſubijcitur, vt initium ſit primum corpus, quod ſenſu poteſtate percipi poſſit, ſecundò accidunt res contrariæ, v. g. calor, frigiditas, humor, & ſiccitas, ſequuntur tertiò ignis, aqua, terra, & aer, hæc enim Elementa viciſsim mutantur, res contrariæ non mutantur. Corporis differentiæ duæ ſunt, aliæ primæ, aliæ ex primis ortæ: primæ quidem habentur, calor, & frigiditas, humor, & ſiccitas, ex primis ortæ ſunt grauitas, & leuitas, raritas, & denſitas, læuor, & aſperitas, durities, & mollitudo, tenuitas, & craſſitudo, acumen, & obtuſitas. Quas quidèm omnes tactionis ſenſus cognoſcit, & iudicat.* Profectò *ſurdior turdo* eris, ni rursùs monitus, diſcas tandèm quantùm officiant tuis figmentis, quæ deponit Ocellus Lucanus. Vnicum ille agnoſcit calorem per ſe, immediatè mutationem abſoluentem, cui ſit poſitiuè frigiditas contraria, & quod neceſſariò conſequitur, intenſioni, atq; remiſſioni obnoxius. Vin excutiam tibi veternũ, magis quàm aſininam ruditatem, vel ſi neutrum licet, Doctis canam, & Muſis? præſtabo lubens, idq; lubentius, quo te maiores in anguſtias adigam, ſi quandò obtrudas nobis Ariſt. de formis Elementorum differentem. Is etenim, vel tui depoſitione *ſequutus eſt omnia Ocelli dogmata, agens de generatione elementorum, nonnullis parum mutatis, & aliquibus adiectis, vt obſeruat etiam doctus Comes Nogarola.* Sexdecim igitur recenſet Ocellus corporis differentias, inter quas ſemel reponit calorem: vnicum ergò agnouit hunc in elemento, non *duplicem*. Nullus euadendi tibi ſupereſt locus; nam ſi dixeris per calorem ſignificari ab Ocello eum tantùm, quem tu ſub accidentis ſerie reponis, nil proficit tibi inductus teſtis, quùm illud probare contendas, ſi Dijs placet, *Calorem eſſe ſubſtantiam*. Mancus prætereà fuiſſet Nobilis Auctor, ſi poſthabitis, atq; neglectis ijs, quæ rei ſubſtantiam complent, accidentarias corporis differentias tantũ euulgaſſet. At verò ſic com-

Dial. 1. p. 39.

P plent,

plent, quòd dùm contrarietates iungit materiæ, ſtatim Elementa emergant. Quæ verò demandat officia primis differentijs, ſubſtantiæ, nempè, generationem, & interitum, reſpuunt omnem accidentis ſuſpicionem. Inducam tandèm
p. 39. temet tibi viam fugæ obſtruentem. *Ex quibus Ocelli dogmatibus, quæ omnia ſequutus eſt Ariſt. agens de generatione Elementorum, nonnullis parùm mutatis, & aliquibus adiectis, vt obſeruat etiam Doctus Comes Nogarola, conſtat aperte ſententiam ponentem calorem in igne, ac aere eſſe formam ſubſtantialem immediate ſuſceptam à materia prima, velut ſecundum rerum principium eſſentiale, ac omnino differentiam conſtitutiuam ignis, & aeris, non eſſe nouam opinionem.* Nullus erit proindè dubio locus, vel te fatente, quin Ocellus nomine caloris, qui primus ab ipſo numeratur inter quatuor primas corporis differentias, intellexerit eum, quem tu dicis *habitualem*. Quòd ſi præter hunc agnouiſſet alium calorem natura diuerſum, quem tu *actualem*, accidens, & habitualis ſobolem, nonne & hunc, & *tuas* compares *qualitates* tantis muneribus inſignes enumerare ſtatim debuiſſet in cenſu qualitatum, quæ à primis oriuntur? quod ſi non præſtitit, certiſſimũ igitur hinc elicio argumentum, vnicum tantùm agnouiſſe calorem in Elementis ipſum Ocellum. Confirmat inſupèr hanc euidentiam, quòd *vnico* huic *calori*, & conſortibus qualitatibus, *vt mutationes, & alterationes compleantur*, omnem efficiendi tribuat facultatem, quamquàm inter has peculiari munere *calor, & frigus, vt cauſæ efficientes, ſiccitas, & humiditas, vt materia, & patibiles eſſe cenſeantur.* Contrarias inſupèr vbiq; cõſtituit primas qualitates, mutuòq; aduerſantes. *Secundum,* inquit, *quod reperitur ſunt res contrariæ; vt mutationes, & alterationes compleantur*, *idq; dum materiã, perpeſſionem, & affectionem recipit, ac ne facultates mutuò patibiles viciſſim ſeſe prorsùs vincant, & vincantur*. En tibi prꝍter facultatem, intenſionem, & remiſſionem, inſitam quinetiã contrarietatem poſitiuam, quam tamèn paſsìm prædicat, & exẽplis illuſtrat. *Hoc autem accidit, quoniam contrarium vincit*

con-

contrarium &c. Tertio quoq; modo efficitur mutatio, quùm vniuſcuiuſq; elementi contraria interit facultatem, cognata verò, & quæ eiuſdem generis eſt ſeruatur, & permanet, ita deleto vno contrariarum rerum pari, generatio abſoluitur. Non enim integras adducam paginas Auctorum, tui exemplo, qui tædio Lectorem conficis potiùs, quàm afficis. Tandèm verò neq; hebetem tuam aciem fugiſſe arbitror, quæ Ocellus tribuat ſexdecim ijs differentijs, *Quas quidem omnes tactionis ſenſus cognoſcit, & iudicat.* Senſibilis igitur Ocello eſt calor ille primæuus in igne, ita vt iàm liceat ex conceſſis tale conficere ratiocinium.

Species ſubſtantiarum non coniunguntur ſenſui ex Simpl. à te prod. p.
Calor coniungitur ſenſui. ex Ocello.
ergo calor non eſt ſpecies ſubſtantiæ, forma nempè ſubſtantialis.

Præterea Senſus eſt receptiuus ſolarum qualitatum, Simpl. l. c.
At calor ſenſu recipitur, Oc. l. c.
igitur calor eſt qualitas.

Mala igitur alite, & Ocellis parùm Lucanis *Ocellum* introduxiſti *Lucanum*, qui perderet tantos conatus, faſſus vnicum eſſe calorem in elementis, ſatagentem, contrario expoſitum, gradus non recuſantem, & ſenſu perceptibilem. Hæc verò tuum penitùs eliminant

Ventoſum *Inuentum*.

De Ariſtotelis teſtimonijs.

PRodis tandèm in ſcænam Summi Præceptoris patrocinio fultus, ne mala fide nobiſcum penitus egiſſe videaris. Hucuſq; expectarunt Auditores mirabilem illam tuorũ dogmatum propugnationem *ex rei natura*, quàm olim pollicebaris

Veſtibulum ante ipſum, primoq; in limine portæ.

At ſerò moniti, iàm iàm Philoſopho aduentante, deprehen-

dunt, te *Punica fide*, pro *rei natura* ſuppoſuiſſe nobis hucuſq;, nec *bonis auibus* Auctorum cateruam. Equidèm non benè tibi ominantur, qui genium Ariſtot., & ingenium longo vſu perceperunt; vt enim interritus hic, atq; infractus, vel neglecta Socratis, & Platonis familiaritate, ſeruat cum veritate illæſam amicitiam, ſic nec patitur ſe diſtrahi, vel officio ſuo abuti clientes.

Conticuère omnes, intentiq; ora tenebant,

oretenùs ab Peripati Principe ius vtriuſq; Caloris in Elemento audituri. Erumpit Diogenes Cynicus: cauesìs Elpenor, inquit, ne *eburnea è vagina plumbeum educas gladium*. Luſum dixiſſent inter domeſticos conuictores, vel conuiciatores, qui vtriuſq; mores non ignorabant, ni tamen ſera tua conſultatio cum *Hecateo ſimulacro*, ſeriò te mònitum ab amico Anteſignano docuiſſet, exituſq; infælix *Theagenem* καπνὸν tandèm reuelaſſet. Fumum, non lucem ex face Ariſtotelis venaris, miſer, & præterquamquòd cæcutis in luce, adeo friges, vt ne calorem ſentias ex proxima flamma. Abſumet hæc in poſterùm, vt par eſt, fumum omnem, ardebit fumus ſuis cum fumiuendulis, luxq; emicans tandèm excæcabit frigidiſſimos tenebriones. Rem aggrediamur. Fateor me diù, multùmq; laboraſſe, vt ex Philoſophi teſtimonijs abſte prolatis, confirmationem *duplicis tui Caloris* in Elemento expiſcarer. Tunc verò meam damnaui induſtriam, quùm vel te fatente, deprehendi illuc collimaſſe recenſita

D. 2. p.18. Auctorum placita, vt euincas Elementorum conſtitutrices differentias, adeoq; formas eorum ſubſtantiales, eſſe calidum, frigidum, humidum, & ſiccum. Nam quæ è duobus

p.29. ex 5. Phy. t.18. & 5. Me. t.19. locis mendicas ſuffragia, ne tui penitùs frigeant calore, aliena adeò ſunt, tibiq; incommoda, vt nemo non credat, ſi qua tibi mens, tuo fauori te ſpontè mòx renunciaturum. Damnabant quamplurimi tuam incuriam

Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰχρὸν εἰσκρούειν λίθον

Iterùm ad eundem turpe lapidem impingere.

Alius

Alius verò

Δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ

Sapientis haud eſt bis in eodem labier.

Inculcabat Horatius.

Ridetur chorda, qui ſemper oberrat eadem.

Nam denuò Quæſtionem de *Dupllci calore in Elemento*, transfers ad vulgatam in Scholis controuerſiam de Formis Elementorum. At ego, qui manes Præceptoris reuereor, arteſq; tuas abominor, ne fucum mentito patrocinio cuiquã in poſterùm facias, *hanc ornabo Spartam*, veritus ne tuis celebratis *Additamentis*, pereat fides, atq; decus bonis artibus. *de his q. d.* *Alienam metis meſſem*, vel nemine refragante: nam quicunq; pro Græcis pugnant, in ſuam trahere nituntur ſententiam. Ariſtotelem, iiſdem freti teſtimonijs, quæ tu modò inducis: quamquàm illuſtriora te prætererint. Contendunt primas qualitates eſſe differentias, cauſas, principia, terminos generationis, & corruptionis Elementorum ex Philoſophi mente, inde eliciunt primas qualitates eſſe formas Elemẽtorum ſubſtantiales. Qui verò Latinorum, vel Arabum Scholæ ſunt addicti, atq; alias à primis qualitatibus agnoſcunt in Elemẽtis formas ſubſtantiales, explicant Ariſtotelis mentem, atq; induſtriam. Quùm enim *formæ Elementorum*, *vel* te non diffitente, *ſint imperfectiſſimæ, atq; ignobiliſſimæ,* præ intimo, propinquoq;, quem habent cum materia commercio, ignoreturq;, vt ſæpè fit, vltima elementorum differentia, proindè noſtræ conſulens Præceptor eruditioni, neceſſe habuit inſeparabilia ſubſtituere accidentia, eaq; prærogatiuis, ac titulis, quę ſubſtantialibus formis debentur honeſtare. Neq; id vitio verti debere exiſtimant, *ſi iſtæ differentiæ dictæ, ſunt accidentia, ſed accipiantur loco differentiarum ſubſtantialium, propter latentiam differentiarum ſubſtantialium,* vt cum Auerroe loquar, *nihil enim mirum eſt,* dicebat Ammonius, *quum ſimus homines, non in omnibus ſubſtantiales à nobis differentias inueniri, eaq; de cauſa cogimur res qualitatibus huiuſmodi ſignificare.* Irrepunt quinetiàm hæ, admittunturq; in deffinitionibus,

in Theſ.

8. & 9. metaph. & alibi.

In Præd.

ſæpenumero ſubſtantialium differentiarum egeſtate coacti quò fit, vt definiatur nix, tamquàm cognatum habens album, proprieq; completiuum ſubſtantiæ , & alibi. *Quoniam plerumq; propter humanam imbecillitatem huiuſcemodi diſtinctionum copia omni destituti, fortuitas, atq; accidentarias aſſumere conſueuimus —— quemadmodùm in Coruo nigrorem, in Cygno candorem* : & Nicoſtratus, referente Simplicio in Præd., colorem niui dicebat *connaturalem*, *& ſubſtantialem*. Sat proindè fuit Ariſtoteli ſubſtituiſſe congrua, notiſſimaq; organa, quibus natura in miſti generationem tandèm conſpirat. *Etenim quum Elementum contineat habitudinem principij*, vt notabat Celeberrimus Bonamicus, *& alicuius, nempè miſti, elementum eſt, atq; ad illud habet propenſionem, ac ſuaptè natura ordinatum eſt —— Proindè elementi ratio, quæ ſumitur à calore, & conſimilibus differentijs, eſt tanquàm ab accidenti, & vt dixit Ariſtot. per aſſociationem, ſicut calor in ſanguine, & ſpiritu, vtſiquis ipſum tollat, & ſanguis, & ſpiritus vnà tollantur, aliquid tamen ſubſtantiæ reſidebit. ita ſi primarum qualitatum actus auferatur elemento, poterit fortè eſſe ſubſtantia, non tamen erit Elementum*. Non ignoraſſe hanc veritatem Alexandrum, fidum alioquin Ariſt. Interpretem veriſimile eſt, vt qui tàm acriter pro qualitatibus primis dimicauerat, mòx leuitatem, & grauitatem elementorum formam non ſemèl conſtituerit. En ipſum loquentem. *Ex ijs ſanè neutrũ corpus eſſe dixeris, ſed id, quod ex ijs conſtitutum eſt corpus, & ignem à natura, & à ſubſtantia, quæ ſecundùm ſpeciem eſt, principium motus in ſuperiora tendentis leuitatem poſſidere fateberis. Quæ planè leuitas, quùm ſpecies, & natura ignis ſit, ipſa haudquaquàm mouetur*. Quod paulò poſt repetit; non ſecusàc grauitatem terræ formam agnoſcit. *Cæterùm eodem modo ſe habet figura in ſtatua, quæ ex ære, figuraq; conſtat: itemq; grauitas in terra, quæ ex materia, & ipſa grauitate conſtituitur*. Priùs verò monuerat. *Quemadmodùm autem in ſimplici corpore ſpecies, haud quaquàm ſecundùm actum à poteſtate, ſed eſt ſecundùm poteſtatem, à qua actus eſt, nec enim actu inferius*

Amm. in Porph.

lib. 8. de Mot.

1. de Anima.

riùs ferri terræ natura eſt, nihilo enim minùs, ſi non actu infrà feratur terra permanebit: ſed poteſtas, à qua id poſſidet, vt infrà deferri poſſit, quæ nil aliud eſt, quam grauitas. Cuius ſententiæ pondus poſtac experieris, quà de caloris habilitate: pergit ille. *Sanè verò vtrunq; perfectio eſt, & grauitas ipſa. ſiquidem forma eſt, & actus, qui à grauitate proficiſcitur, quandoquidem functiones, & actus, qui ab habitu, & poteſtate prouenıunt, habituum, & poteſtatum perfectiones ſunt.* An oſcitantiæ, atq; obliuionis inſimulandus eſt tantus Philoſophus, qui eodem cap. paucis intercedentibus lineis aſſerebat. *Veruntamen in igne, quod & naturale, & ſimplex corpus eſt, caliditatem, & ſiccitatem ſpeciem facimus, & ab ijs, & in ijs genitã leuitatem.* Conſulet facillimè tanti Viri exiſtimationi, qui dixerit Alexandrum conſcium mentis Præceptoris ſui Stagiritæ, veris Elementorum formis ſubſtituiſſe quàm appoſitiſſimas qualitates operibus patrandis; quùm tamèn eodem auctore, ſimplici corporis ſimplex debeatur forma, non varia, atq; multiplex. Non diſſimili euentu, qui ocio abundat, & publica corradit ſtipendia, ex iniuncto ſibi officio valuiſſet ſolidam Ariſt. mentem venari, & dicta Græcorum ad bonam frugem deducere, ni ocio abuteretur, improbiſq; negocijs perpetuò eſſet implicitus. Primas quinetiàm qualitates *ſubſtantiales* elementis non diffitetur Magnus Albertus, verùm alia ratione, quàm tu reris. *Qualitates primæ ſunt in Elementis ſubſtantiales alio modo, quàm formæ, quia ſunt ſubſtantiales, vt paſſiones, quæ fluunt à ſubſtantia, immò ſunt accidentia per ſe elementis, non autem accidentia per accidens.* 2.de G.C.
Sic declinant Latini facillimè iactus, telaq; non tantùm retorquent, verùm & noua mutuantur è Peripati armamentario, quæ ne producam, ius diſpntationis vetat, ne crimini tuo reddar obnoxius. En exitum tanti apparatus, exprobabant Proceres Senatus Litterarij: quid aliud fuit Ariſt. fauor, inculcabat neſcioquis, quàm *Anulus aureus in naribus ſuis.* Subſcribebat Iuuen.

Et cum Remigibus gruniſſe Elpenora porcis. Sat. 15

Cu-

Curioſi verò obſeruabant, *plumbeum eburnea è vagina* eductum *gladium*, in chalybeum euaſiſſe, quod & mòx ille experietur, qui in *ſuum ipſe mucronem incidet* cunctis dudùm ſic ominantibus.

Quæ perperàm ex Ariſtotele producuntur ab Aduerſario.

QVI è formarum ſubſtantialium ſubſellio primas qualitates deijcere ſtuderet, & *duplicem* illum tuum *calorem* è Peripati finibus extorrem, extremùm in Tanaim relegare contenderet, non aliud produceret Ariſtotelis decretum, quàm quod tu primo loco recenſes ex primo de Generatione cont. 1. Seriem verborum paulò ſuperiùs repete. *Sed tamèn ex quibus dicunt plura principia facientes vno, impoſſibile eſt alterari. Paſſiones enim, per quas hoc dicimus contingere, differentiæ Elementorum ſunt. Dico autèm, vt calidum, frigidum, &c.* Perge ne ſupprimas, neuè ſeriem violes. *album, nigrum, ſiccum, humidum, molle, durum, & aliorum vnumquodq;*. Do tibi ſtatuiſſe hæc Præceptorem ſimplicitèr, non ad hominem, nam ſecùs tua periclitaretur fides: dic amabò, quid commodi reportas ex producto teſtimonio? nempè vt euincas calidum, frigidum, humidum, ſiccum eſſe differentias Elementorum. Peto abſte, an non ſub eodem cenſu ab Ariſt. recenſentur, *album, nigrum, molle, durum, & aliorum vnumquodq;*? quæ tamèn, haud credo futurum, vt in differentiarum ſubſtantialium ſeriem admittas, quod tibi erat præcipuè in votis. Verumenimuerò ex producto abſte Ariſt. oraculo, illud tibi acceſſit incommodi, nobiſq; commodi, vt luce meridiana clarius iam omnibus innotuerit, Ariſtotelem nomen differentiarum, quæ aſſignantur Elementis, communiori in ſignificatione vſurpaſſe, non quàm maximè propria, vt ſuperiùs te monuimus. Accedit, quod etſi diſputationi dederim differentias enumeratas non eſſe com-

communes, ſed maximè proprias Elementorum, hoc vno deijcient tuum machinamentum, nempè quod differentiæ hæ formalitèr ſunt paſſiones ſub tertia ſpecie qualitatis coercitæ, ſic nuncupatæ, quod ſenſibus paſſionem inferant. Exulat igitur iners ille *tuus* calor *habitualis*, & ſenſui innoxius, ſoluſq; ſupereſt is, quem tu vnicò *actualis* nomine honeſtas, qui,& poſitiuo contrario, & intenſioni, & remiſſioni eſt obnoxius, tactu perceptibilis, nullius indigus in propria actione obeunda. Vide quàm imprudenter, vel *primo in limine*, aduerſario arma miniſtraueris in tui perniciem. Perge errare, vel delirare.

Iàm conſpicor recentare te pugnam,& 18. cont. 1. de G.C. minitari toruis oculis. Agè congredere. *Cuius enim magis differentiæ hoc aliquid ſignificant, magis ſubſtantia eſt, cuius autē priuationē, non ens. puta, ſi calidum prædicamentū aliquod, & forma, frigiditas autem priuatio. Differunt autèm ignis, & terra ijs differentijs*. Monuit te nuperrimè Ariſt. differentias, quas primis hiſce ſubſtantijs tribuit, quatenùs ſunt Elementa, & in miſti generationem conſpirant, non eſſe veras, & conſtitutrices elementorum, verùm circumſcriptiuas verarum differentiarum, quæ proximè Elemēta cōſtituunt. Appoſitiſſimè verò,& abſq; cenſura ijs vti Ariſt. quoniam euidentiſſimæ ſunt ſenſui, illarūq; opus nemini, prætérquā tibi controuerſum. Hinc diſcas calorē non eſſe formā Ariſtoteli, ſecùs non dubitans pronunciaſſet, quod tu patulo ore aſſeueras. Diſce inſuper ex Ariſt. progreſſu cautiùs progredi, atq; inferre à differentia ad formā, quādò hic admittens differentiam, de forma controuertat. Dediſcas oppoſitionem inter primas qualitates, non eſſe inter verè contradictoria, ſeròq; diſcas, ſi patitur ætas, frigiditatem eſſe ens poſitiuum, non meram priuationem. Quid profers?

Elp. Ignis enim calidus, & ſiccus eſt, aer autem calidus, & humidus, aqua autem frigida, & humida, terra autem frigida, & ſicca, vt rationabiliter diſtribuantur differentiæ pri- *t. 16.*

Q *mis*

mis corporibus, & multitudo eorum ſecundum rationem.

Tyr. Cur vitiaſti contextũ? qui ſic habet. *Ignis enim calidus, & ſiccus eſt, aer autem calidus, & humidus, velut euaporatio enim aer. Aqua autem frigida, & humida. Terra autem frigida, & ſicca, vt rationabilitèr diſtribuantur differentiæ primis corporibus, & multitudo eorũ ſit ſecundum rationem;* Dùm annectis. *Tangibiles igitur ſunt differentiæ corporis ſecundùm quòd corpus. dico autem differentias, quæ Elementa* Tex. Phy. l. 5. p. 9. *determinant, calidum, frigidum, &c.* Inſurgit F. Pendaſius, qui te refractarium obſeruans Ariſtoteli, necnon egregijs eius Interpretibus refricabat, quæ olim te docuerat. *Mos eſt peruulgatus apud Græcos vocare differentias qualitates, eaſdemq; dicere etiàm conſtitutiuas ſpeciei, & ſpeciei eſſe conſtitui in multarum differentiarum collectione, ſicut & Ariſt. in 2. Analy. Poſt. tradens modum conſtituendi definitionem dixit, tot ſimul eſſe connectendas, vt licet earum vnaquæq; communior ſit re definita, omnium tamèn ſimul collectio ipſi* Dial. 1. *adæquetur.* Ingratus erit, ſi ab eo diſſentiat tuus Therſites, cui debet *corporis alimenta, & animi*. Elice igitur ex tanti Præceptoris teſtimonio vltimam ignorari differentiam, ex qua tamèn ſimul, & genere proprio, conſtituitur compoſitum, verèq; definitur: at huius defectum ſupplet differentiarum congeries, atq; collectio, qua circumſcribimus definiti naturam, vt quimus, quandò vt volumus non licet. Dùm hæc ruminas, elicio ego, malè te inſupèr conſentire cum Summo Præceptore, qui *Differentias corporis, quatenùs corpus*, dicit eſſe *tangibiles*: tu verò *calorem habitualem*, quem differentiam ſubſtantialem, formamq; ignis conſtituis, aſſeueras non mouere ſenſum, verùm ſola- 4. Mete. 2 de P. Al. mente eſſe perceptibilem. Denuò *recoquis Crambrem*, quùm Ariſt. inducis aſſerentẽ primas qualitates eſſe *Principia Elementorum, & cauſas*. *Principia* ſunt quidèm cognitionis, & quo ad nos, non rei; quæ ſcilicèt nos manuducunt in cognitionem formarum ſubſtantialium in Elementis: *principia* inſupèr, quibus proximè introducitur noua-

forma

forma in materia. *Cauſæ*, verùm inſtrumentales elementorum, quibus conſpirant veræ formæ in miſti generationem, vel in ſui participationem, conſimili inducta forma in materiam, ſpecie quidèm, haud numero, vti falsò tu quandoq; opinatus es, dum nouum ignem non generari, ſed propagari tantùm credidiſti. At obſerua tu in loco à te citato 4. Mete., Ariſtot. diſtinguere qualitates, quas tu formas ſubſtantiales credis, *in actiuas, & paſſiuas:* actio verò, & paſſio non intercedit, niſi inter poſitiuè contraria, non inter ens, & non ens: tu verò ſuadere nobis tentabas inter *qualitates* illas tuas *habituales* intercedere oppoſitionem tantùm ſecundùm habitum, & priuationem, non ſecundùm veram contrarietatem. Igitur ſi qualitates hæ ſunt mutuò *actiuæ*, & *paſſiuæ*, intenſioni, & remiſſioni erunt obnoxiæ, quod tu ſemper euitaſti. Non enim adeò cæcutientem te fore exiſtimo, vt paſſiuas reactione orbes; refrangi propterea earum vires neceſſe eſt, non illæſas perſeuerare, quod peruersè hucuſq; credidiſti. Hæc ſi concoxiſſes, rurſus in tui perniciem non citares Ariſtotelem; qui primò ponit *corpus ſenſibile* potentia, deinde *contrarietates*, tandèm ignem, & aquam, & talia. Etenim vnanimes reſpōdent Latini, per *contrarietates* hic deſignare Philoſophum formas Elementorum, innominatas quidèm, verùm appoſitiſſimè ſignificatas per frigiditatē, & calorem, tamquàm per proprios effectus maximè ſenſibiles, & nemini dubios: præſertim vbi ſpectantur Elementa, quatenùs actiua, & paſſiua ad inuicèm. Certiſſimo autèm hoc roborant argumento, quod Ariſt. *exactiùs ſe de ijs determinaſſe*, inquit, *in alijs*. quod communitèr ab omnibus Interpetribus explicatur, ipſum præſtitiſſe in 1. de Phyſ. Auditu. At verò, quæ ibi tradit de contrarietate, & ſubiecto, penitùs eò collimāt, vt aſtruat neceſſariam oppoſitionem inter reliqua duo principia, formam nempè, & priuationem, quæ vt ens non enti contradictoriè opponuntur, (quamquàm Ariſt. communiore in ſignificatione contrarietatis nomine vtatur) non inter ens, & ens, qualia ſunt *frigidum*, & *calidum*, quæ poſitiuè opponuntur,

2. de G. C. t. 6.

ſuntq; vera contraria. Pondera Ariſt. verba. *Nos autem dicimus aliquam materiam corporũ ſenſibilium, ſed hanc non ſeparabilem, ſed ſemper cum contrarietate, ex qua generantur vocata Elementa. determinatum eſt autem de ijs exactiùs in alijs. Sed tamèn quoniàm & hoc modo fiunt ex materia corpora prima, determinandum, &c.* Ita vt conficere liceat tale ratiocinium. Ex materia, & contrarietate illa, quæ exactè explicata eſt alibi, ſcilicet in 1. Phyſ., conſtituuntur prima corpora, ſed contrarietas ibi explicata eſt, quæ intercedit inter contradictoria, formam nempè, & priuationem, ergo contrarietas, quæ conſtituit prima corpora eſt contradictoria, & inter formam, & priuationem: at frigidũ, calidũ, & reliqua per te nõ opponuntur contradictoriè, ergo ex frigido, & calido, &c. non conſtituuntur prima corpora. Quid adhùc *hæres ſcopulo*, & contradictoriè opponi aſſeueras tuas *qualitates habituales?* Doleo tuam vicem; & quandò tui me miſeret, refricabo poſtremò. Vera actio eſt inter poſitiuè contraria, ſed inter primas qualitates eſt vera actio, ergo primæ qualitates ſunt poſitiuè
t.8. contrariæ. Maior nulli controuerſa: at vetat minabundus Ariſt. te minorem controuertere propoſitionem, vtpotè qui producens tangibiles primas differentias, & contrarietates ſanciuerit. *Oportet autem actiua, & paſſiua ad inuicèm eſſe Elementa, miſcentur enim, & tranſmutantur in ſe inuicem.* Tantùm igitur abeſt, vt ex allato Ariſt. contex. 6. 2. de G.C. tuam ſuffulcias, conſtruaſue machinam, vt latè, ſupèrq; deſtruas, necnon elimines dignitatem primarum qualitatum, & è ſubſellio formarum ſubſtantialium penitùs illas deijcias. Improuidus fuiſti, qui teſtimonium produxeris aduerſum tuis *habitualibus*, quas in poſterùm non eximes ab inferenda ſenſibus moleſtia. Siquidèm ex tua interpretatione, ſi corpus potentia ſenſile fit actu tale per aduenientes contrarietates, ſi per *qualitates habituales*, igitur qualitates hæ ſenſu ſunt perceptibiles magis, quàm quod componitur ex ijs, & materia. Euidens eſt conſequentia. Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis, ſed proptèr has contrarietates materia, quæ

potentia

potentia ſenſibilis, fit actu ſenſibilis, ergò tantò magis contrarietates ſunt ſenſibiles. *Nemo* non videt analogiam ab vno pro maioris propoſitionis indubitata certitudine: minorem verò, neq; puto fore, vt tu conuertas, qui dudùm nobis inſinuabas (quamquàm non ſana interpretatione) ex materia ſic affecta, & qualitatibus primis, ſtatim conſiſtere Elementum. Prætereà luce meridiana iàm clariùs eluceſcit ex auctoritate allata, tranſmutari abſolutè Elementa ad inuicèm, quod ignoraſti hucuſq;, ratus nouum non generari ignem, verùm priorem tantùm formam extendi in nouam materiã.

Laberis ſensìm in deteriora *omnium calculis*, quin te *Carpathium teſtem modò accerſiuiſſe*, non inuenuſtè, neſcioquis è Litteratorum cœtu, monebat. Locus ſiquidèm, quem ex lib. de Senſ. & Senſili adducis, producitur paſsìm à Latinis in propriæ ſententiæ confirmationem. At verò qui tuos non ignorabant mores, ex inſidijs te præoccupaſſe ſtationes fatebantur, quoquo modò ceſſura in poſterùm tibi ſit res. Et verò, quantùm video, malè ceder, nam apertiſſimè hìc Ariſtot. diſtinguit ſubſtantialem ignis formam à calore, vt nullus ſuperſit effugio locus. *Quà igitur ignis, & quà terra, nihil natum eſt agere, & pati, nec aliud quicquam: quà autèm ineſt contrarietas, omnia agunt, & patiuntur.* Nam ſi calor eſſet forma ignis, quod tu euincere tentas, per idem eſſet ignis, & calidus: nam forma, vt omnes norunt, eſt *ratio, & quodquid erat eſſe*; ſed diſtinguitur eſſe ignis à calore, igitur ignis aliam habet formam à calore. Inſupèr compoſitum, neq; re habetur, neq; ratione concipi poteſt abſq; propria ſubſtantiali forma, ſed ignis quà ignis diſtinctè concipitur abſq; calore, ergò forma ignis non eſt calor. Non enim puto te in dubium reuocaturum ignem eſſe compoſitum; vel ignem quà ignem, non dicere quid conſtitutum ex materia, & ſubſtantiali forma, quod vberrimè præmonuerat te Simplicius. 1. *Cæl.* c. 36.

Neue *Delium* implores *natatorem*, quod alibi feciſti, explico, quæ hebetudini tuæ fore ſuſpicor minùs perſpicua, etſi Eruditorum conſeſsui euidentiſſima. Exemplo rem *Dial.* 3.

declaro.

declaro. Conſtituatur Rationalitas hominis differentia vltima, formaq; ſubſtantialis: idem erit dicere, homo quatenùs homo ſpeculatur, vel diſcurrit, intelligit, ac ſi dicam, homo *quatenùs rationalis* hæc præſtat. Principium enim *quo* abſoluuntur huiuſmodi functiones, eſt rationalitas, quæ forma hominis dicitur. Sin autèm ſic enunciarem, homo, non quatenùs homo, ſed quatenùs rationalis intelligit, errarem, quià rationalitas eſt forma, & differentia hominis. Pari pacto, neq; licet ei, qui calorem formam ignis credit ſubſtantialem, aſſerere, quòd ignis, quà ignis hæc non pręſtat, verùm quà calidus. Nam ſi eſſentia ignis eſt in calore, neq; eſſe, neq; operari, ac tandèm nec concipi poteſt, vt dicebam, ignis, ſecluſo calore: quapropter equipollẽtes erunt hæ enunciationes, *ignis quà ignis, & ignis qua calidus*. At quùm diſtinguat hęc Ariſt., igitur ignis non erit per calorem, verùm per propriã formam, quamuis innominatam. Vide quàm malè tibi ceſſerit hæc tua præoccupatio? Neq; meliùs cedent mea ſententia, quæ tu deuius ex proprio Marte hìc profers. Differam verò in poſterùm tua errata ſimul notare, ne vager præter inſtitutum.

Magno tandèm contextuum apparatu inſtructus turgidus progrederis, vt Lectorem trium paginarum tædio conficias, magis quàm vt probes, terminos generationis Elementorum eſſe primas qualitates. Primum ex voto tibi contigit, non ſecundùm. Latini ſiquidèm vnanimes repetunt, per *qualitates* ſignificari formas ſubſtantiales innominatas, quæ non inconcinnè circumſcribũtur per qualitates primas tunc, quùm Elementa ſpectantur tamquàm actiua, & paſſiua. *Citiùs* verò, & *tardiùs, faciliùs, & difficiliùs* tranſmutantur inter ſe Elementa, proptèr qualitatum conuenientiam, vel diſcrepantiam. Prima namq; conſtitutæ in acie, ſymbolam verè
p. 23. oppugnant, quouſq; vincant, aut vincantur. Qua verò tu facie primas qualitates conſtitutrices, per te, Elementorum, tamquàm contrarias modò nobis diuendis ex mente Ariſt., & Græcorum Interpretum? qui paſsìm non contrarias prædicaſti,

dicaſti, verùm priuatiuè oppoſitas. Sapiunt hæc mirabilem tuam ſolertiam, atq; conſtantiam. Etenim notatus locus 2. de Generatione, per te veram aſtruit contrarietatem inter Elementa meritò differentiarum. Plumbeus proindè erit, qui non videat Ariſtotelem ſupponere veris formis ſubſtantialibus quatuor primas qualitates, tamquàm terminos tranſmutationis, & cauſas proximas effectrices generationis miſti, non terminos abſolutè tales, vtì falsò elicis ex locis abſtè citatis 4. Meteor., quod mòx pleniùs audies. t.24. p.25.

Pergis ex Peripato tibi accerſere mala. Quùm enim Ariſt. alicubì conferret mouentia, & efficiētia adinuicèm, vt quemadmodùm primum mouens eſt immobile, proximum autèm mouendo mouetur, ita primum efficiens ſit impatibile, proximum autèm efficiendo patiatur, idq; in materiæ participationem referat, mòx inquit, *ignem in materia habere calorem*, quapropter ex præmiſſis cuiq; liberum erit elicere concluſionem, ergò ignis in agendo patitur: quam tamèn Præceptor breuitati ſtudens, ſupprimit, & reticet: tacitè monens in ſcientijs tradendis, vel tractandis, euitandam prolixitatem (quod tamèn peſſimè tu ſemper obſeruaſti) & alteram ſubnectit illationem ex producto ratiocinio, *quòd ſi aliquis eſſet ſolutus calor, ille nihil profectò pateretur*. Tu verò ad pauca reſpiciens, immò in euidentibus cæcutiens, obicis, quod cū per Ariſt. l. c. conſtet caloris ſubſtantiam eſſe materiam, non compoſitum, calor erit habitus, finis, *ac veluti forma, qua materiei iuncta, fit ignis, adeoq; qua ignis eſt ignis*. Congruè tu philoſopharis, ac loqueris, mentemq; Philoſophi, neq; monitus, aſſequeris. In hoc totus eſt Philoſophus, vt probet efficiēs, cui contigit cum materia habere commercium, hinc euadere patibile. Infertur verò hæc paſſio non ægrè à contrario, quùm ferè eadem ſit contrariorum materia, & genus emulari videatur, quod oppoſitis differentijs ſubijcitur. Subnectit aliud exemplum ex accidentali forma deſumptum, quod neq; tu controuertes. *Quod autem calidum eſſe poteſt, ſi calefaciens adſit, atq; illi incubet, planè calefieri neceſſe eſt*. 1. de G.C. t.53.54. t.54.

Hinc

Hinc colligit. ***Quam ob rem, prout dictum eſt, efficientium hæc quidem patibilia, illa autem impatibilia.*** Vt verò ab efficientium ſerie finem excluſit, properante iam diſputatione ad calcem, repetit illud Ariſt., ***Ignis igitur in materia calorē habet.*** Quam ille concluſionem, non ex proximè diſputatis de finis efficientia inferꝛ, quod tu reris, (quæ enim eſſet congruentia? qui nexus?) verùm ex ijs, quæ ſuperiori produxerat contextu, de calore ſcilicet illo ignis affectione, idq; non preſſè ſumpta materiæ ſignificatione, quod frequentiſſimum: quamquàm non ignorem compoſitum accidentale ex forma accidentali, & ſua materia conſtitui, quæ propriè ſubſtantia dicitur: ex quo Alex. quod qualitati ſubijcitur materiā vocat.
4. Meta. c. 42. Vt ergò *duobus bolis* rem deuores, non opponitur eſſe in materia huic, vel illi (vbiq; enim eſt in materia, vel in habente materiam, quod ineſt) verùm opponitur non habenti materiam, cui æquipollet *ſeparatum eſſe*. Proindè vide quàm deuius ſis à mente Philoſophi tu, qui conductitius interpretandis eius ſenſibus hucuſq; inſenuiſti. Quòd ſi loquutionis vim perpenderis, magis eſt cur calorem affectionem ignis, quàm eius formam ſuſpiceris ex allatis verbis. ***Ignis habet in materia calorem***; formæ enim eſt habere, non haberi, continere, non contineri. Præтereà qui habet, in priori ſigno eſt, atq; exiſtit; per aliquam igitur formam: quodſi ignis habet calorem, erat ergo ignis per aliquam formam priorem, hæc verò non alia eſt, quàm *innominatam* Elementi. Cur verò non extorſiſti ab Ariſtotele, vt ſaltèm hac vice ***duos*** aſſignaret igni ***calores***, non vnicum, in tui tutelam? An forsàn quoniàm ſolus ***habitualis*** eſt in materia? erit igitur ille ***actualis*** non in materia, ac proindè non patietur; quapropter neq; tranſmutabuntur ad inuicem Elementa, neq; conſpirabunt in miſtionem, ſed omnia tandèm, vt viſum eſt Stoicis, in ignem vertentur. At patietur ſaltèm ***calor*** ille ***habitualis*** ex Ariſtot. progreſſu ex materię commercio? Sed neq; permittis monſtroſæ tui Cerebri fœturæ hanc inferri iniuriam, vtpote qui à contrario illum eximas, & non ens vix illi opponas: quapropter

propter illæſum, atq; ſuperſtitem nouo iure tueris ipſum in miſtione. Tantùm igitur aberit, vt duo emergant temperamenta ex miſtione Elementorum, alterum ex *qualitatibus habitualibus*, ex *actualibus* alterum, prout non ſemel inculcaſti, vt neutrum ſit poſſibile, quinimo fieri repugnet. Hæc lucramur ex bellis tuis *inuentis*, quibus *diſciplinas* non *auges*, ſed angis, & exterminas. *Dial. 1. lib. 4. de ly. 4. d.*

Tandem in re maximè incerta, producis dubium teſtimonium, omniq; conatu niteris incaſſùm mentem Ariſtotelis diſtrahere, quùm è re tua ſatiùs fuiſſet, præterire, ac diſſimulare placitum, vel tibi aduerſiſſimum, quod patebit ex pura, putaq; contextus recitatione.

An vt diximus quodammodò quidem ſunt quodammodò vero non, velut fortaſsis corporum ſenſibilium calidum, tãquàm forma, & alio modo frigidum, vt priuatio. Vbiq; hæſitat Ariſtoteles, præterquàm in conſtituendo qualitates vicarias formarum. Audi loci expoſitionem à Sancto Doctore. *Dicit ergo primò, quòd quodammodò eſt verum dicere omnium eadem principia, & quodammodò non. & hoc obſtendit dicens. Sicut ſi ponamus, quòd ſenſibilium corporũ ſit principium, tanquàm ſpecies, & forma calidum, & tanquàm priuatio frigidum, & materia ſenſibilium corporum ſit id, quod ſecundum ſe in potentia ad hęc duo. Nam materia ſecundum ſe ſumpta, eſt principium ſuſceptiuum formæ, & priuationis. Dicit autem forſàn, quia calidum non eſt forma ſubſtantialis corporum ſenſibilium, neq; frigidum eſt priuatio, ſed ambo ſunt qualitates. Vtitur tamen eis, tanquàm forma, & priuatione in genere ſubſtantiæ ad maiorem manifeſtationem.* Sat explicauit hæſitationis cauſam D. Thomas: at ego his Præceptoribus monitus, non hæſitabo? Valeant tuæ mendicatæ obſeruationes in voce ἴσως, quàm meritò *Fortaſsis* verterunt Emeriti in Græcis litteris, nempe Antiquus Interpres, Eminentiſs. Beſſarion, I. Geneſius Sepulueda, & alij; tum quod hæc ſit frequentiſſima vocis acceptio, quod tu non negas, tùm etiam, quòd materia, quæ tractatur, & verborum contextus, non aliam ad- *12. Met. t. 22.* *l. c.*

mittant ſignificationem. Amplectar proindè ego volens, & lubens Peritorum negligentiam magis, quàm obſcuram alienigenæ diligentiam, qui vix Elementa Græcorum diſtinguere, compellareue nouit. Ponderant, qui Græcè ſciunt, vocem illã ὣς, quam repetit Ariſt. intra breue linearum ſpaciũ. Significat verò *tanquàm, veluti, inſtar, perindè, quodamodò.* Prætereà alteram vocem οἷον, quæ, *vt, ſicut*, valet. Hinc euadit enunciatio tota, hærentis, & dubitantis; ἢ ὥσπερ λέγομεν ἔστι μὲν ὣς ἔστι δὲ ὣς οὐ. οἷον ἴσως τῶν αἰσθητῶν σωμάτων ὣς μὲν εἶδος τὸ θερμὸν. *An vt diximus, quodammodò quidèm ſunt, quodammodò verò non. veluti fortaſsis corporum ſenſibilium, quodammodò forma calidum.* At ſi *quodammodò forma*, ergo non abſolutè forma. Eam verò ſibi vendicat partem calor formæ ſubſtantialis, quàm frigiditas priuationis. Addo inſupèr quod ſi Philoſophus adhùc hæſitat, poſtquàm phyſica abſoluit (callere enim te arbitror hinc ſortitos præſentes libros ſuam inſcriptionem τὸν μετὰ φυσικὰ) dubiò procul nil decreuit in Phyſicis, quod formæ ſubſtantialis dignitatem qualitatibus primis irrogaret, ſecùs verò quî poterat abſq; inconſtantiæ nota rem modo in dubium reuocare? Laudo tandem tuum conſilium, qui præſenti fauori renuncies, expertus iàm eius inefficaciam: ego verò, qui poſtrema in acie haſtatos adfore verebar, deprehendo tandèm, vt es apprimè verſutus, te militari ſtratagemate exornaſſe ad copiarum oſtentationem, Lixas, atq; Calones.

p.29. Agè experiamur horum conatus, *quandò tot alia loca pro Therſit-Vlyſſè contra* me *militantia* declinauerim, vel quod veriùs, erepta munierim, infeſto, infenſoq; tibi præſidio.

5.Phy. t.18. Adeſt Ariſtoteles, qui aliquandò profeſſus eſt, *motus igitùr ſecundùm qualitatem alteratio eſt; hoc enim inditum eſt commune nomen: dico autem qualitatem, non quæ in ſubſtantia (etenim differentia qualitas eſt) ſed quæ paſſiua eſt, ſecundùm quam dicitur pati, vel impaſſibile eſſe.* Singula hæc in tui conſpirant ruinam. Forma ratiocinium. Motus in qualitate paſſiua eſt alteratio, ſed qualitates illæ primæ, quas tu appellas

habi-

habituales, ſunt paſſiuæ, igitùr motus ad qualitates primas eſt alteratio. Maior eſt Ariſtot. in præſenti loco, minorem & tu introduxiſti incautus p. 19. *Paſſiones enim, per quas hoc dicimus contingere, differentiæ Elementorum ſunt, dico autem, vt calidum, frigidum, &c.* Differentiæ verò ſunt, vt audiſti aliàs, accidentales, & circumſcriptiuæ ſubſtãtialium differentiarũ. Quod ſi *alteratio*, nõ erunt proindè formæ ſubſtantiales Elementorum, & differentiæ eorum conſtitutiuæ. Expecta parumpèr, ſuo enim loco audies redargutionem tuàrum illationum. Illud verò non redargutione, verùm irriſione non vulgari dignum, quòd inducas Ariſtotelem, tanquàm ius dicentem pro primis qualitatibus Elementorum, dùm infit. *Ferè itaq; ſecundùm duos modos dici poſſit ipſum quale, & horum vnum maximè proprium. prima enim qualitas ſubſtantiæ differentia eſt.* Sat ἄμουσον, quamquàm ex *Scalumnæ* tuo prodeant *Muſæo*, te produnt, quæ modò tibi ſuades, nemini tamèn ſuaſurus, præterquàm ignauiſſimis balatronibus, quorum impura vteris opera; ad *furcas igemonias*. Ad rem redeo, quô tu ad mentem redeas, vel demens ridearis. Neuè te pudeat à Tyrone doceri, onus ſubit Latinorũ Choriphæus explicandi Ariſtot. inſtitutum. Audi te longè præſtantiorem è ſuggeſtu docentem. *Hic diſtinguit modos qualitatis, & circa hoc duo facit, primò ponit quatuor modos qualitatis, ſecundò reducit eos ad duos, ibi, ferè autèm ſecundùm duos modos &c.* cuius particulæ in explicatione hæc habet. *Reducit quatuor poſitos modos ad duos dicens, quòd quale dicitur aliquid ferè ſecundùm duos modos, in quantùm alij duo de quatuor reducuntur ad alios duos. Horum autèm principaliſſimum eſt primus modus, ſecundùm quem differentia ſubſtantiæ dicitur qualitas, quià per eum aliquid ſignificatur informatum, & qualificatum.* Vltrò procedit Græcorum Anteſignanus Alexander tui miſertus, teq; monet, quod Ariſtoteles, *Deindè ad qualis partitionem tranſit, vtpotè quod multifariàm dicatur. Et quale vno modo ſubſtantiæ differentiam dici ait. Rogato enim quale animal homo ſit, aliquod diſcrimen ex ijs, quæ ipſi adſunt, reſpõ-*

5. Met. — *in Dedit. Disl. Mulc.* — *D. Th. c.l. cit.* — *com.l.c.*

demus ceu differentia non in quid, ſed in quale prædicetur, licèt non ſimiliter, atq; qualitas. Nam differentia ſubſtantiæ, qualitas ſubſtantialis eſſe videtur. Tandèm in explanatione illius particulæ. *Sed prædictos qualitatis intellectus exponens, ait, (quale igitur modis ferè dici duobus poteſt. Et horum vno præcipuè maximè) in quo ſcilicèt ſubſtantię ſunt differentiæ: hanc enim primam qualitatem eſſe ait. Nam cùm cæteris generibus ſubſtantia prior ſit, efficitur, vt quæ ſubſtantiæ per ſe adſunt, priora reliquis habeãtur, huiuſmodi autẽ ſunt differentiæ, quas item qualitates eſſe ait.* Satin percepiſti primam qualitatem ſignificare primũ qualis modum: non qualitates elementares, & ex Aphrodiſæo, cur prima dicatur? Hinc reuelata impoſtura, monebat Leguleius. nequa in poſterùm tibi haberetur fides per regulam Iuris, *Semel malus, ſemper præſumitur malus.* Atneq; nuperam diluebat ſuſpicionem ambitioſa tua pollicitatio.

Elp. Sed præter allatas ex Ariſtotele ſententias calorem in Elementis, & in miſtis corporibus eſſe ſubſtantiam conſtituente, hanc legere poteras euidentiſſimam qua ſcribit.

Tyr. Expecto hanc *euidentiſſimam*, illi ſubſcripturus, ni tamèn eiuſdem fuerit cum ſuperioribus farinæ.

2. de A. t. 47. *Elp. Eſt autem eſſe aliud alimento, & augumentatiuo. ſecundum enim quod quãtum quoddam eſt, augumentatiuum eſt. Secundum autem quod hoc aliquid, & ſubſtantia, alimentũ: conſeruat enim ſubſtantiam, & eouſq; eſt, quouſq; alitur.*

In Rhet. *Tyr.* Stupebam ego, & hærebam, dum Cicero interrogaret, an hæc eſſet illa *Enargia* Græcorum, quam nos perſpicuitatem, atq; euidentiam nominamus? Noui tandèm extra *chorum te ſaltaſſe*: nam tu probaturus calorem eſſe ſubſtantiam, ſubſtituiſti calori alimentum, quod teſtaris illicò poſt adductam auctoritatem, mirabili verborum compendio, tibiq; non inſueto.

Elp. Vnde conſtat alimentum alere, prout eſt ſubſtantia, ſeu

ratione

ratione ſuæ ſubſtantiæ, proindeq; conſtitui alimentum per ſui ſubſtantiam.

Tyr. Illæſum verò dùm me ſubtraho à pugna, monitum te velim, vt caueas in poſterùm, ne Satyromaſtix ille ſubolfaciat, quæ in fine contextus; parùm enim commodabunt *Ferijs* tuis *Animæ Altricis*. Bis illuſos, tertiò iam deludere tentas, inq; tui admirationem attrahere vētoſo paradoxo.

Elp. *Alimentum in eſſe alimenti conſtitui per quatuor primas qualitates.*

Tyr. Sat eſſet ad tuam doctrinam peſſundandam, poſtrema, quin contigua recitare tua verba, quod tamèn faciam in poſterùm. Noſtrum namq; inſtitutum eſt modò examinare, quæ tu perperàm ex Ariſtot. adducis. Profer igitùr incunctantèr teſtimonium. 2. de A. t. 28.

Elp. *Adhuc autem alimenti ſenſum habeāt; tactus enim alimenti ſenſus: ſiccis enim, & humidis, & calidis, & frigidis aluntur omnia viuentia: horum autèm ſenſus tactus; aliorū autem ſenſibilium ſecundùm accidens: nihil enim ad alimentum confert ſonus, neq; color, neq; odor; ſapor autèm vnum quoddam eſt tangibilium. Fames autèm, & ſitis concupiſcentia eſt: & fames quidem calidi, & ſicci, ſitis autem frigidi, & humidi: ſapor verò vt condimentum quoddam.*

Tyr. Ne per ſomnium quidèm Ariſtoteles in verbis à te productis decernit, conuincit, & vt vno verbo dicam intendit, *Alimentum in eſſe Alimenti conſtitui per primas qualitates*, prout cuiq;, vel modicè verſato in lectione Auctoris patere arbitror. Propriæ imminent caſtigationes tuis fallacijs, quibus diſtorquere mentem auctoris, nobis fucū facere, fidemq; tibi (ſi qua tamèn ſupereſt) derogare niteris; tibi inquàm, qui *euidentiſſimam* ſubhaſtabas *ſententiam, Pœna tamen fide*, vt docuit euentus. Nec eſt quòd diutiùs hìc immorer, quùm Ariſt. verba nullam admittant dubitationem, qui *ſiccis, humidis, calidis, & frigidis ali omnia viuentia* aſſerit, famemq; *eſſe concupiſcentiam calidi, & ſicci*, non ſecusàc *ſitim frigidi, & humidi*: quùm tamèn

ſi quid

ſi quid pro re tua, enunciare debuiſſet, nutriri nos calore, frigore, ſiccitate, & humore, famemq; eſſe caloris, & ſiccitatis appetentiam, ſitim verò humiditatis, & frigiditatis. Quamquàm verò concreta hoc loco poſuerit, vt compoſitam ſubſtantiam, eamq; ſenſibus expoſitam per conſocias qualitates indicaret, quod erronibus omnem aberrandi auerruncabat occaſionem, tu ſolus poſt tot ſæcula concretum non diſtinxiſti ab abſtracto, & quod peiùs, Ariſtoteli impoſuiſti, quin tuam inſcitiam prodidiſti, fidemq; omnem apud Eruditos in poſterùm perdidiſti, qui extorquere à tanto Philoſopho rem vaniſſimam, atq; à veritate alienam te poſse credebas, nempè quòd

Alimentum in eſſe alimenti conſtituatur per primas qualitates.

Pergis technas confingere nouas, vt tuo ſemiſopito *calori* dignitatem excites.

Plu. *Sed metuo, ne idem cantent, quod priores.*

Elp. Deniq; vero miſti forma ſubſtantialis nihil eſt aliud, quam temperamentum.

Tyr. Hoc pernegant Elegantiores Naturæ Sectatores, recuſat Ariſtot., qui miſtionis formam conſtituit *vnionem* in calce 1. de G. C. Nec alia forsàn fuit quondàm tuo Therſiti mens. *Sic etiam vnio, & coexiſtentia Elementorum, quam vocamus miſtionem, eſt nexus ſubſtantialis, vnde miſtum pullulat, quod eſt de genere ſubſtantiæ.* Quid tu blateras?

1. de G. C. — *3. de Vita c. 10.*

t. 86. *Elp. Vt aperte docuit Ariſt. inquiens. Quoniam autem &c.*

Tyr. Siccinè rem adhuc in Scholis obſcuram probas ex Ariſtot. diſputante contra Antiquiores? tunc præcipuè, quùm de miſtione nihil ex propria mente decreuerat, vel ipſo fatente in fine contextus eiuſdē data opera à te detruncati.

Ar. l. c. *Aut igitur non erit miſtio, aut dicendum hoc, quomodò contingit fieri rursùs.* Verùm animi gratia Philoſophi mentem, & verba penſitemus. Examinabat ille, vt ſui moris

eſt,

eſt, Antiquorum opinionem, miſtionem fieri credentium per iuxta poſitionem, vel compoſitionem corporum. Hæc modo redarguit, dicens, plurimum diſtare compoſitionẽ, & miſtionem: quamquàm etenim fiat huiuſmodi compoſitio per minima, & atomos, compoſitio attamèn erit, *& non temperamentum, nec miſtio, neq; habebit eandem rationem cum toto pars.* Diſtinguit, vt audis, *Temperamentum à miſtione*, adeòut ſi nullus extaret alius in Philoſophia Ariſtotelis locus, qui pro Miſti forma pugnaret, & Temperamentum ab hac dignitate deijceret, ſat eſſet is, quem tu improuidus recitas. Temperamentum verò, quæ forma ſit, quàm formam agnoſcat miſtio, quemue locum obtineat illud *habere eandem rationem cum toto partem*, ſuo loco audies inuitus. Tunc ſubridens Plautus. *in Meneb.*

Inſanit hic quidèm, qui ipſe maledicit ſibi,
Nummum vnum en à me accipe
Iube te piari de mea pecunia.
Potin vt moleſtùs neſis? —— *Epid.*

Adducis in patrocinium tui *caloris*. definitionem Putredinis à Philoſopho traditam 4. Meteor., nempè.

Elp. *Eſſe corruptio eius quæ in vnoquoq; humido proprie, & ſecundum naturam caliditatis, & propter hoc ſicciora fieri, quæ putreſcunt omnia, & tandem terra, & fimus: exeunte enim proprio calido, euaporat, quod ſecundum naturam humidum.*

Tyr. Caue Priſcianum, ſed diſcaue ab Ariſtotele, qui fuſte adiget te, vt locum reſtituas, quem tu vitiaſti mutilans, atq; peſsũdans vniuerſam texturam, quin & ſenſum orationis confundens, ex voce illa *proprie*. Etenim neq; corruptioni, neq; humido debetur aduerbium, menſq; Philoſopho ea eſt, vt putredinem dicat ſua lingua corruptionem οἰκείας, *domeſticæ* ſcilicet, vel *propriæ* caliditatis, quod aliàs obſeruauimus. Sed hæc obitèr: redeamus ad penſum. *In Ph. Lac. An. c.* *Pla. epid.*

Nihil moror vetera, & volgata verba
Mihi iſtic, nec ſcritur, nec metitur.

Quid

Quid ego iam, niſi te commentum nimis aſtutè intelligo? Cur inquam non proximam produxiſti generationem mixti? vbi ſua quinetiàm non denegauit munera calori. 4. Mete. An quia ibi partitur ius Ariſtot.? *Generant autèm calidum, & frigidum dominantia materiæ?* At in putrefactione ſuas quinetiàm ſeruãt partes, quandò hęc *cõmunis ſit paſſio, vt frigiditatis propriæ, & caliditatis alienæ.* At illud meminiſſe par erat, generationem miſti, & putrefactionem, primas eſſe operationes earundem virtutum, quas propoſuit in libri exordio. Quùm verò hæ puræ, putæq; ſint qualitates, etſi formarum Elementarium organa, quandoq; verò, & ſimulachra, vt audiſti ſuperius, quid effutis? quamue formam ſubſtantialem tibi confingis? Verùm quùm penitùs decideris ab hac Scæna, cur eſt, vt denuò acta agas? An vt tuis centonibus oneres Lectorem?

Plin. in Aſin. *Vetus eſt, nihili ciaxatio.*

Quæ perperàm inſeruit Aduerſarius.

TEmpeſtiuum iàm eſt tua ventilare; tua inquàm captioſa plerùmq;, atq; vana, ſemper verò à Pręceptoris mente perquàm aliena. Habes pag. 18.

Elp. *Quia primo ſcribit Elementorum conſtitutrices differentias, adeoq; formas eorum ſubſtantiales eſſe calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, inquiens.*

Tyr. Mercaris igitur hæc ab Ariſtot.: tuam experiamur & fidem, & ſolertiam.

Elp. *Paſſiones enim, per quas hoc dicimus contingere, differentiæ Elementorum ſunt &c.*

Tyr. Cur inſeruiſti poſteà mala fide *Cõſtitutrices*, vitiaſq; Ariſtot. contextũ? an tibi idẽ eſt eſſe differẽtiam, & Differentiã Conſtitutricem? Bipes eſt hominis differentia, at hominem non conſtituit. Quin neq; propria eius paſſio, quæ differentiæ maximè propriæ naturam æmulari videtur, quùm

à pro-

à propria forma immediatè emanet, eamq; Præceptor quandòq; admittat in definitionibus, nunquàm tamèn hominis conſtitutiua differentia dicetur, e. g. riſibilitas, niſi ab eo, qui rationi penitùs renuncians, ridiculum ſe deriſorem cunctis ſe exponit irridendum, atq; ſubſannandum. Inſupèr dic nobis, quæ tua eſt illatio à differentia ad formam ſubſtantialem? Noui placuiſſe nonnullis à differentia vltima conſtitutrice, quæ vnica eſt, progredi licere ad formam; idem enim, inquiunt, eſt principium diſtinctionis, & conſtitutionis. At ignoratur, vt audiſti, vltima differentia in Elementis, quin & forma innominata eſt, præ ſui ignobilitate. Quapropter differentiarum ſyndrome vtitur Ocellus, quem ſequitur Ariſtoteles, quò ſuppleant, vt aliàs dicebam, eius differentiæ defectum, per quam in eſſe conſtituitur Elementum. Malè igitur infers à Differentia ad formam, peiùs à Differentijs, quæ circumſcribunt, non conſtituunt, ad formam ſubſtantialem, peſſimè verò nobiſcum agis, dum Ariſtotelem iactas Patronum tuæ impoſturæ.

Debebas pag. 19. cautiùs te gerere, quò tuum extolleres calorem nullo contradicente. Tamquàm illud conficias ratiocinium. Qualitates primæ, inter quas eſt calor, ſunt principia, & cauſæ Elementorum, ſed principia, & cauſæ ſubſtantiarum ſunt ſubſtantiæ, igitur qualitates primæ, inter quas eſt calor, ſunt ſubſtantiæ. Maiorem probabas ex locc. Ariſt. in 4. Meteo., & 2. de P. A., quos tamèn contextus abundè ſuperiùs explicauimus. Minorem verò fulciebas ex Philoſopho dicente. *Quomodò igitur ex non ſubſtantia, ſubſtantia vtiq; erit?* At ego percunctantem hìc obſeruo Præceptorem, tibiq; aduerſiſſimum; tamquàm ſic ratiocinetur. Ex non ſubſtantia non fit ſubſtantia, qualitas eſt non ſubſtantia, igitur ex qualitate non fit ſubſtantia. Satiùs proindè tibi erat ab inſtituto deſiſtere, quàm *excitare Crabrones* in tui perniciem.

1. Phyſ. t. 52.

His peractis, ventilemus, quę habes pag. 20. ad locum

S Ariſt.

c. 4. Ariſt. de Senſ., & Senſili, quòd pollicebar tunc, quùm tibi contradicentem oſtendi Ariſtotelem. Contendis verò dignitatem augere tuo calori, vel à nobis extorquere obſequium.

Elp. Id quo primò ignis agit, ac terra eſt forma ſubſtantialis ignis, & terræ. & vtriuſq, primus actus, adeoq; ſubſtantia, ſed tale quid eſt calor in igne, ac ſiccitas in terra decretis Ariſt.

Tyr. Veram feciſti Legulei admonitionem, nam malus eſſe perſeueras in eodem mali genere. Vt nobis imponas, rursùs Ariſtot. contextũ vitias. Indica nobis illud *tale quid* decretum ab Ariſt. in ſequenti ſententia. *Sed proprium ignis calidum eſt, terræ verò ſiccum, ſicut dictum eſt in ijs, quæ de Elementis. Quà igitur ignis, & quà terra nihil natum eſt agere, vel pati, nec aliud quicquàm; quà autem ineſt contrarietas in eis, hæc omnia agunt, & patiuntur.* Vnde expiſcaris tu *formam ſubſtantialem, actum primum, adeoq; ſubſtantiam?* Sunt ne hæc illud tuum *tale quid*, quod tribuere igni contendis? an dixit Ariſtot. ignem primò agere per calorem, & terram per ſiccitatem? Quòd ſi excidit particula hæc à noſtris exemplaribus, benè ſit tibi, qui emendatiora, & vberiora nactus es; noſtrum ſiquidèm agere ignem quà calidus eſt, vix inſinuat, non explicans, an primò, an proximè illud abſoluat. At repudiat tuum gloſſema Ariſtoteles, tamquàm omnem deneget penitùs actionem ſubſtantiæ compoſitæ, quùm tamèn ipſe patulò olim ore aſſeuerauerit, *actiones eſſe ſuppoſitorum*, non ſecusàc animatorum operationes, non animæ, verùm coniuncti

1. de An. t. 65. eſſe fateatur. *Cogitare autèm, & amare, aut odiſſe, non ſunt illius paſſiones, ſed huius habentis illud, ſecundùm quòd illud habet. Quarè & hoc corrupto, neq; meminit, neq; amat, non enim illius erant, ſed cõmunis, quod quidèm deſtructum eſt.* Non tanti fuit Ariſt. exponere certiſſimæ contradictioni illaudabili hac fuga, quanti repugnantem illum ſtatuere euidentiæ. Quis eſt neſcius Subſtantiam compoſitam

imme-

immediatum eſſe ſubiectum accidenrium? Quis adeò hebes, qui per ocium non obſeruarit, illud ſatagere alterum actiuorum, vt inſidentem expellat aduerſarium, quò ipſe potiatur pleniſſimè ſubiecto? Patitur interim compoſitum, quùm per motum introducatur forma ventura, eijciaturq; antiqua. Quòd ſi hæc certa, vti certiſſima ſunt, quî poterit terra, quà terra (quùm reduplicatiua per te ſignificet compoſitū) non affici, neq; paſſioni eſſe obnoxia? ſi quotidie experimur à calore, vel frigore nos affici, quin & deſtrui, vt incombuſtis, & ambuſtis. Vel igitur Ariſtoteles repugnat euidentiæ, qui neget ſubſtantiam compoſitam agere, & pati, vel tua explicatio vana eſt, atq; erronea, quod omnibus arridet, vel nemine diſcrepante. At verò qui tanti Philoſophi familiaritate vtuntur, decernunt te perperàm fuiſſe aſſequutum eius mentem, improbèq; ratiocinari ab actione ad formam, quùm tamen Ariſtot. à contrarietate ad actiones progrediatur. Sic enim ratiocinari debuiſſes. Per illud formaliter conſtituitur agens, vt tale, per quod habet vt agat, ſed per contrarietatem habet agens vt agat, igitur per contrarietatem formalitèr cōſtituitur agens. Attexe modò tua commenta in Ariſt.

Elp. *Nimirum quum ignis eſſentia ex materia, & forma conſtituatur, proinde ignis quà ignis eſt, & ſecundum formam, & ſecundum materiam ſpectari poteſt.*

Tyr. Fiat dummodò abſtrahentium non ſit mendacium.

Elp. *Quum igitur ignis ratione materiæ non agat, quod ea ſit principium mere paſſiuum, at agat ſolum ratione formæ.*

Tyr. En tibi fallaciam. Actiones ſunt coniuncti, non componentium. *Ad patiendum ſufficiens eſt vnum*, inquit Ariſt. loc. abſte citato, quamquàm ex more vities litteram, imponens Auctori *principium mere paſſiuum*. Verùm nil ad rem. Nam vbi indagaret numerum principiorum rerum naturalium ex Antiquorum placitis, contraria eſſe oportere colligebat, ijſq; ſubijciendam aliquam naturam; *1. Phyſ. t. 56.*

quæ cum duplex ab aliquibus conſtitueretur, vnicum ſat eſſe modò prædicat, quoniam *ad patiendum ſufficiens eſt vnum.* Iàm vides Ariſt. loqui de materia reſpectu rei generandæ, nos autem ſumus in re genita, quod plurimùm intereſt. Nam vt notabat Auerroes. *Actio agentis non pendet à ſubiecto ſine forma, neq; à forma ſine ſubiecto.* Quòd ſi ex materia, & forma vnum conſtituitur, à quo emanant operationes, certo certiùs erit, nullum componentium excludi ab ijs muneribus patrandis: præcipuè verò, quùm non conſtet apud omnes, an tribuenda ſit materiæ euidens aliqua actio in compoſito, & nobiles Philoſophi fateantur, rubiginem in ferro, æruginem in ære, metallorum materiæ ſe ferre acceptam. Iàm igitùr vides, quòd *neq; materiæ denegatur, quandòq; actio*, quòd non ſit *principium merè paſſiuum,* niſi tunc, quùm conſideratur quà materia, & actionem non attribui *formæ,* verùm compoſito ex materia, & forma ſubſtantiali.

7. Metap.

Elp. Similiter vt aliam partem allati loci difficiliorem de Terra, & de paſſione dilucidemus.

Tyr. Quid *recoquis Crambrem?* & eodem *in cœno diutiùs volutaris?* lucidiſſima eſt Ariſtotelis ſententia, ſi fumoſam abieceris facem, qua lucem arces, dum *dilucidare* contendis. Totus in hoc erat Ariſt., vt ſapores in terra naſcentium fieri credat, & probet, vbi humidum affectum fuerit à ſicco, eoq; terreo præcipuè: quamquàm & ſiccitas ignis aliquid & ipſa conferat, non eſt tamèn cur ſibi vlteriùs velit, quoniam ignis magis eſt per calorem, vt terra per ſiccitatẽ. Neque prima hæc corpora, quà talia, illud operari exiſtimes, admonet *quà ignis, & quà terra,* nihil natum eſſe agere, vel pati, nec aliud quicquàm, hoc verò illis datum ratione contrarietatis, cui omnis debetur actio, & paſſio. Reaſſumit tandèm, quod propoſuerat, docetq; modum, quò generantur ſapores: ex ea nempè humidi affectione, quam intulit ſiccum terreum: quod appoſitiſſimo exemplo confirmat, & euidentiſſimo experimento

rem

rem vniuerſam decernit, *Cæcus non luſcioſus eſt*, qui adhùc hæret, tantaq; in luce caligat.

—— ego hanc vitulam, ne forte recuſes Virg.Buc.
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fætus
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.

Quod neq; Ariſtot. mentem, neq; tuam aſſequeris. Alterum cuiq; conſtat ex producta contextus paraphraſi, alterum videbimus modò. Illud tibi propoſueras, elicere ex productis Philoſophi verbis, quod calidũ ſit ignis forma. Niteb aris verò id aſſequi ex conditione agentis principij. Malè ceſſit; dic modò quid comminiſcaris?

Elp. Vt aliam partem allati loci difficiliorem de Terra, & paſſione dilucidemus.

Tyr. Benè ſit *tuis dilucidationibus*; diuitias, quas non habes, polliceris. Putaſne diſiunctìm protuliſſe Ariſt. illud *agunt, & patiuntur*, itaut terræ debeatur ſola paſſio, igni verò actio? & quod per ſiccitatem, quæ à te forma terræ ſubſtantialis dicitur, patiatur tantùm terra, non agat, ignis contra per calorem agat, & non patiatur? de quo nos tuo progreſſu certiores reddis. Si hoc credis, malè credis; nam vnicuiq; horum per contrarietatem contigit vt agat, & patiatur: neq; ſi præpolleat actiua vis, hinc fit, vt ocioſus aduerſarius manus det, quin reluctatur, atq; reagit; ex quò illud vulgatum in Scholis defluxit, *Agens in agendo repati*. Nunquàm verò abſolutè orbauit Ariſtotelis qualitates primas agendi vi, quin euidentiſſimè in hoc totus modò eſt, vt probet actionem ſiccitatis in humidum pro generatione ſaporum. Illud non negarim, quòd vbi qualitates primæ conferuntur, vel ad inuicèm, vel ad miſti generationem, aliæ dicuntur actiuæ, paſſiuæ aliæ: quod vel ijs, qui primis labellis deguſtarunt Phyſicam perquàm notiſſimũ eſt. Qùm igitur luce meridiana iàm clariùs conſtet, terram, non ſecusàc ignem, per contrarietatem illud aſſequutam, vt agat, & patiatur, quid tuta timens tu in ſenticoſa

diuertis,

diuertis, quò à Præceptore, atq; à temet diſſentias; ita vt ne vox quidem ſit, neq; particula in tanta farragine, quæ non mereatur ſpongia, non *obelo notari*, vt mox audies.

Elp. Quum eſſentia terræ conſtituatur ex materia, & forma, quæ ſiccitas eſt.

Tyr. Græcis, & Latinis paritèr aduerſaris. His quidèm, quòd alias à qualitatibus agnoſcant formas ſubſtãtiales Elementorum, illis verò, quod per ſolam ſiccitatem conſtituatur in eſſe terra; quùm tamèn in Græca Schola *frigiditas cum ſiccitate* ſit forma terræ. Neq; Ariſtoteles abſte inductus aliud ſentit, non *tex.* 20. vt malè notas in margine, neq; in duobus *ſeqq.*, verùm tex. 23. vbi habet. *Terra enim ſicci magis, quàm frigidi. Aqua autem frigidi magis, quàm humidi, Aer autem humidi magis, quam calidi, Ignis autem calidi magis, quam ſicci.* Hæc vero congruunt cum ijs, quæ alibi decreuerat, dum ex coniugationibus qualitatum, numerum Elementorum indagaret.

2. de G. C. t. 23. & ſeqq.

Elp. Adeoq; paſſiua qualitas Ariſtoteli.

In Prædic. c. de Qual.

Tyr. Non ſola ſiccitas, verùm & tres reliquæ primæ ſunt paſſiuæ qualitates Ariſtoteli, quamquàm frigiditatẽ, & calorem ſolas adducat pro exemplo in Prædicamentis. Non admittis me tuis effatis ſubſcribentem, quid ſi aduerſantem? Non concoquo illud tuum *Adeoq;*. Ad quod refers? à quoue infers? A ſiccitate forsàn, quà forma eſt? At coincidet cum materia: nuſquàm vero nos docuit, quòd viderim, Ariſtot. formam, & materiam coincidere, benè quidèm efficiens, finem, & formam *in vnam plerumq; venire*. Verùm totus in hoc eſt Ariſtot., vt probet ſiccitatis actionem in humidum, & fieri ſapores in terra ob ſiccitatis actionem in humidum ſibi contrarium. Quinimo ſic fauet ſiccitatis actioni, vt hanc maiorem fatentur in terra, quàm in igne. Audi loquentem. *Pati enim natum eſt humidũ, quemadmodum & alia à contrario, contrarium autem ſiccum,*

2. Phyſ.

de Sen. Sen.

ſiccum. Quarè & ab igne patitur quid, ſicca eſt enim ignis natura. Sed propriū ignis calidum eſt, terræ ſiccum. Quaproptèr ſiccitatem agnoſcit Philoſophus principium agendi ſimpliciter conſideratam, verùm ad alia relatam, præcipuè verò ad miſti conſtitutionem, paſſiuum quid, atq; materiam. Malè excitas tu has turbas, qui vt nobis imponas, argumentaris à ſimpliciter ad ſecundum quid; *Aſciam* proindè iuſſu Therſit-Vlyſſis *proprijs in cruribus* experire, quo ruat tantarum fallaciarum columen ridiculum. 2. Phyſ. t. 70. Dial. 3. p. 4.

Elp. Propterea terra qua terra eſt.

Tyr. Non ſum augur, abdita ſcire vt queam palàm. Eurip. in Hyppol.
Non aliam terræ hucuſq; noui originem, quàm ex propria materia, & forma. Enuclea, tu, qui *Nouis Inuentis in dies auges diſciplinas*, verum terræ Elementum, in quod vltimò reſoluitur, ſi quandò corrumpitur.

Elp. Et ſecundum materiam conſiderari valet, & ſecundum formam.

Tyr. Qui patientèr dudùm audierant *ignem quà ignem ſecundum materiam, & ſecundum formam ſpectari*, non tollerant tuam de terra conſiderationem, aſſerentes *quà terram*, formæ principium ſignificari ex mente Philoſophi. *Quod igitur primò dictum eſt, ſecundum quod ipſa forma eſt. Secundò verò tamquàm cuiuſq; materia, & primum cuiuſq; ſubiectum.* Hos dehortor, parent, parantq; ſe grauiori pugnæ.

Elp. Quum ergo terra ſecundum materiam nulla formæ ratione habita non patiatur.

Tyr. Non tàm inauditum eſt in Philoſophia materiam non pati, quàm materiam alicuius ſubſtantiæ conſiderari poſſe *nulla formæ ratione habita*. Audiſtin *Ampliùs eorum, quæ ad aliquid materia eſt, ad aliam enim formā alia materia eſt.* 2. Phyſ. Noſtin materiam eſſe alicuius formæ materiam? viceq; uerſa formam alicuius materiæ formam? Quî igitur vnam conſiderabis, altera non animaduerſa? Accedit, quòd materia

teria terræ talis eſt ex formæ opificio: vel igitur non materia terræ, vel formæ illud debet. Fœlix tibi contigit Cogitatiua, quæ iungit diſſita, & ſeparat à rebus, quod illis eſt eſſentiale, ac proindè inſeparabile.

Elp. Tum quod omnis paſſio à contrario eſt.

1. de G. C. t. 56. *Tyr.* Laudo tuam ſolertiam, qui nouam rem in Peripato communis non vnico propugnaculo. Exploremus primum. *Omnis paſſio eſt à contrario*. Pernegaſſem ego hanc propoſitionem, quæ ſua vniuerſali particula vniuerſam peſſundat Philoſophiam, dum verò ſignificares in margine hanc eſſe Ariſtotelis, & moneret neſcioquis

At mortalium quiſquis malus
Nil poſſit aliud eſſe, quam ſemper malus.

adiui Præceptorem, eumq; audiui ſecùs differentem. *Sed quoniàm non quodcunq; natum eſt pati, & facere, ſed quæcunq;, aut cõtraria ſunt, aut contrarietatẽ habent.* Hæc verò quantùm conſonant ijs, quæ ponderauimus ſuperiùs ad locũ de Senſ. & Senſ., tantũ diſſonant à tuis, quin ab ipſo Ariſt., & à veritate. Elice ſic me docente propoſitionem. *Quæcunq;, aut contraria ſunt, aut contrarietatem habent, hæc nata ſunt pati, & facere.* Vel conuertas propoſitionem, quod parùm refert, dummodò illud *καὶ*, non diſiungat; vt ſi dicas. *Quæcunq; nata ſunt pati*, ſimulq; *facere, vel ſunt contraria, vel habent contrarietatem*. Attexe minorem. Sed materia terræ non eſt nata pati, ſimulq; facere, ergo materia terræ non eſt contrarium, vel habens contrarietatem. Vide quàm declinaris ab inſtituto, nè replicem ab Ariſtotelis mente, & à veritate, quod euidentiſſimum. *Frugi vſq; frugi*. Verùm neq; te delirare vlteriùs patiar (abſit à dicto contumelia, nempè à *lira aberrare*) qui paſſionis nomen confundas, & in æquiuoco hucuſq; labores. Et vt hinc exordiar. Patiendi potentia Ariſtoteli eſt, quæ in ipſo patiente principium mutationis paſſiuæ ab

9. Met. 1. alio, prout aliud eſt. *Propterea enim, quod habet aliquod principium, & quod materia aliquod principium eſt, patitur quod*

quod patitur, & aliud ab alio. Hinc eſt, quod totiès repe-
tat, atq; inculcet Ariſtot. *Materia eſt pati, & moueri* —— 2. de G.
ad patiendum ſufficiens eſt vnum. Alibi verò. *Materia ſe-* C. t.53. 1. Phyſ.
cundùm quod materia paſſiuum. Hæret verò, atq; iungitur 1. de G.
paſſio materiæ, vt abſq; eius commercio, nec actiua queant C. t.55.
naturalitèr repati. En tibi Præceptorem monentem. *Quæ-* t.54.
cunq; igitur actiuorum non in materia habent formam, hæc
quidem impaſſibilia ſunt, quæcunq; autem in materia paſſibi-
lia. Si autem eſſet aliqua ſeparata caliditas, hæc nihil vtiq;
pateretur. Per ſe igitur materia patitur, & huius partici-
patione ſola, reliqua patiuntur. At reſpicit materia id quod
patiendi complet potentiam, tanquàm aliud à ſe (à ſimili
namq; oritur paſſio nonniſi per accidens, & quatenùs aliud
eſt) quapropter quæcumq; ex materiæ participatione
agentis motui exponuntur, illud reſpiciunt, excipiuntq;,
quatenùs aliud ab ipſis eſt, atq; diuerſum. Pondero inſu- 2. de A.
pèr pati, atq; paſſionem non eſſe vniuſmodi, quod animad- t.57.
uertebat olim Præceptor. *Non eſt autèm ſimplicitèr, neq;*
ipſum pati, ſed aliud quidèm corruptio quædam à contrario,
aliud autèm ſalus magis eius, quod eſt potentia, ab eo quod eſt
actu. Elicio ex dictis primò, & per ſe conuenire, materiæ
ipſum pati, contrarijs verò actiuis, & paſſiuis, nonniſi ra-
tione materię. Prætereà vtrunq; paſſionis genus conue-
nire in hoc, quod reſpiciat faciens, tanquàm aliud à ſe, dif-
ferre verò, quoniam materia illud habet per ſe, quùm ſit
principium intimum tranſmutationis paſsiuæ, forma verò
nonniſi ratione materiæ, & cum materia. Ampliùs, quòd
materia, dum patitur perficitur ex adueniente actu, alterũ
verò contrariorum ex aduerſarij præſentia deſtruitur, atq;
deſinit eſſe. Magnus tandèm Albertus tuas ſic eliminabat in 3. Metap. tr.3.
fallacias. *Materia paſſibilitatem habet à ſe ipſa, ſi paſſibili-* c.10.
tas dicitur receptibilitas formæ: ſi autem paſſio eſt à contrario
tunc paſſibilitatem habet à contrariorum ſuſceptibilitate, & à
contrarijs ſuſceptis, & ſecundùm actum agentibus. Quid tu?
forsàn illud cum Nerone?

Sen. in oct. FORTVNA noſtra cuncta permittis mihi.

Elp. *Materiæ verò terræ nihil omnino contrarium ſit.*

Tyr. Iam te docui, quæcunq; & pati, & agere *ſimul*, non tempore, ſed natura, nata ſunt, habere contrarietatem, vel eſſe contraria, quòd ad mutuam actionem primò, & per ſe requiritur; pati verò hæc per aliud, ex materiæ nempè commercio, cui vniuerſa debetur ratio patiendi, quod Ariſtoteles vbiq; monet. Non denegari tamen materiæ aliquod contrarietatis ſpecimen, prout reſpicit faciens, quatenùs aliud eſt ab ſe, necnon poteſtas actum, & perficiendũ ſuum perfectiuum. Continere verò ſe intra cancellos talis oppoſitionis dicimus materiã, quando in prima ſui notione eam penitùs excludat actionẽ, quę debetur verè contrarijs. Vt vides igitùr contrarietas, neq; neceſſaria eſt paſſioni, neq; materia penitùs, & omninò orbatur contrarietate.

loc. cit.

Elp. *Tum quod materia non patitur, niſi diſpoſita ſit ad ſubeundam formam, quam agens indere ſibi geſtit.*

Tyr. Erit igitur diſpoſita priùs quàm diſponatur: ſic abſq; puluere, & ſudore canet Agens cæſarianum illud *Veni, Vidi, Vici*. Proh bellam, ac raram eruditionem. Aduolabunt formæ ad agentis nutum, excludentur antiquæ, ſpoliabitur materia, quæ tamèn nuda, & algens implorat tuam pietatem, quin obteſtatur, ſperatq; futurum, quòd tu nouus Legiſlator, & qui dudùm ab onere leuaſti Agens introducendi diſpoſitiones, haud in poſterùm in illam iniquus, breui alicui aſſignaturus ſis hanc prouinciã, ne tuo deſtituta patrocinio, quæ *turpis, & fœmina*, publico exponatur tãdèm ludibrio. At neq; tuo delinitus officio Agens, execratur perridiculum illud tuum *quam agens indere ſibi geſtit*. Haud enim tui exemplo *Aſciam proprijs cruribus illidet*.

Elp. *Materia verò terræ, vt quæ prima eſt.*

Tyr. Seriò ne hæc dicis, an exercitationis cauſa? *Iam tuam video ſenectam mentis indigam*. Si *materia terræ*, non ergo prima; *Si prima*, non proxima terræ. Vin temet producare tibi ius dicentem, vt hoc pacto ſaltèm *Ligurino Momo* ſatiſ-

Cic. ad Att. lib. 5.

ſatisfaciam. *Præterea debueras ex eodem Magiſtro nouiſſe* *pag.90.*
nihil proximè fieri poſſe ex materia communi, ſed actus, formaſq; omnes fieri in propria vniuſcuiuſq; materia, & patiente diſpoſito ſolummodo; cuiuſmodi non eſt materia prima, ſed ſolum ſecunda. Medius teneris, quamquàm *ab Aſino delapſus*: Rem excuſabat Athenæus, *nam falſæ opiniones* *lib.10.*
accidunt temulentis.

Elp. Materia verò terræ, vt quæ prima eſt, nullam omnino diſpoſitionem habens particularem ad vllam formam, ab vllo agente pati non poteſt.

Tyr. Non poterit *quicquid in tota bibitur Antycira* te ſaluti reſtituere. Tua equidèm conſequitur principia monſtroſa hæc concluſio. *Materia prima ab vllo agente pati non poteſt*, at Proceribus Philoſophis quibuſq; aduerſantur, & principia, & illatio: immò, quod neq; inſuetum, tibimet eſt aduerſiſſimum. Adeòn obliuioſus es, qui non memineris, te quandoq; tradidiſſe, quod *materia eſt pura* *in Theſ.*
potentia, & paulò poſt, *Nāq; materia eſt actu potentia pura.* *c.10.*
Iàm vero audiſti potentiam materiæ eſſe paſſiuam: & ab Alexandro, *patiens quidèm eſt, quod aliquid potentia eſt.* *in Q. N.*
Igitur materia prima pati poteſt, & non pati poteſt. Fœlix tua Schola, in qua contradictoria ſimul, & ſemèl de vno verificantur. Verùm licèt dehortetur me Diogenes, inculcans,

Mortuo mederi, & ſenem admonere idem eſſe.

ab incæpto non deſiſtam; non equidèm vt fiam Senis Doctor, verùm vt retegam falſa docentem. Egrè tulit Ioan. Grammaticus, te ſubieciſſe immediatè materiam primam formæ terræ, qui pridèm te monuerat. *Atq; ipſorum Ele-* *1.Phyſ.*
mentorum, & abſolutè rerum omnium eſt ſubiectum, quod *t.60.*
trino interuallo dimenſum eſt, hoc eſt corpus qualitatis expers, in quo immutabili manente, vt in corpore, mutationes fiunt, ſubſtantialibus qualitatibus circa ipſum agentibus, & patientibus. Symbolum contulit & Simplicius. *Prima* *In Præd.*
enim materia (vt ſæpè proditum eſt) cum incorporea, infor- *Otiis.*

mis, inſiguratáq; fit, priùs in molem elata, qualitatem conſequitur. ac tres dimenſiones capit, fitq; ſimplici præditum diſtantia, quod ſecundum ſubiectum Ariſt. nominatur. Huic poſtea aduenientes qualitates formant Elementa, vt ex ſuperioribus liquet. Ex quibus vides quantùm à Græcis quinetiàm diſſentias, dum terræ proximum ſubiectum cenſes, atq; tradis eſſe materiam primam; ſupprimens ſubiectum illud ἄποιον, & *exquale*, cui primò, & per ſe, vt illi credunt, debetur receptio qualitatum Elementarium. Neq; te pleniorem huius rei notitiam ex eodem Auctore deſiderare fas erat, qui pridèm illum produxeras prolixa dua-
pag. 15. rum paginarum depoſitione talia teſtantem. *Primam materiam aiunt Philoſophi incorpoream eſſe propria ratione, figuraq; carentem, ac maximè, atq; ab omni qualitate abiunctam. —— Hæc igitur ſecundùm tres dimenſiones in molem exaucta, ſubiectum ſecundum, hoc eſt corpus exquale, ſeu qualitatis expers ex Ariſt. facit ſententia. Quandoquidèm enim per ſe ſubſiſtere qualitates, haud quaquàm valebant (nam ipſum eſſe qualitas omnis habet in corpore) corporis eguere, quod vt in ipſo exiſterent propria ratione qualitate vacaret: Huic igitur parte quadam ſicca, & calida accedens qualitas, ignem effecit.* Non eſt igitur materia prima, terræ
1. de G.C. t. 10. 4. Cæl. t. 37. materia Græcis. Verùm, neq; Præceptori loc. à te adducto pag. 21. *Hoc autem differt; nam in ſubiecto hoc quidèm eſt ſecundùm rationem, illud autèm ſecundùm materiã, quandò igitur in ijs fuerit tranſmutatio, generatio erit, aut corruptio.* At verò neq; ſupprimam diutiùs Ariſtot. conceptis verbis olim te docentem, quod quatuor ſtatuendæ ſunt materiæ Elementorum, præter communiſſimum illud
lib. . . . de Cælo. principium. *Quarè neceſſe eſt, & materias tot eſſe, quot hæc ſunt, quatuor ſcilicèt, ſic autem quatuor, vt vna quidèm omnium ſit communis, præſertim ſi ſint ex ſe inuicem, ſed eſſe alterum eſt.* Iàm percipis, vt arbitror, præter cõmuniſſimũ illud principium, quod reſpicit omne genus formarum, aſſignari quinetiàm cuiq; Elemento propriam, atq; peculiarem

liarem materiam, ex qua proximè, non abſq; propriæ formæ præſentia, conſtituatur vnumquodq; elementum. Verùm ſi diſputationi dedero, proximam elementorum materiam eſſe primam, quam dicunt, tuq; Pithagorica lege aſſentiri nos iubes, quid lucreris non video. Forsàn non patetur? At illud te magis, quàm nos angit. Non erit igitur proxima Elementorum materia: probatur conſequentia. Nam per illud pati, quod huic denegas materiæ vel intelligis affectionem illam, quæ à diſpoſitionibus fit in ipſa, vel actum poſtremum; & formam. Si primam, quùm *actus actiuorum* introduci nequeat ex Præceptore, *niſi in patiente, & diſpoſito*: igitur denegata cauſa hac ſine qua non, denegabitur quinetiàm futura actus introductio. Sin verò neges primam materiam pati, neq; recipere formã, iam igitur ex ea nil proximè conſtituetur: per te igitur materia prima erit materia proxima Elementorum, & non erit. Proh admirabilem *Depontanum*.

P.21. 2. de Anima.

Primam Materiam poſse recipere formas.

AGE' verò experiamur, quid valeat prima materia omni ſpoliata forma, & affectione, *non quòd actu, vel incorporea materia, vel corpus exquale aliquandò fuerit, ſed id dicimus rectum generandarum rerum ordinem contemplantes, diuidenteſq; hæc cogitatione, quæ natura ſeparari non poſſunt.* Quamquàm Theologi non ignobiles contendant, poſſe realiter per diuinam virtutẽ omni forma materiã ſpoliari. Vt vt ſit, peto, an hæc materia ſit conſiderationis Phyſicæ, necne? At perridiculũ eſſet rem non Phyſicam ex profeſsò tractare Ariſtotelem in Phyſicis; præterquamquod diſtinguunt Auctores notitiam materiæ; nam *vt materia eſt conſideratur in libb. Phyſ., vt ſubſtantia in Metaph.* Vlteriùs progreditur Magnus Albertus, dicens, quod *materia prima duplex, ſcilicet primò prima, quæ dicitur ſimpliciter prima,*

Amm. in Prad. Auerr. 7. Met. 2. de G. C. Alb. M. 7 Met. 2. Ph. tr. 1.

ma, de qua nihil habet dicere, neq; demonſtrare, neq; per ſignum, neq; per cauſam Phyſicus —— eſt etiam materia ſecundò prima, quæ eſt in genere prima dicta à Phyſicis, & hoc eſt primum ſubiectum rerum naturalium. His conſonant, quæ tradidit alibi Cordubenſis, *materiam conſiderari in reſpectu formæ, eſt conſideratio naturalis, ſed vt eſt vnum entium, pertinet ad Diuinum.* Hæc verò luculentèr proſequitur Ped. Pendaſius, ſat fælix, ſi memores, atq; morigeros nactus fuiſſet Auditores. *Sed hoc inter hanc, & illam conſiderationem intereſt, quia Naturalis de ipſis agit, vt trãſmutationem reſpiciunt, Metaphyſicus autèm eaſdem vniuerſaliùs contemplatur, vt cauſæ ſimplicitèr, atq; vt entis ſunt differentiæ.* Exors igitur erit per te primæ materiæ notio à conſideratione Phyſica; vt quæ, neq; transmutationi ſit obnoxia, neq ſit ſubiectum rerum naturalium, vel reſpectum habeat vllum ad formam ſubſtantialem, vtpotè impatibilis in ſua natura exiſtens. Vide quæsò in quot abſurda impingas. Materia igitùr non tantùm dicit reſpectum ad formam, verùm, vt cum Auerroe ſentiam, & loquar, *materiæ natura talis eſt, quòd eius quidditas, & forma, eſt recipere formam.* Quamquàm verò *materia prima ſit ſecundùm ſe ſubiectum informe, & receptibile omnium formarum, non poteſt fieri à ſe idonea ad recipiendam formam, ſed indiget cauſa effectiua. Huius poſſibilitas non eſt iudicium intellectuale tantùm, ſed iudicium de re extrà animam. Naturalitèr enim vult in ſe transmutare patiens, ita vt faciat illud ſibi ſimile in ſpecie, & forma.* Si ſtudia hæc iungas, & materiæ, & efficientis, qui fieri poterit, vt non ſubſequatur ambita actio? Nam cum *materia in ſe ipſa conſiderata, & intellecta ſit poteſtate omnia, actu verò nihil,* auet proindè, vt audiſti, formam, hincq; ſuam expectat perfectionem: quin alibi docebat Auerroes, *quod materia eſt ens in ſe ipſa, & in ſui natura propter formã, & perfectio eſſentiæ ſuæ eſt, vt recipiat formam, nam ſi forma non eſſet, nec materia eſſet. Etenim quùm in potentia eſt, in per-* fe-

2. Phyſ. — *In Text. Phyſ.* — *Auer 7. Meta.* — *3. de Cæl.* — *I. Gram. 2. de G.C.* — *Deſtr. D. diſ. 1.* — *Simpl. 1. de Cælo.* — *Auer. in Met.* — *Simpl. 1. Phyſ. t. 31* — *de Anima beat. c. 5.* — *9. Met. c. 16.* — *12. Met. c. 44.*

fectione non eſt, quùm autem actu, tunc eſt in ſpecie, & perfectione. Quùm verò *agens nil aliud agat, quam trahere illud, quod eſt in potentia ad actum*, renunciabit ne forsàn ſuo fauori tandèm materia, vel talem, tantumq; repudiabit promotorem? Neq; vult, neq; valet; neq; ſi velit, reluctari vnquàm valebit, vt quæ iàm ſe proſtituerit cuilibet agenti naturali. At verò quùm *agente naturali approximato paſſo, & non impedito, neceſſariò proueniat actio*, patie- 9. *Met. c.10.* tur proindè materia à quolibet naturali agente. Ecquis impediet actionem? Hiat materia, validum eſt agens, atq; proximum, quis mediat, arcetue, ne mutuos ruant, cupitoſq; in amplexus? Tu inquàm, qui neſcio quam contrarietatem nouo iure in materia tibi confingis, quùm tamèn ſat contrarium ſit agens patienti: neq; diffitebaris tu eadē in pagina *materiam eſſe principium mere paſſiuum*. Eſto tale principium, cur inquàm pati non poteſt? Reſpondes tu, *quod materia non patitur, niſi diſpoſita ſit ad ſubeundam formam, quam agens indere ſibi geſtit*. Putaſnè diſpoſitio- *Auer.9. Met. c.2.* nem eſſe originem paſſionis ſimpliciter, vel ſine qua non? Si primum toto Cælo aberras: nam materia per ſe, & quatenùs materia *eſt principium paſſionis, & cauſa propria qua patiens patitur*. Abicit proinde materia, quùm ſit paſſionis immediatum principium, concauſarum omnes ſuffragium, neutroq; modo paſſionem promouere potis eſt diſpoſitio, quinimò officit materiæ, coarctatq; eius pleniſſima iura. Audio te alibi differentem. *Materia prima* *de Spon. V. 6.* *omnibus nudata formis, tum accidentalibus, tum ſubſtantialibus, iam ab vllo agente Phyſico formam vllam acquirere, aut pati vlla ratione poſſet. Quippè actus actiuorum ex Ariſtot. decreto, non fiunt niſi in patiente diſpoſito*. Cur litteram *2. de An. t. 24.* vitias? habet Ariſtot. *Videtur enim in patiente, & diſpoſito actiuorum eſſe actus*. An tibi idem eſt patiens, & diſpoſitum? quin credis non eſſe patiens, niſi ſit diſpoſitū. At res contra ſe habet: tunc patitur materia, quùm diſponitur, tandèm verò diſpoſita, nullo conatu recipit formam, vel

2. de Sp. V. o. te fatente. *Materiam diſponere operoſius eſt, quàm diſpoſitæ, apparatiſſimæq; formã conciliare; nulla inexiſtente repugnantia, immò verò ſumma vigente propenſione in materia diſpoſita ad formam.* Dic quæsò, indiget ne materia diſpoſitione, vt diſponatur, an vt recipiat actũ diſponentis? eiuſq; qui vel primus, vel proximus? Ridiculus eris, ſi primum expetas; nam in tantùm res fit, in quantùm non eſt; 1. de Sp. v. o. Diſponi verò eſt fieri aliquid, tuq; non negaſti *diſpoſitionem eſſe principium generationis, quia inde generatio incipit.* Et in eadem tractatione dicebas. *Semper enim cuiq; generationi, & corruptioni praua materiæ diſpoſitio neceſſaria eſt.* Do tibi generationem, & corruptionem vſurpare te modò pro termino, ſuperiùs verò pro via, ad terminum, ne contradictionibus te inuolutum, denuo inuoluam. Diſpoſitio igitur alia in materia non requiritur, vt diſponatur, præter innatam ſuſceptibilitatem omnium formarũ, ſibiq; coæuam, quàm prima illa obtinuit materia, vnanimi Philoſophantium conſenſu. Hinc ſat diſpoſita, promptaq; ſe exponit cauſis diſponentibus, actumq; proximi efficientis excipit, atq; admittit, nil repugnans, nullius indiga, ad ſingula prona. At verò primi efficientis præſtantiorẽ actũ, nonniſi præuijs diſpoſitionibus honeſtata recipere meretur, præ ſui inopia, atq; ignobilitate. Iàm vides, quæ fuerit Ariſtot. mens, nempè vt actus primi agentis recipiatur in patiente, & diſpoſito, quùm tamèn proximo agenti non denegaturus ſit perfrui materiæ obſequio. Noſtra tandèm lædis, vel ludis, quin operam penitùs ludis, dùm habes.

pag. 11. *Elp. Tum quod materia non patitur, niſi diſpoſita ſit ad ſubeundam formam, quam agens indere ſibi geſtit.*

Tyr. Erat igitur agens in materia, neq; ocioſus parabat ſibi interim noua ſupellectilem? Malè ſit his, qui aduenam, atq; externum illum prædicabant, eiuſq; cenſum, necnon beneficentiam in exteros iactabant, quùm tamèn inops, De principijs p. 13. 14. atq; inhonorus, apud inopem cubet, ſibimet laceram prætextam

textam conſarciens. Reſpirat interim prima materia, & quò pleniſſimè tuas accuſationes eludat, fatetur ſe pronã, atq; propenſam ad omne formarum genus, nulliq; earum peculiari iure aſtrictam, hincq; ſibi lucrifacere commune, amicumq; commercium. Quin bona fide textatur Præceptor tuus Federicus Pendaſius primam omniũ materiam, quia prima, non aliundè, ſed ex ſe ipſa eſſe in omnium negatione, necnon in potentia, & in priuatione propria, & ad hoc genus ſolùm, non ad cæleſtia, nec ad artificialia per ſe deſt natam, ita vt ex tali priuatione ad nihil aliud, quàm ad aliquod huius generis fieri poſſit mutatio. Non negat tamen materiam peculiarem habere propenſionem ad recipiendas primas contrarietates, ſcilicèt formas omnium quatuor Elementorum. Quid ſi Cœlum, ab cuius lationibus gubernatur mundana plaga, vt placuit Naturæ Interpreti, nouos introducat actus in materiam primam? Obſtas tu inuidus. *Materia enim prima ex ſe indifferens ad omnes formas, quum diſpoſitionem ad nullam determinatè habeat, à Cælo, nec moueri, nec motu alia vlla forma poſſet inſigniri*. Dùmq; ſciſcitor Alexandri mentem, quem tu loc. cit. pro te producis in Quæſt. Naturalibus, ſuppreſſo tamen lib., & cap., deprehendo ego Eximium hunc Philoſophum ſecus pronunciaſſe de actione Cæli in materiam primam. Audi ipſum loquentem. *Materia enim ſui ratione qualitatibus carens, inſigurataq; exiſtens, à potentia, quæ à Diuinis corporibus fit, ſine actu corpus eſt, & fit, formaturq;, & figuratur, vt quod quidèm ipſius accedit ad diuinum corpus, & vicinum illi, plus diuina potentia participans, formetur calore, & ſiccitate, hæ enim ſunt primæ ab illis in corpora mortalia paſſiones, quæ autem plus diſtat à cauſis huius mutationis, & generationis ipſorum corporum, aut horum omninò contrarijs formari, aut illud quidèm aliquem horum, hoc verò aliquam ijs contrariam formam, atq; paſſionem ſumere ſecundùm illorum alibi variam ad habitudinem, propter motum in huiuſcemodi circulo diuerſimodè formatum.*

An. 11. met. t. 11.

Ar. 1. Meteor.

L. de Sp. v. 0.

lib. 2. c. 3.

matum. Talis enim eſt Zodiaci ſitus, in quo mota Sol, & Luna, & alia Aſtra, quæ errare dicuntur, huic quidèm parti materiæ, cui magis, vel propinquiùs accedit, vnicuiq; caliditatis, & ſiccitatis ſit cauſa, in quibus eſt eſſe igni, illi autem caloris, humiditatiſq;, quæ eſt aeris natura: alio verò humiditatis, & frigiditatis, aquæ natura, alio quoq; eius, quæ ſupereſt ex duabus primis ſimplicibus cōtrarietatibus, quæ sūt frigiditas, & ſiccitas, quæ terræ naturam conſtituunt. & huiuſmodi quidèm ſunt à diuina potentia formæ in materia ſimplicies, & primæ formæ, quæ factæ ſunt cauſæ ſubſtantiæ corporum ſimplicium, & naturæ. Iàm igitur libero perfruitur Cæli beneficio materia prima, neq; tibi licebat antiquam eius turbare poſſeſſionem. Perge ſiquid habes.

Elp. Sed patitur ignis quà ſiccus eſt, habetq; formam ſubſtantialem contrariam aquæ, à qua patitur.

Tyr. Ignorant Grammatici cui debeatur coniunctio illa diſcretiua, vel aduerſatiua *Sed*. Totus fuiſti hucuſq; in terra, hic euolas dicto citiùs ad ignis penetralia γραῦσ χορεύει. Quid enim eſt exilire, vel diſſilire, ni hoc eſt: ad rem modò.

Elp. Sed patitur ignis quà ſiccus eſt.

Tyr. Tu qui ſuperiùs aſſeueraſti ignem non agere, niſi ratione formæ, pati verò ratione materiæ, dum nectis modò ignem pati per ſiccitatem, doces hinc inferre, erit igitur ſiccitas materia ignis. Egregia contemplatio; ſed neq; inferior, quam nunc proponis. Verùm illud non ignores, ignem pati in ſingulis mutationibus, non ſolùm quà ſiccū, verùm & quà calidum; ſecùs ex igne, terra, vel aqua non generaretur; quùm tamen Præceptor vbiq; inſinuet mu-
2. de G.C. tuam eſſe Elementorum mutationem ad inuicèm. Præterea illud mirabile erit, quandò Ignis, & Terra congredientur: quùm enim per ſiccitatem conſortes ſint, & per qualitates actiuas nō patiantur, neq; per eaſdem agent, id enim quod agens agit, illud patitur patiens: quapropter nouo conſortio iungentur corpus in vnum, quod neq; Elementum, neq; miſtum dicetur. Inſupèr, neq; ignis conueni-

ret ad miſtionem, vel dimidia ſui parte vix reliquis miſceretur. Pari pacto aqua actiua ſua qualitate illæſa; ſola humiditate illuc conueniret. Quapropter miſta omnia ex prædominio erunt tantum, vel ſicca, vel humida, vel in paſſiuis temperata, & quod inauditum, ſimul frigida, & calida in ſummo ſingula experiemur.

Elp. *Habetq; formam ſubſtantialem contrariam aquæ, a qua patitur.*

Tyr. Siſte præcor. Ignis eſt ne talis per vnicam, vel per plures formas? quod ſi hoc, iàm non erit ſimplex corpus, & inter prima corpora falsò numerabitur. Si per vnicam, vt verè eſt, igitur per eandem poteſt in tua Schola agere, & pati, non verò in Schola Auerrois, qui tradidit aliquandò, *Actionem, & paſſionem ab vna, & eadem natura procedere impoſſibile eſt.* Sed hæc omittamus. Reſipuiſti tandem, & quod omnibus neruis effugere contendebas, amplexaris modò, nempè formas elementorum eſſe contrarias vera, & poſitiua contrarietate, ad quam ſequitur actio, & paſſio: quùm tamen ens à non ente nil patiatur. Caue ne relabaris: non enim ignoro, quàm durum ſit *annoſam arborem tranſplantare.* Deſtr. Deſtr. 1.

Elp. *Porrò formam eſſe id quo primo quid patitur, docuit Ar. definiens animam eſſe formam ſubſtantialem, & actum primum viuentis; quia eſt id, quo primo ſentimus, & intelligimus, nam eidem Ariſtoteli ſentire, & intelligere eſt pati.*

Tyr. Ris re omnes, ſed magis ariſum, dum Plato ſerena fronte hæc protulit. *Non ſolùm igitur ſenex, vt videtur erit puer: ſed ipſe etiam temulentus.* At qui ſeueriori ſupercilio acta percenſebant, proferunt te Grammaticæ, Logicæ, & Naturalis Sophiç æquè ignarum, vel obliuioſum. Quid quæsò ſibi vult illud tuum *Quid?* non eſt interrogantis, qua in ſignificatione vtebar ego modo, non indefinitum, non vacans, non pro in quo; tandem eſt ne ſuccedaneum, ita vt *Quid* ſtet pro *Aliquid*, ſecùs *Delio* lib. 1. de R. P.

V 2 ege-

egemus *Natatore*, vt expiſcemur quam operam in oratione tibi locauerit. Importunam equidem reor poſtremam ſignificationem, atq; incongruam; etenim tu, qui vniuerſum patiendi negocium formæ nunc mandare ſatagis, ab ijs te abſtinere debebas, quæ ditionem eius exteuuant. Erit enim, ac ſi dixeris. *Porrò formam eſſe id quo primo aliquid patitur*. At rectus caſus quo euolauit? ad Antipodas, ne tortuoſæ tuæ loquutioni ſuffragaretur. Neq; meliùs ſentis, quàm loquaris, neq; loquutionem ſyllogiſticè diſponis.

Anima eſt forma ſubſtãtialis, & actus primus viuẽtis.
Quia eſt id quo primo ſentimus, & intelligimus.
Sentire, & intelligere eſt pati.
ergo *Forma eſt id quo primo quid patitur.*

Numera terminos, & propoſitiones, tuncq; vel nouam promulga formam ſyllogiſticam, vel antiquæ fatearis te neceſſe eſt ignarum. Neq; malè tantùm orationem diſponis, verùm & captioſè infers *à ſecundum quid ad ſimplicitèr*: neq; plùs valet, ac ſi dicat comes tibi Sophiſta, Aethiops eſt albus ſecundùm dentes, ergo Aethiops eſt albus. Nam ab vno genere formarum ad vniuerſum formarum genus dum procedis, vt probes formam eſſe id, quo primò patiens patitur, cur paritèr non licebit cuiq; ex tuo indultu probare, formam omnem eſſe actum corporis phyſici organici? Nam anima eſt forma, infert igitùr omnis forma eſt actus corporis phyſici organici. Dic tu cui noſtrûm contigit fallacijs vti? I tunc, & tuo refer ventoſo Therſiti, nunquàm Illuſtriorem fabrefactum, vel fabrefaciendum Paralogiſmum, à naſcentis Philoſophiæ incunabulis ad noſtra vſq; tempora; & quò percunctanti rem ſedulò explices, narrabis eum, non tantùm erraſſe, dum infert ab vno genere formarum ad omnes formas, verùm etiàm, quoniàm ab vna, alteraue ſpecie animati ad omne animatum infert. Eſtò namq; quòd in Senſitiua, & Intellectiua verificetur, falſa tamẽ erit illatio de Anima vegetante,

tante. Errat præterea, nam dato, quòd ſentire, & intelligere ſit pati, Alere tamen, Augere, Generare, Vitam præbere, loco mouere, Appetere, Velle, non ſunt paſſiones, vel animam pati in ijs abſoluendis nemo ſanus pronunciabit. Errat poſtremo, quoniàm neq; intelligere, neq; ſentire eſt verum, ac genuinum pati, ſed analogum quoddam ab vno, quod pleniùs mox audies. Non erat igitur cur ab vna, alteraue dubia animæ facultate eliceres vniuerſale, indubitatumq; axioma,

Formam eſſe id quo primo quid patitur.

Intelligere, & Sentire non eſt pati.

FAcili ego negocio, quod paulò ante tibi pollicebar, nunc abſoluam, etſi apud verſatos in Peripatetica Schola, *Noctuas Athenas* deportare videar. Agè conſulamus Præceptorem. Is poſt abſolutam de potentia vtraq; diſputationem, deliberat tandèm minimè congruere paſſionis nomen ſenſui, & intellectui, ſi propriè loqui velimus, at vocum inopia fieri, vt paſſionis nomine abutamur. Audi loquentem. *Quoniam autèm innominata eſt ipſorum differentia, determinatum eſt autem de his, quod alia, & quomodò alia, neceſſe eſt ipſo pati, & alterari, tanquàm proprijs nominibus vti. Senſitiuum autèm potentia eſt tale, quale iam actu ſenſibile, ſicuti dictum eſt. Patitur igitur non ſimile exiſtens, paſſum autem aſſimilatum eſt, & eſt quale illud.* Hinc fidus Ariſt. Interpres docebat. *At verò intellectus, neq; more materiæ ſpecies excipit, neq; perinde atq; eas ſpecies, quæ aut ſint in materia, aut vnà cum materia poſſideantur. Suſcipere autèm ſpeciem more materiæ, idem ferè eſt, ac rei, quæ ſuſcipitur materia fieri: quod in ijs affectionibus, quæ non ab anima proueniunt, perſpici facilè poteſt. Illa enim quæ ſimpliciter patiuntur, paſſionum materiæ fiunt. Namq; id quod caleſit, vbi calidum effectum eſt, paſſioni, ſiue affectioni materia*

[margin: 3. de Anima. t. 57.] [margin: t. 62.] [margin: Al. Aphr. 1. de Anima.]

teria gignitur, quod neq; in ſenſu, neq; intellectu peræquè comperias: quamquàm enim per corporeas affectiones ſenſuum functio ſit, ſentire tamen non eſt pati, ſed iudicare, atq; diſcernere. Quod & alibi conceptis verbis enucleauerat. *Senſus enim eſt potentiæ ſenſitiuæ iudicium de ſenſilibus per paſſiones ab ipſis in ſenſorio genitas.* Neq; dubiè, vel hæſitantèr loquutus ſuperiùs fuerat Ariſtot. *Quoniam non rectè ſe habet dicere ſapientem cùm ſapit, alterari, ſicut nec ædificatorem cùm ædificat. In actum igitur ducens ex potentia exiſtente ſecùndùm ipſum intelligere & ſapere, non doctrinam, ſed alteram habere denominationem iuſtum eſt. Ex potentia autèm exiſtente addiſcens, & accipiens ſcientiam ab actu exiſtente, & docente, aut neq; pati dicendum, ſicut dictum eſt, aut duos eſſe modos alterationis, & eam, quæ ad priuatiuas diſpoſitiones mutationem, & eam, quæ ad habitus, & naturã.*

lib.3. c.9.

t.58.

2. de A. c.19. Verùm Alex. de Intellectu præclara hæc protulit. *Quapropter ſi commune id cum ſenſu habet, vt formarum ſuſceptiuus ſit, quamquàm non ſimilitèr, proprium autèm eſt, vt actiuus ſit earum formarum, quas excipit, certè ab agendo potiùs definiri debet. Quocirca intellectus ipſe actiuus, non paſſiuus erit. Prætereà priùs in ipſo eſt, vt agat, ac ſubſtantiale: priùs enim per abſtractionem rem intelligibilem facit, hinc aliquid eorum ſuſcipit, quod intelligit, & definitur hoc aliquid eſſe.* Vberrimos proſequatur tanti Auctoris latices, qui maiori abundat ocio, mihi namq; modò illud eſt negocij, vt te moneam, præ vocum inopia Summum Philoſophum

l.c. adactum, vt paſſionem non inconcinnè ſubſtitueret. *Pati namq; videtur id quod recipit, atq; apprehendit*, vt dicebat

1. de An. Aphrodiſeus, & fieri velut materia. *Omne enim quod aliquid ſuſcipere natum eſt, eius quod ſuſcipitur materia eſt.* Quodſi *in rebus omnibus id quod patitur materia, & ſubie-*

Ar. 2. de An. t.24. *ctum eſt*, ſi priſcè loqui velimus. *Anima ratio quædam, & forma, ſed non vt materia, & ſubiectum.*

Quem igitur *fructum è multis tuis paleis colligam* tandèm? Euanidum expecto, improbum, ſuoq; auctori apprimè inſenſum.

ſenſum. Peruertiſti Ariſtotelis mentem, intuliſti vim verbis, irretiſti temet pudendis contradictionibus, quas recenſebo, ne dicas impoſturam.

p. 20. *Id quo primo ignis agit, & terra, eſt forma ſubſtantialis ignis, & terræ.*

p. 21. *Forma eſt id quo primo quid patitur.*

p. 21. *Omnis paſſio eſt à contrario.*

p. 21. *Materia terræ eſt principium mere paſſiuum.*

p. 21. *Materia eſt principium mere paſſiuum.*

p. 21. *Materia terræ ab vllo agente pati non poteſt.*

p. 21. *Fit ex materia prima, & forma terra.*

p. 21. *Materia prima nequit recipere formam.*

p. 21. *Materia ignis proxima eſt materia prima.*

p. 90. *Ignis habet materiam proximam.*

p. 21. *Ignis habet formam ſubſtantialem contrariam Aquæ, à qua patitur.*

p. 75. *Qualitas ſubſtantiales Elementorum non apponuntur contrariè, ſed contradictoriè.*

p. 21. *Siccitas eſt forma, adeoq; paſſiua qualitas.*

p. 47. *Qualitates habituales non inferunt paſſionem ſenſibus.*

Finem cenſendi faciam, quandò tu finem errandi non facis, vel aberrandi à Stagiritæ placitis.

Tecum habita, vt noris quam ſit tibi curta ſupellex.

Elp. Præterea contraria, quæ ſunt termini generationis Elementorum, ſunt eorum formæ ſubſtantialis. p. 21.

Tyr. Bona fide iſtud dicis? interrogabat Plautus, meq; interim, monebat *in Pſeud.*

Vide modò, ne illic ſit contechnatus quippiam.

Sciſcitabar proindè, an illud *contraria* idem valeret, quod oppoſita, an verò poſitiua, veraq; contraria ſignificaret? Si primum, tecum ſentio; ſed tibi nihil proficit. Sin alterum, incautus eſt,

Plaut. in Pan.

Præceptor tuus, qui te hunc fallaciam
Docuit.

Nam quod iàm diù euitauit, tandèm fatetur, formas nempè Elementorum eſſe contrarias vera germanaq; contrarietate. Præterea qua lege aſſumis, quod inter nos controuertitur? idq; tibi concedi vis, quod diſputatur? Vera namq; contraria, neq; termini generationis Elementorum ſunt, neq; eorum formæ ſubſtantiales, ſed puræ, putæq; qualitates tactiles, paſſiones dictæ ab Ariſtotele, quæ non vltræ alterationem ſuas extendunt vires, vt mox audies. Tunc Plautus.

Nimis hic mortalis doctus, nimis verſutus, nimis malus
Superauit Troianum dolum, atq; vicit.

Elp. Conſtat igitur terminos, inter quos ſit generatio Elementorum eſſe ſubſtantias, nimirum eorundem formas ſubſtantiales.

Tyr. Ex quibus conſtat? nempè ex tuis præmiſſis: has repetamus

Contraria, quæ ſunt termini generationis Elementorum
ſunt eorum formæ ſubſtantiales.
Generatio eſt mutatio facta in ſuppoſito naturali inter
formas ſubſtantiales oppoſitas.

hinc elicis concluſionem, *conſtat igitur &c.* egregiè concludis, vt præmittis. Verùm Accius cominus te monet.

Pla. in Pſeu. in Men.

—— Vin bona dicam fide
quod hic inter nos liceat,
Temperare iſtac ætate iſtis decebat te artibus.
hic doli, hic fallaciæ omnes ſunt, hic ſunt Sycophantiæ.

Elp.

Elp. *Nota tu nunc alterationem eſſe in qualitatibus primis, quæ ſenſu tactus percipiuntur.* t. 22.

Tyr. An in ſolis? vndeue hoc infers? Si ex cont. 24. 1. de G. C., hic latè, ſuperq; tibi aduerſatur, audi. *Quoniam autèm determinatum eſt priùs, quòd ſimplicibus corporibus ex ſe inuicèm generato, ſimul autem, & ſecundùm ſenſum videntur generata (non enim eſſet alteratio, ſecundùm enim ipſius tactus paſſiones alreratio eſt* —— fatale tibi ſempèr eſt vitiare verba Ariſtot.. Vndè expiſcaris illud *alterationem eſſe in qualitatibus primis?* Ariſtot. habet, prout audiſti, quin recitaſti, *ſecundùm enim ipſius tactus paſſiones alteratio eſt.* An tactiles paſſiones Ocello, & Ariſtoteli ſunt quatuor tantùm primæ qualitates? Equidèm monuerat te pridèm Præceptor. *Sunt autem contrarietates ſecundùm tactum hæ, calidum, frigidum, ſiccum, humidum, graue, leue, durum, molle, lubricum, aridum, aſperum, lene, craſſum, tenue.* In ſingulis proindè harum paſſionum, quùm fieri poſſit alteratio, cur tu ad primas tantùm coarctaſti qualitates? præter veritatem, & Auctoris mentem. Quòd verò iubes me *notare alterationem eſſe in qualitatibus primis, quæ ſenſu tactus dignoſcuntur*, libenter noto, te à pleriſq; notari, quod in Sole cæcutias. Nonnè luce meridiana clariùs conſtat, eam fuiſſe Philoſopho mentem, vt Auditores moneret, ſolùm alterationem expectandam eſſe à paſſionibus ſenſum afficientibus, neq; alias qualitates primis priores in Peripato vnquàm illum introduxiſſe, quibus elementa conſtituantur, verùm vnicam in vnoquoq; genere contrarietatem, eamq; ſenſum laceſſentem agnouiſſe. Quinimò proſequens, vt dicebam, primas tangibilium differentias, atq; contrarietates, vnius tantùm meminit caloris, non duplicis, quem ex operibus definit. *Calidum eſt, quod congregat ea, quæ ſunt eiuſdem generis.* Hanc tu definitionem, infeſtis aſtris, commentitio tuo calori aptas; infeſtis inquam, quoniam Ariſtot., vt excludit graue, & leue, ſic admittit calorem, ea præcipuè ratione, *quoniam*

2. de G. C. t. 8.

2. de G. C. t. 7. t. 8.

niam operatio actiua, & paſſiua adinuicem eſſe Elementa. Iàm igitur *calor* hic tuus *habitualis* actiuus erit, ac proindè poſitiuè contrario opponetur, ſuſcipiet magis, & minus, eritq; tandèm qualitas tactilis, quod omni arte hucuſq; euitaſti. Tempeſtiuum tandèm eſt, vt tibi tua verba reddam, non ſine vſura.

Nota tu nunc alterationem eſſe in qualitatibus primis, quæ ſenſu tactus percipiuntur. Nunquàm igitur primæ qualitatis erunt termini generationis, & corruptionis Elementorum, ſed accidentia, quæ in ſolam alterationem ex propria indole conſpirabunt.

Malis ter mala, ternaq; mala.

Elp. Ex quibus apparet quatuor primas qualitates, quas hic, & alibi virtutes Elementorum Ariſtotelis appellat, nō ſolùm in Elementis, verum etiam in miſtis corporibus habere rationem formæ in ſubiecta materia vniuſcuiuſq; compoſiti.

Pl. in Men. *Tyr. Tibi iam vt pereas paratum eſt dupliciter, ni reprimas tuum ſtultiloquium.*

Quatuor primæ qualitates, quas Ariſtoteles ſua lingua in-
4. Meteo. ſigniuit titulo δυνάμεων, *poteſtatum* ſcilicèt, quarumq; auxilio agunt proximè ad inuicèm, atq; patiuntur elementa, iàm audiſti non eſſe formas ſubſtantiales primorum corporum, verùm accidentia, quæ commodè innominatarũ formarum naturam, quoquo modo, repræſentant, atq; cir-
4. Meteo. c. 1. cumſcribunt. Intolerandum verò eſt, quod tu ſecundo loco elicis ex verbis Ariſtot., quatuor has qualitates in miſtis *habere rationem formæ in ſubiecta materia vniuſcuiuſq; compoſiti*; quùm tamen Ariſt., cuius ſententiam tu modò recitaſti, ne verbum quidem de formis Elementorum, verùm cauſas has ſpectet, prout ſunt actiuæ, & paſſiuæ, & in operationes proprias conſpirant. *Siccum verò, & humidum paſſiua* dicit, *& materiam*, tantùm abeſt, vt qualitates hæ locũ formę ſibi vendicent in miſtis. Ius dicat Ariſtoteles.

Eſt

Eſt autem ſimplex, & naturalis generatio tranſmutatio ab ijs virtutibus, quùm habeant rationem ex ſubiecta materia vnicuiq; naturæ. hæ autem ſunt dictæ virtutes paſſiuæ. generant autem calidum, & frigidum dominantia materiæ. 4 *Meteo.*

Elp. Habere rationem formæ in ſubiecta materia vniuſcuiuſq; compoſiti.

Tyr. Num præter ſimplicia, & miſta, quæ recenſueras, ſunt tibi alia compoſita, quibus præſint primæ qualitates, tamquàm formæ? forsàn artificialia? at eorum forma accidens eſt, & in quarta ſpecie qualitatis, vt plurimùm continetur. Quid, animata? Verùm hæc non per qualitates formantur, ſed per animam. Redeunt proindè ad te inhonoræ primæ qualitates, vultuq; demiſſo, quæ te ſuaſore, inani faſtu ius in omne compoſitum ſibi arrogabant, ſat modò arbitrantur, ſi priſtina illis non denegetur dignitas, neq; antiquus vacillet primatus.

Elp. Et promouere ſimplicem generationem, & corruptionem naturalem, adeoq; mutationum harum eſſe non tantum cauſas effectrices, ſed etiam terminos. proptereaq; formas ſubſtantiales. naturaliſſimum enim eſt vnicuiq; naturæ generare ſibi ſimile in ſpecie. p. 15.

Tyr. *Promouent* Grammaticis, quæ proficiunt, iuuant, & vlteriùs mouent; haud enim, *producere*, credam tibi aliquid commodare. Sic non recuſabant Latini hanc promotionem fieri à qualitatibus primis, vt materia congruũ adepta apparatum, formam elementi tandèm induat. Nõ admittent illas, vt *cauſas effectrices* ſimplicitèr, ſed inſtrumẽta, ac terminos vix dicent alterationis, nõ ſubſtantialis generationis; iurèq; meritò pernegabunt, qualitates eſſe *formas ſubſtantiales* Elementorum; quùm ſint veræ formæ accidentariæ. Neq; ob id fraudantur communi priuilegio *generandi ſibi ſimile in ſpecie*, calor enim calorem generat. Vide quàm æquiores hi ſint in Elementorum qualitates, quàm tu olim in actiuiſſimo Elemento ignis, cui denegaſti

ſimilis generationem in ſpecie, vixq; propagationem ſuimet numericam conceſſiſti; reclamante Stagirita, præcipuè verò in loco à te ſuperiùs adducto. Valeas proindè tuis cum procacibus, ridendiſq; illationibus.

p.29. *Elp. Profectò Philoſophus proponit nobis duas qualitates, alteram quæ accidens eſt, ſecundum quam fit alteratio, & alteram, quæ ſubſtantia, & differentia eſt, ſecundum quam non fit alteratio.*

Tyr. Vnicum tantùm eſt qualitatum genus, ſecundùm quod fit alteratio, & hoc verè tale ſecundùm eſſe, & dici. At Differentia ſubſtantialis (nam reliquas eſſe accidentia, vel qualitates nihil moror) ſecundùm dici tantùm eſt qualitas, ſecundùm eſſe verò ſubſtantia. Nam differentia concipitur per modum formæ, & ideò non prædicatur in quid, ſed in quale, & potiùs per modum adiacentis, quàm per modum ſubſtantiæ: & ideò licèt in re ſit ſubſtantia completa, quia non eſt aliud ab ipſamet ſpecie, tamen metaphyſicè, & ſecundùm modum concipiendi noſtrum, meritò exploditur à ratione completæ ſubſtantiæ. Simplicius verò teſtatur. *Quoniam autèm differentiæ qualitates dicuntur, hæ etiàm quæ ſunt ſubſtantiales, quemadmodùm rationis particeps, hinniens, ſeu hinniendi facultate præditum —— Qualitates autèm dicuntur, quæ ſpecies conſtituunt differentiæ, etſi ſint ſubſtantiæ, quoniam definiunt qualitatem, quæ eſt in ſubſtantia.* Quùm igitur Differentia, ſubſtantialis pars ſit ſubſtantiæ, eamq; compleat, ſubſtantia neceſſariò erit, vt placuit Græcis. At neq; modus prædicandi in quid, aut in quale facit aliquid eſſe ſubſtantiam, vel qualitatē, vt benè notat quidam Recentior; nam etiam color prędicatur in quid de albedine, & nigredine, & albedo prędicatur in quid de hac, vel illa albedine, color tamèn, & albedo nō ſunt ſubſtantiæ, ſed qualitates, *haud enim in ſolis ſubſtantijs*, dicebat Alex. *quidditas locum habet*. Quid tu?

F.Suarez.

com. l. 6.

4.Metap.

Elp. Cæterum inter qualitates ſecundum quas non fit alteratio, ſed generatio, quæ propriè ſunt ſubſtantiæ, nullas alias Ariſt.

vnquam

vnquam recenſuit, niſi primas illas quatuor Elementorum conſtitutrices.

Tyr. Audi quæ loquor. Vel qualitatem intelligis ſecundùm dici, vel ſecundùm eſſe. Si primùm, falſum eſt Ariſtotelem miniſterium generationis ſolis differentijs Elementorum conſtitutricibus demandare. Nam quælibet ſubſtantialis differentia, etſi ſuo modo ſit qualitas, conſtituit ſpeciem, & generationis dicitur opifex. Nupèr à Simplicio plenè didiciſti, quæ ſint Differentiæ ſubſtantiales, ſcilicet *rationis particeps, hinniens*, & ſimilia, quæ toto Cœlo ab elementalibus diſtant, immò cuiq; ſpeciei propria præeſt differētia ſubſtantialis, quamquàm nobis ſæpè ignota, atq; innominata, quæ à primis qualitatibus longè, latèq; recedit. Falſiſſimum inſupèr eſt, quod ſecundo loco aſſeueras, primas illas Elementorū qualitates, atq; Differentias Ariſtoteli non eſſe cauſas alterationis; nam ſuperiùs ab eodem Philoſopho inuitus audiſti. *Sed tamèn ex quibus dicunt plura principia facientes vno, impoſſibile eſt alterari. Paſſiones enim, per quas hoc dicimus contingere, Differentiæ Elementorum ſunt. dico autem, vt calidum, frigidum, &c.* Hinc percipe, & qualitates primas eſſe paſſiones, non ſecusàc differentias, & ſecundùm illas fieri ſemper alterationem, quod tantoperè euitaſti.

Elp. An non tibi calor eſt prima qualitas? p. 19.

Tyr. Proculdubiò, at nòn ſola; verùm quatuor ſunt primæ qualitates inter quas numeratur *calor*; æquè prima ſuis cum collegis. Confice quæsò tu ratiocinium.

Prima qualitas ſubſtantiæ differentia eſt.
Calor eſt prima qualitas.

Quid infers? igitur *calor eſt ſubſtantia*.

Vel inferendi normam ignoras tu, vel te non aſſequor. Iàm enim ex præmiſſis tuis nulla alia ſubſequi debebat illatio, quàm, igitur *calor eſt differentia ſubſtantiæ*. Hoc verò ex æquiuocis terminis ortum, vt ſuperiùs ex me audiſti, nullam apud nos fidem, nullūq; tibi commodum præ-

ſtabat.

ſtabat. Verumenimuerò tu prouidus, quô declines periculum, fucumq; imperitis facias, infers non abſq; tuis Dijs, Tautologia nempe,& Imperitia.

Elp. Quomodo ergo ſtatuere poſſis nouam opinionem eſſe, quæ ſtatuit in elementis, & in miſtis corporibus calorem eſſe ſubſtantiam? Quomodo negare poſſis calorem in Elementis, & in miſtis corporibus eſſe ſubſtantiam.

Tyr. Audiſti ſuperiùs quid ſtatuerim ex mente Auctorum, quomodò negauerim, quin exterminauerim putatitium illum tuum calorem ex albo ſubſtantiarum. Quòd ſi verùm fateri libeat, tutemet grauiorem illi noxam intuliſti tua defenſione, quam ego oppugnatione. Purga in poſterùm tu, atq; abſterge, ſi vales, *Nouitatis, & Nouatoris* notam, quàm olim tibimet faſtuoſo intuliſti. Hic eſt defenſionis tuæ mucro, in eum incurrat oratio tua neceſſe eſt.

—— nunc huius periculo fit
Ego in portu nauigo.

p.30. *Elp. Sed alimentum in eſſe alimenti conſtitui per quatuor primas qualitates docuerat paulo antea Philoſophus.*

Pla.Men. *Tyr.* *Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi vindemias.*
—— Sed dic mihi, ecquid hic te
onerauit præceptis?
Nam id proderit mihi malitia malè quod facitis ambo.

2.de A. t.47. *Hoc aliquid, & ſubſtantia* Ariſtoteli eſt ſubſtantia compoſita. Quapropter ſi alimentum, quatenus eſt hoc aliquid, atq; ſubſtantia alit, præſtabit hoc profectò quatenùs eſt ſubſtantia compoſita. Quorſum tu modò rem traducis ad formas? Nonnè ex Ariſtotelis mente illud incunctantèr eliciebas? *Vnde conſtat alimentum alere, prout eſt ſubſtantia,* quamquàm verborum ambagibus tenebras ſtatim offundere nitereris. Dic ſodès, ſunt ne tibi qualitates primæ, ſubſtantiæ compoſitæ, an ſimplices? Si primùm, iàm per me liceat tuæ abſtinentiæ hinc tibi mendicare ſuffra-

fragium; etſi Præceptor moneat *omnia ex multis nutriri*. Sin autem qualitates hæ ſunt tibi ſubſtantiæ ſimplices, formæ nempè, vt reris, Elementorum ſubſtantiales, quid tu modò illas extollis præter veritatem, & Ariſtotelis mentem? Nonnè obſeruas tuis in verbis, vel ſibi hærentibus, quamquàm malè cohærentibus, euidentiſſimam contradictionem?

Alimentum alit prout eſt ſubſtantia

Alimentum in eſſe alimenti conſtituitur per quatuor primas qualitates.

Aliud Philoſophus ſibi vult, quàm quod tu reris in loco à te producto: quod vt aſſequaris, illud non ignores, ſcopum Ariſtotelis eſſe, partes animæ, ſeu eius poteſtates ſcrutari, hinc verò inueſtigare, quomodò huiuſmodi potentiæ conſequantur ſe inuicèm. Nam quùm plantis vegetatiuũ ſolùm tribuiſſet, *alijs autèm*, animalibus nempè, *& hoc, & ſenſitiuum, ſi autem ſenſitiuũ, & appetitiuũ*: quod tamèn vt inexploratum, duplici medio confirmat. Primum quidèm ex ſenſu tactus, quem omnia habent animalia; quibus verò hic eſt, contingit lætitia, & triſtitia, hinc concupiſcentia, quæ rei delectabilis appetitus eſt. Alterum verò medium, quod in cont. 28 proponit, tale eſt. Omnia animalia habent ſenſum, quo cognoſcunt ſuum alimentum, ſcilicet ſenſum tactus, qui eſt ſenſus alimenti, ſed neceſſariũ eſt omnibus animalibus vti alimento, igitur neceſſarius eſt ſenſus tactus, quo percipiant alimentum ſibi conueniens. Probat verò, quod tactus ſit ſenſus alimenti; quoniàm omnia viuẽtia nutriuntur calidis, frigidis, humidis, & ſiccis, ſed horum eſt ſenſus tactus, igitur tactus iudicat alimentum. Nemo non videt quàm tu à recta ſemita declinaueris; nam Philoſophus illud tantùm intendit, vt ſenſitiuo iungat appetitiuum, quin neceſſariam obſtendat illationem: qui ſuperiùs poſuerat, & quod alimentum omne ſit ex ſubſtantijs ſic affectis, nempè calore, frigore, &c., quæ & denominant more accidentium ipſam ſubſtantiã, ſuntq; propria tactus obiecta.

obiecta . Ne verò ſuſpicarentur in poſterùm errones calore, frigore, &c. nos ali, proindeq; has eſſe ſub-
t. 47. ſtantias, omnem reſcidit Philoſophus aberrandi occaſionem, inſinuans poſteriùs, opportunoq; loco, *vt hoc aliquid, & ſubſtantia alimentum*, ſubſtantia ſcilicèt, non qualitas, neq; ſimplex ſubſtantia, verùm cōpoſita ex materia, & forma. Inſupèr eouſq; in re elucidanda progreſſus fuit, vt alimentum ſubſtantiam compoſitam, non ſolùm futurum doceat, verùm & miſtum. Vide quàm tu
1. de G.C. improuidus ſis, atq; deuius. En tibi locum Ariſtot., quem
t. 50. tu modò adducebas. Subridens occurrit Præceptor, ac inquit. Et pueri quidèm canunt carmina Homeri, neſciunt tamèn quid illa ſignificent. *Omnia autèm nutriuntur ex iiſdem, ex quibus ſunt: omnia verò ex multis nutriuntur; etenim quæcunq; videntur vno ſolo nutriri, vt aqua plantæ, multis nutriuntur, miſta eſt enim aqua terræ; ideò agricolæ tentant, quùm miſcuerint, irrigare*. Vides quàm peruersè Ariſtotelem interpetreris. At ſi ſuperſtruere in tui deriſionem cuiquàm libuerit, iàm paratum habet tua ma-
4. de G. nu aggerem. Alimur dulci, ſed quo alimur eſt ſubſtantia,
Al. c. 8. ergo dulce eſt ſubſtantia. Iterùm. Nutrimur calidis, frigidis, &c., ſed hæ ſunt formæ tibi ſubſtantiales, nobis accidentales, ergo nutrimur formis ſubſtantialibus, vel accidentalibus. Talia ne paras tuæ familiæ alimenta?

Elp. Si nutrimentum inquam, quod eſt corpus miſtum nutrit ratione ſuæ ſubſtantiæ, prout ab accidente contradiſtinguitur.

Tyr. Serò tandèm didiciſti alimentum eſſe corpus miſtum; caueſis ne excidat tibi obuia veritas. *Nutrimentum* igitùr *nutrit ratione ſuæ ſubſtantiæ*, non tantùm *vt ab accidente contradiſtinguitur*, verùm & ab vtriſq; ſubſtantijs, materia nempè, & forma illud conſtituentibus, ſi diſiunctim conſi-
6. epid. derentur. Hinc appoſitiſſimè Galenus *totam* appellauit *ſubſtantiam* alimentum, & quæ ab ea in corpus deriuantur beneficia, *à tota ſubſtantia* procedere nos docuit. Perge tu.

Elp.

Elp. Quum alimentum, qua nutrimentum eſt formaliter ſit obiectum famis, atq; ſitis.

Tyr. Quid? Alimentum forsàn vt genus ſi habet, vel quid habet communius nutrimento? datur ne tibi alimentum, quod non alat? verùm illud nomine alimenti indignum cenſebat Hippocrates. *Alimentum non alimentum. ſi nutrire non poteſt, nomen eſt alimentum non opus. opus, & res alimentum, non nomen.* *lib. de Alim.*

Elp. Hæ verò concupiſcentiæ per ſe formaliter determinentur ad alimentum prout eſt calidum, & ſiccum, frigidum, & humidum.

Tyr. Formaliter erras, cum hoc tuo bis repetito *formaliter.* Puh quàm cito obliuioſus es? nonnè dudùm dixiſti *alimentum alere prout eſt ſubſtantia, proindeq; conſtitui alimentum per ſui ſubſtantiam*: Tunc ſic. Appetens naturalitèr ſe habens terminatur in propriũ appetibile, vt eſt, ſed appetitus famis, & ſitis terminantur in alimentum, igitur appetent ipſum, vt eſt: at verò per te eſt ſubſtantia, eaq; miſta, igitur appetent alimentum, vt ſubſtantiam miſtam, & *formaliter* determinabuntur ad ſubſtantiam, quæ ſit alendo. His opportunè fidem facit Galenus diſertis verbis. *Iuxta quam rationem etiam, qui cibum, vt dulce, aut auſterum, aut calidum, aut frigidum exhibet, qualitatem ſolam reſpicit, qui verò, vt nutrientem, is ſubſtantiæ reſpectu eum offert.* Experiamur quæſò hanc tuam nouam eruditionem. Fames per te determinatur ad alimentum, quatenùs calidum eſt, & ſiccum, ſed per regulam poſterioriſticam valet à quatenùs ipſum ad de omni, ergo fames determinabitur ad quodcunq; calidum, & ſiccum. Prouidus Meleager, qui ne fame periret, flammis ſe dedit, ſic poteris & tu eſuriem in poſterùm minori ſedare impenſa. Reſipiſce tandèm aliquandò, vel à *Tyrone* admonitus, & diſce famem, & ſitim eſſe indigentias, & concupiſcentias corporis miſti, quod ſit alendo; cui contingit, vt qualitatibus, & paſſionibus ijs *de Vict. Ref. c. 1.*

ſit affectum, quarum peculiaris exceſſus alteri illarum indigentiarum arrideat. Placuit Bonamico indigentiam terminari duobus obiectis, emendatione qualitatis excedentis, quæ fit per contrarium, & appoſitione ſubſtantiæ lapſę: excitatam verò fuiſſe pridèm in animali *ob ſimilium ſubſtantiarum, qualitatumq; defectum*. Quid, ſi tuummet Therſitem producam tibi infenſum iudicem, atq; explanatorē?

lib. de Alim.

2. lib. de H. q. d. c.127.

Qua quidèm in re, vt pleriq; vulgo exiſtimant, calidum illud, & ſiccum frigidum, & humidum, cuius definitur Ariſt. eſſe cupiditas famis, ac ſitis, non ſunt ſigillatim primæ qualitates, ſimpliceſq; Elementorum eſſentiæ. Namq; abſolutè fames citra ſitim eſt appetitus miſti perfecti &c. —— neq; ab re nupèr ſtatuerimus ſiccum illud, cuius appetitus fames eſt, non eſſe ſimplicem, aut qualitatem, aut elementi naturam, ſed miſtum perfectum, actu ſolidum &c. Quòd ſi percipis quàm malè tibi ceſſerit ratiocinium à te mutuatum olim à C. Cremonino? quid eſt cur nunc tripudians, inferas.

lib. de Elem.

Elp. Iam neceſſarium eſt aſſeuerare Philoſophum Ariſtotelem nedum in Elementis, aſt etiam in alimentis, adeoq; in miſtis corporibus paritèr, ac in ſimplicibus caloris eſſe ſubſtantiam.

Tyr. Quìn luce meridiana clariùs iàm emicat oppoſitum eius, quod infers ex producto contextu; neq; poterat, niſi miſer verſpertilio lucifuga hæc diſſimulare. Rem indicabo, apta ſpecilla, intuere.

Quorum eſt alere, horum eſt ſenſus tactus
Formarum Elementarium per te eſt alere,
igitur *Formarum Elementarium erit ſenſus tactus, quod tantoperè euitaſti.* Tunc ſic.
Subſtantia non ſentitur.
At calor ſentitur.
igitur *Calor non eſt ſubſtantia.*

Quod tamèn omnibus neruis inſinuare contendebas. Quod ſi primæ qualitates ſentiuntur, quum nulla qualitas ſit prior primis, ſequitur neceſſariò, fictitias eſſe tuas *habituales* ſenſum non laceſſentes, & extorres à Schola Peripatetica

patetica vix ſui Nouatoris mereri ſtipendia. Dum verò examināt Spectatores tuam formam informem, atq; in ſyllogizando aſyllogiſticam, repetam ego, quam tu repetis contradictionem Coronidis loco:

Alimentum quà alimentum formaliter eſt obiectum famis, & ſitis. p. 30.

Hæ concupiſcentiæ per ſe formaliter determinantur ad alimentum, prout eſt calidum, & ſiccum, frigidum, & humidum.

Elp. Vnde liquet Ariſtoteli miſtum eſſe per ſe, ac formaliter temperatum. p. 31.

Tyr. Vnde *liquet?* forsàn ex ſupracitato Ariſtot. contextu 1. de Generatione? nihil minùs: iàm enim ex me audiſti ſuperiùs, quantùm tibi officiat producta Philoſophi auctoritas, qui euidentiſſimè diſtinguit temperamentum à miſtione, & ordinem naturæ proponit in huiuſmodi mutatione abſoluenda; nempè vt præcedat quædam compoſitio, & corporum per minima adhæſus, deindè qualitatum per mutuam actionem, & paſſionem temperies, tandèm verò emergat miſtum ſimilarium partium. Ita vt duæ priores reſpectu miſtionis, locum habeant diſpoſitionum, atq; apparatus ad veram, non fucatam miſtionem abſoluendam, miſtionis verò eſſentia, vt habet poſteriùs Philoſophus, ſtet in vnione, ſitq; formalitèr vnio, non ſolarū qualitatum, quas reſpicit temperamentum, eas ſuo modò vniens, verùm & corporum, quibus vniendis vinculo opus eſt præſtantiori. Indicium verò illud eſt perfectæ huius vnionis, quod ſtatim producit Ariſtot., *dicimus autem oportere, ſi miſtum eſt aliquid, quod miſtum eſt ſimilarium partium eſſe.* Quomodò verò, etiam dato, quod eſt falſiſſimum, noſq; ſuperiùs abundè deiecimus, ſcilicèt, *qualitates eſſe formas ſubſtantiales Elementorum* has temperari, eſſet poſſibile, vel ijs temperatis quælibet pars auri eſſet ſtatim aurum, vel adamantis adamas? *& quemadmodum aqua pars aqua, ita & temperati.*

Miſcibilia eſſe corpora, quod ignorauit Aduerſarius.

PLura hìc conſpirant, vt vides, tuæ opinionis certam in perniciem. Primùm quod ignoraſti miſtionem in ijs eſſe, *quæ ſuapte natura ſubſiſtere poſſunt*, quod pridèm monuerat etiam Alex. . *Nec aliæ etenim ſubſtantiæ miſceri poſſunt, præter ſeparabiles, & quæ ſuaptè natura ſubſiſtere valent, locumq; occupant; eiuſmodi autèm ſunt ipſa corpora*: quod & ſuperiùs ille docuerat. *Omnis præterea miſtio corporum eſt*. Quinimò, neq; admittit fieri craſim, præterquàm in ſubſtantijs compoſitis. *Non igitur in alijs eſt, quàm in ſubſtantijs miſtio, & craſis*. Irritum proindè reddit nobilis Auctor omnem tuum conatum, negans affectiones, formam, vel materiam ſolitarias conuenire poſſe ad miſtionem. *Nam affectiones ipſæ ſeparari non poſſunt, vt per ſe conſiſtere valeant. Quocirca miſtio, & craſis non erit affectionum, nec inter ſe, nec cum illis, quorum affectiones ſunt. Sed neq; formarum ſubſtantialium. Nam licèt ſubſtantiæ, & ipſæ ſint, non per ſe tamèn ſubſiſtunt*. I nunc tu vaniloque, & ſtatue formas naturales in vaſe latitantes, nilq; ſubiectę materiæ tribuentes. *Neq; enim ſine materia aliqua ipſarum eſſe poteſt. Nec materia item miſceri poteſt abſq; enim forma, nunquàm actu exiſtit*. Optimè igitur contra te concludit Alexander, vt ſuperiùs audiſti, nonniſi in ijs, quæ per ſe ſubſiſtunt, ac proindè in ſubſtantijs compoſitis fieri miſtionem, & craſim.

Alex l. de miſtione. 1. de Anima.

de Sp. v. o.

Ex Alex. producta auctoritate deijciuntur qualitates habituales à Temperamenti opificio.

QVAE ſentit prætereà idem auctor de modò Craſis optimè ſecùm congruunt, qui pridèm qualitates ſtatuerat formas Elementorum, a tuis vero penitùs diſſentiunt; quid mirum, quùm à temet diſſentias, audi loquentem. *Conſequens videtur, vt poſtquàm de generatione actum eſt, & cprruptione, de Craſi ſermo haberetur: communem namq; materiam habent, iuxtà quam velut aliquod corrumpitur, ita temperatur quoq;. Conueniunt prætereà in tranſmutatione propter contrarietatem, actione tamèn interueniente, & affectione. Hoc verò craſis à generatione, & corruptione diſpeſcitur, & ſeiungitur, quod in ijs integrum alterum in alterum tranſeat, & contrarietates aſſumat, per quas id, quod paſſum eſt penitùs priſtinas ſuas deponit, & ammittit. In ijs verò, quæ temperantur, non idem mos eſt, nec ratio eadem, ſed quotiès plura corpora, quæ & agēdi viciſſim, & patiendi vim habent in idem coeant, ita verò ſeſe habeant, ne contrarietatibus adeò alterum ſeparari ab altero poſſit, vt abeat in illius migrans naturam, tunc inquam hæc corpora propter virium, ac poteſtatum æqualitatem, per quam dum agunt, mutuò quoq; patiuntur, eatenùs progrediuntur, donec abiecta contrarietatum excellentia, propter quas diuerſa erant, & contraria, vnicam ex omnibus illis poteſtatibus qualitatem effecerint, vnita ſimul, & vna eademq; facta ea materia, quæ vtriſq;, vel omnibus ipſis ſubijciebatur.* *Alex. de miſt.*

Vigila expergiſcere, inquam, lucet. *Plau.*

Communem dum ſtatuit Alex. tranſmutationis Elementorum, & Craſis materiam, quæ tibi eſt materia prima, iàm vnicum agnoſcit temperamentum, non duplex, veluti tu ſomnias, alterum ex *qualitatibus habitualibns*, *ex*

actua-

actualibus aliud. Nam poſtremùm hoc, quùm ex puris conflетur accidentibus, vel te non refragante, quomodo eandem cum tranſmutatione habebit materiam? vel ſi materiam latiori in ſignificatione ſumas, accidentium materia eſt compoſita ſubſtantia, quæ ex officio tale ſibi nomen lucrifecit. Solæ igitur primæ qualitates illæ, quas tu *habituales* dicis, conueniunt ad temperamentum. At vero ni *lolio victitares*, altera non indiguiſſes conditione, in qua conueniunt tranſmutatio ſubſtantialis, & Craſis, quô excuteres falſæ tuæ opinionis caligines. Hanc ſtatim ponit Alex. *conueniunt præterea in tranſmutatione propter contrarietatem, actione tamen interueniente, & affectione.* Qualitates igitur primæ ſunt etiã ex hoc loco, Alexandri contrariæ, qualitates, inquam, illæ, quæ generationem ſubſtantialem abſoluunt, & craſim. Quid igitur erat, vt *Camerinam* hanc de miſtione *moueres?* vel Alexandrum in tui patrocinium olim adduceres, ſi tuis *habitualibus* perquàm vides infenſiſſimum. Neue contrarietatem in ijs poſitiuam declines, faciunt ſequentia auctoris verba, *actione tamen interueniente, & affectione.* Agunt igitur, & patiuntur qualitates illæ, quæ ad Craſim, & tranſmutationem conueniunt, haùd verò ocioſæ ſuis ſatellitibus pugnam demandant, vel cum hoſte integræ coeunt tandem, atq; iunguntur, vtrumq; vero malè tu credebas. Monet inſupèr te Alexander, quod qualitates illæ primæ, quæ per contrarietatem mutuò agunt, & patiuntur, ſunt intenſioni, atq; remiſſioni obnoxiæ. *Hoc verò Craſis à generatione, & corruptione diſpeſcitur, & ſeiungitur, quod in ijs integrum alterum in alterum tranſeat &c. In ijs verò, quæ temperantur, non idem mos eſt, nec ratio eadem. —— eatenùs progrediuntur, donec abiecta contrarietatum excellentia, propter quas diuerſa erant, & contraria, vnicam ex omnibus illis poteſtatibus qualitaté effecerint.* Hinc elice qualitates primas Alex., ac proindè Græcis omnibus notas, eſſe contrarias inter ſe ſe, vera, atq; poſitiua contrarietate, non priuatiuè oppoſitas,

tas, agere proindè, & pati, intendi, & remitti, quæ omnia perquàm diuerſa ſunt ab ijs, quæ ſuadere conabaris.

Miſtionem, & Temperamentum æquè ignota, & impoſsibilia eſſe Aduerſario ex Græcorum doctrina.

SI *Temperamentum*, & *Miſtio*, vt fateris, vnum ſunt, & Temperamentum ex tuis principijs nullum eſt, vel purum accidens, igitur nec miſtio erit, vel inter accidentia dinumerabitur. Quod mei muneris eſſet, probabit nunc Alexander, idq; ſat futurum reor, ni tua improbaueris poſtàc, quod tibi perquàm familiare, atq; domeſticum. Audi differentem. *Temperamentum eſt intercedente actione, & affectione corporum iuxtà ſe inuicèm poſitorum per tranſmutationem, citràq; corruptionem vnitio.* Sed *qualitates habituales* per te mutuò, nec agunt, nec patiuntur, quæ vero hoc habent, ſunt tibi *actuales*, & accidentia, vel te non diffitente, igitur vt impoſſibile eſt ex *habitualibus* vllum emergere temperamentum, ſic ex *actualibus* Temperamentum accidentale tantùm orietur, quòd tu non refugis, vt audio; igitur & miſtio accidentalis: ſed Temperamentum eſt tibi forma ſubſtantialis, qua conſtituitur in eſſe miſtum, ergò erit temperatum, & non erit temperatum, immò neq; miſtum, neq; temperatum, niſi per accidens. Ex conditione inſupèr miſcibilis euidentèr probabit Ariſtoteles, te naturam miſtionis ignoraſſe, peſſumq; dediſſe. *Miſcibile quidèm eſt, quandò facilè terminabile exiſtens, paſſiuum fuerit, & actiuum, & tali miſcibile.* Sed tales non ſunt tuæ *habituales*, neq; enim ſe mutuò laceſſunt, neq; ſunt corpora, excludentur proindè à miſtione. Quin ex ipſa miſtionis natura à Præceptore explicata, tanquàm degeneres abijcientur. Quæcumq; ingrediuntur

p.31.
1.de G.C. t.90.

diuntur definitionem alicuius ſunt de eius eſſentia, ſed *alterari* ingreditur definitionem Ariſtoteleam miſtionis, igitur eſt de eius eſſentia. Nihil igitur, quod non alteretur

1. de S.C. 186. conueniet ad miſtionem, ac proindè *tuæ habituales* penitùs erunt inutiles. Ampliùs, per hoc diſtinguitur compoſitio à miſtione, quod hæc reddat miſtum ſimilarium partium, contra verò altera; ſed non alteratis miſcibilibus. non erit compoſitum ſimilarium partium, ſed diſſimilarium, igitur ex tuis inalteratis *habitualibus* non fiet miſtio, ſed pura, putaq; compoſitio, quin Chymerica monſtra, ridendiq; centones. Sic in tui perniciem, miſer, *irritaſti crabrones*. Vndè liquet, neq; Ariſtoteli, neq; cuiquam ſectatorum, ſi ritè eorum mens percipiatur, miſtum eſſe per ſe, ac formaliter temperatum. Quid tu?

Elp. Ac Temperamentum eſſe miſti ſubſtantiam.

Tyr. *Nugæ iſthæc ſunt* ——

Miſti ſubſtantia, & eſſentia ex materia, & forma conſtat; quapropter temperamentum non erit miſti ſubſtantia, dato etiam, quòd temperamentum foret forma ſubſtantialis miſti. Nemini namq; hucuſq; fuit controuerſum, in habentibus materiam eſſe diſtingui ab eſſentia. Audi

1. Met. t. 12. Alexandrum. *Quemadmodùm homo, & hominis eſſe differunt, ſic ſit in cunctis rebus compoſitis. Eſſe enim cuiq; rei ex forma adeſt; homo enim ex materia, & forma conſtat, eſſe autem hominis ſimplex eſt, quippè cum forma ſit eius natura. Nam in rebus incorporeis, idem eſt res, atq; ipſius eſſe, in habentibus autem eſſe in materia, differunt.* Quinimò vt intelligas quidditatem à ſubſtantia diſtingui ad aures Ariſtot., obſerua eundem, qui ſubſtantiæ nomen ma-

7. Metaph. t. 7. l.c. t. 8. teriæ non denegarat, mòx illam à quidditatis iure penitùs excludere.

Elp. Siue formam ſubſtantialem, qua conſtitur in eſſe miſtum.

Tyr.

Tyr. πρῶτον καὶ τοῦτο *negari*. *Pla. in Pſeu.*

Quin elegantiſſimus Sennertus, cui nō pauca ex tuis exoſa, atq; odioſa ſunt, nuperrima reprehenſione perſtringit ſupinam hanc oſcitantiam. *At dari vt in plantis, & animalibus formas ab anima diſtinctas, quæ ad propriam animarum ſubſtantiam conſtituendam pertinent, ſatis quēq; docent mirabiles actiones, quæ in plantis emortuis, vt & partibus animalium mortuorum in Medicina quotidie obuiæ fiunt. Quum enim omnis actio fluat primariò à forma, hæ autem actiones nobiliores ſint, quàm vt à forma Elementorum, ſeu ſimplicium, ſeu inuicem miſtorum prouenire poſſent, neceſſariò præter Elementorum formas aliæ formæ dantur, à quibus hæ actiones proueniunt.* *Hypon. 1.* Hinc non immeritò, qui corrigebat Cardanum I. C. Scaliger, modò in re inuehitur. *Exer. 101 ſec. 14.* *Quis te malus genius Alexandræus adegit eò, vt miſerè crederes; ſola Elementorum permiſtione fieri poſſe, vt ferrum trahatur à magnete?* Exprobat quinetiàm Galenus Scorpionis ictum, Cathartica, Alexiteria, cancrorum puluerem, quē nulla rabies, niſi Λυκανθρώπου eludit. *11. Simpl. & alibi.*

Elp. *Quum itaq; Temperamentum ſit aggregata qualitas ex quatuor primis qualitatibus.*

Tyr. Reclamat Auic. ſuis cum fautoribus, tuamq; incuſat temeritatem, quòd indicta cauſa, inaudita parte ius dicas, quùm tamèn proſtēt illius defenſiones in Scholis Philoſophorum pro quinta qualitate, eaq; ſimplici, à primis diuerſa, ex illarum tamen actione, & perpeſſione ortam, quam *Complexionem* appellat. I nunc, ſuſpende, non te, ſed iudicium, & diſce poſt quæſtionem dicere ſententiam, ni tamèn Cæſareo priuilegio contigerit tibi ritus, & tribunal Claudij, *Fen. 1. 1 Doc. 4. 1. Suff. c. 10.*

Quo non alius Potuit citiùs Dicere cauſas *Seneca.*
Vna tantùm Parte audita Sæpè & neutra
Quis nunc iudex Toto lites Audiet anno?
Tibi iam cedet Sede relicta ———

4. Meteo. c. 2. ſ. 6. *Elp. In qua calor habet rationem formæ cæteras continens, & regens, vt ait Ariſtoteles.*

Tyr. Ne verbum quidèm habet Ariſt. de hac caloris prærogatiua in loco à te nupèr in margine citato. Verùm ſi illud coniectas ex eo, quòd abeunte calido, ſequitur putredo, inanis eſt coniectura; nam vt ad conſtruendum miſtum plura requiruntur miſcibilia, ſic ad illud deſtruẽdum ſufficiens eſt vnum. Si quid vero præter paſſiuarum terminationem operatur calor, hoc habet, vt trahat, atq; inducat humiditatem. At illa obſequens ſuo promotori, ſi quandò euolat is præ calore ambientis allectus, ſubſequitur hæc confeſtim, heù nimiùm officioſa pediſſequa, & l. c. *propter hoc ſicciora fiunt, quæ putreſcunt omnia, & tandem terra, & fimus. —— & introducens humiditatem non eſt ampliùs, inducit enim trahens propria caliditas.* Putreſcit proindè dimidiatum miſtum, ſuis orbatum partibus integrantibus. Heùs tu, quid tandèm concludis poſt tàm longam, atq; odioſam tautologiam?

Elp. Iam neceſſarium eſt aſſerere vetuſtam eſſe ſententiam Ariſtotelis, calorem, vt in corpore ſimplici, ſic etiam in miſto ſubſtantiam eſſe.

Tyr. Neq; *vetuſta*, neq; recenti *ſententia* ſanciuit *Ariſtoteles*, calorem *in corpore ſimplici*, vel *miſto eſſe ſubſtantiã*, verùm vtrobiq; puram, putamq; qualitatem, quod tu non refugis, appellans Temperamentum *aggregatam qualitatem*, nil formis tuis ſubſtantialibus Elementorum congruentem, quæ refrangi, ac temperari recuſant, aggregari inutili cõgreſſu per te non recuſant. Quùm igitur Temperamentum, neq; ſit ſubſtantia, neq; miſti forma ſubſtantialis, neq; aggregata qualitas, neq; calor illud adhùc obtinuerit, quod ex loco citato oſtiatim mendicas, *Iam neceſſarium eſt aſſerere vetuſtam eſſe ſententiam Ariſtotelis, calorẽ, vt in corpore ſimplici, ſic etiam in miſto, eſſe verum, merumq; accidens.*

Mulc. Hoc tuum poſtremum argumentum Epeæ nititur falſo prin-

principio, quo ſtatuis Temperamentum eſſe miſti formam ſubſtantialem.

Tyr. Quod nam argumentum? poſtremumne? at ſincerus fuit paralogiſmus vitioſus in forma, falſus in materia. Irrident mei filioli nuper Logicæ initiati, & terminorum modò propoſitam abſte ſuperfluitatem, & tuam in inferendo inertiam, vel diſſimulationem. Argue, & audies redarguentes.

Temperamentum eſt aggregata qualitas ex quatuor primis qualitatibus.

Sed inter has calor habet rationem formæ cæteras continens, & regens,

Igitur, infers tu, *Calor eſt ſubſtantia*. Egregiè.

At illi igitur, *Vnumquodq; Temperamentum erit calidum.*

Vter veſtrum meliùs concludat, dijudicent periti.

Mulc. Nititur falſo principio.

Tyr. Quin pluribus falſiſſimis, eiſq; à vera, cultaq; Philoſophia perquàm alienis, quod dudùm audiſti, repetamq; modò. Confundis miſti generationem cum miſtione, miſtionem cum Temperamento, vnum idemq; tibi ſunt ſubſtantia, & accidens, forma ſubſtantialis, & qualitas. Quis peruerſiùs vnquàm philoſophatus eſt, aut quis falſiora principia introduxit hucuſq; in Philoſophia Naturali? *Ad coruos* ——

Mulc. Quum mihi temperamentum ſit vltima diſpoſitio ad recipiendam in materia formam, eamq; in ſubſtantia conſeruandam.

Tyr. Quicunq; piè, ac eruditè philoſophantur, mecum ſapiunt, & ſentiunt. Caueſis ne tuis *cum claudis claudices*. Eia agè *loquere, vt te intuear*.

Elp. Duo falſa ponis hic de Temperamento, quum enim temperamentum in omni miſto reperiatur.

Tyr. Plurima tu quidèm imponis, quin friuola opponis, ac ridicula ſupponis. Cui enim fuit vnquàm controuer-

ſum, Temperamentum perpetuum eſſe miſti aſſeclam. Cur tibi erat denuò hoc onus ſubeundum? qui dudùm ſtatueras, temperamentum eſſe miſti formam ſubſtantialem. An ſit quandòq; vt forma auolet ab eo, cuius eſt forma, vel in angulo deliteſcat, nec reperiatur, niſi admotis facibus? Noſti tui conatus inefficaciam, improſperumq; exitum, neuè tibi futurus ſit in poſterùm exitio, palinodiam meditaris. Anxius interim expecto, atq; trepidans duo illa falſa, quorum me accuſas, conſcius data occaſione, ex vnanimi meliorum conſenſu, duo hæc olim me pronun-
P.L.A. c.38. ciaſſe. *Quapropter quum Temperamentum ſit vltima diſpoſitio ad recipiendam in materia formam, eamq; in ſubiecto conſeruandam, dubioprocùl, quæ forma differunt, temperie quinetiàm diſcrepabunt. Intende neruos*, quô tandèm *in neruum abeas*.

p.31. *Elp. Quumq; miſtorum alia ſint animata, & alia inanima, ſi de inanimis loquàris falſo dicis temperamentum eſſe diſpoſitionem vltimam ad formam; quum apud Ariſt. nuperrimè viderimus miſtum in eſſe conſtitui per temperamentum.*

Tyr. Nuperam hanc tuam *recidiuam deteriorem prædicat ſua radice* Arabùm Princeps. Caligaſti, nunquàm vidiſti apud Ariſt., *miſtum* in eſſe conſtitui per temperamentum. Exterge ſpecilla, magiſq; animi ſordes, & depoſita peruicacia fatère in poſterùm, euidentiſſimè diſtinguere Philoſophum in contextu à te producto Temperamentum à Mi-
Pl. Ar. de G.C. ſtione *conceptis verbis, & conſultis. Compoſitio enim erit, & non temperamentum, neq; miſtio, neq; habebit eandem rationem cum toto pars.* profectò

Non ſat dicitur, quod nunquàm ſatis diſeci.

1 de S.C. 183. *Elp. Et miſtio, quæ miſti generatio eſt, ſi non miſcibilium, terminari ad temperamentum.*

Tyr. Quot verba tot errata. In primis non diſtinguis mi-

ſtionem

ſtionem à miſti generatione, reclamantibus optimis quibuſq;, & rei natura. Hanc diuerſam agnoſcit, traditq; Supremus Naturæ à ſecretis, quapropter diuerſæ quinetiàm inter ſe erunt miſtio, & miſti generatio. Præterea, in miſtione primæ omnes qualitates agunt ad inuicèm, tùm actiuæ, tùm etiàm paſſiuæ, in miſti generatione duæ agunt, & duæ patiuntur. In miſtione qualitates ſecundùm primas ſuas operationes concurrunt, in miſti generatione ſecundùm ſecundarias, *terminare* nempè, *& terminari*. Præterquamquod miſtionem ſeiunxit euidentiſſimè Philoſophus à generatione in cont. 83. abſte citato, perquàm tibi infenſo, vt mòx audies. 1.*de G.C.* 4.*Meteo.*

Elp. (*Si non miſcibilium.*)

Tyr. Quid ſibi vult hæc tua parenteſis? Primùm nihil de propoſito ibi Ariſt., deindè, neq; poterat abſq; irriſione tantus Philoſophus docere miſtionem eſſe *miſti generationem, non miſcibilium*. Non ne miſcibile dicitur ad miſtionem, tanquàm materia ad formam? at materia quùm ſit principium, priùs origine erit ijs, quæ ex ipſa conſtitui dicũtur, ſecùs in generatione ſimul, & generaretur materia, quod auribus Ariſtotelis fuit hucuſq; inauditum. Et verò in Auctoribus euoluendis maximum contingit, idemq; non par infortunium, nempè, & intelligendo peruertere, & non intelligendo negligere, quæ traduntur placita. Primùm, vt audis, iàm violaſti, neq; à ſecundo abſtinuiſti. Nàm ſi ex animo, quæ tradit Ariſtot. in allato abſte loco perpendiſſes, dubio procùl, quæ conueniant ad miſtionẽ, & quæ debeat miſcibilium eſſe natura deprehendiſſes; ita vt nominatim Philoſophus, & compellet, & inepta excludat à miſtionis opificio: Scilicèt neq; pabulũ miſceri igni, neq; alimentum corpori. *At neq; accidens ſubiecto, omninoq; nec affectiones, nec habitus licet miſtos eſſe rebus. Incolumia enim cernuntur*, quod ſuperiùs te monueram ex Alexandro. Quin eiuſdem nomine rursùs te monet Flamminius Nobilius, *affectionum* nomine, præter figu- *com.t.cit.*

ras,

ras, ſignificari quinetiàm & *formas*. Inſupèr docet Ariſtoteles, neq; accidentia miſceri poſſe ad inuicèm, *vt album, & ſcientiam*; hìc verò ſugillat tuum accidentale Temperamentum. *Neq; eorum, quæ ſeparari nequeunt aliud quicquam*. Nunc vero tandem, non ſecusàc ſuperiùs, eliminat, nullamq; ſpem reliquam facit tuo eſſentiali Temperamento, vtpote quod ex *qualitatibus* illis *habitualibus* tibi conſletur, quæ inſeparabiles ſunt à materia in Schola Ariſtotelis, non in tua, qui formas vagas facis, & materiæ aduenas, non inquilinas. Quapropter tu, qui pro vno, eodemq; habes *Miſtionem, & Temperamentum*, iurè ab Ariſtot. carperis poſt tot ſæcula. *Hoc verò non rectè dicunt illi, qui omnia interdum ſimul eſſe inquiunt, & miſta*

l. cit. *eſſe. Non enim cuicunq; quoduis miſceri poteſt, ſed vtrunq; eorum, quæ miſta ſunt, ſeorsùm conſiſtere oportet. affectionum*

In Pan. *verò nulla ſeorſum*. Tum Plautus

Canes compellunt in plagas lepidè Lyeum.

Elp. Terminari ad temperaturam, eſſentialiter differre à compoſitione, ſpecificariq; per Temperamentum.

Pl. *Tyr. Ipſus illic ſeſe iàm impediuit in plagas*.

Miſtio vt eſſentialitèr differt è compoſitione, ſic à Temperamento: quod egregiè ſignificauit Ariſtoteles, prout dudùm tibi indicabam. Miſtio verò, neq; *terminatur ad temperaturam*, neq; per *Temperamentum ſpecificatur*, quùm miſcibilibus, vt talibus, per Temperamentum terminari, vel ſpecificari repugnet. Tua verò prouidentia factum eſt, vt dum promoues, & eleuas *tuas habituales, & actuales* ad mixtionis Præfecturã, miſerè allidas eaſdem, deijciaſq; à dignitate, quam olim eis conciliaueras *duplicis* conſtituendi in miſtis *Temperamenti*. quapropter te

Pl. *Probè meditatum vtrumq; duco*.

Elp. Motus autem ſpecificari, determinari, ac differre per ſe

per

per terminum ad quem tendunt, non autem per vltimam diſpoſitionem, diſcere poteras ab Ariſt. 5. Phyſ. t. 4. et ſeqq.

Tyr. *Sed ego ita eſſe, vt dicis, teneo pulchrè.* Pl. in Mil.
Quid opus nota noſcere?

Sugillant nonnulli tuam vaniloquentiam, malamq; fidem in Auctorum placitis recenſendis: nam cùm Ariſtot. illud tantùm habeat loco à te citato, *Magis autèm ab eo in quo, quàm ex quo mouetur, denominatur mutatio*, tu omnia peruertens, ſuppreſſa denominatione Ariſtotelica, ſubſtituis, *Specificari, determinari, differre per ſe, non per vltimam diſpoſitionem*. Sat nobis erat aliud agentibus, & aliò properantibus, tuum hoc farcimen noſtris non officere, vt ſuperiùs audiſti, & commodè in te poſſe retorqueri.

Motus per terminum ſpecificatur, non per vltimam diſpoſitionem,
Sed Temperamentum eſt vltima diſpoſitio ad miſtionem,
Miſtio igitur non ſpecificabitur per Temperamentum,

ſed erit conditio præuia, atq; neceſſaria ad omnem miſtionem: ita vt ſi enunciare fas ſit, Omne miſtum eſt temperatum, non liceat tamèn inferre, quod ſi temperamentum in omni miſto reperiatur, futurum ſit forma miſti, & terminus ad quem miſtionis motus properet; ſed conditio ſine qua non abſolui poſſit miſtio, quæ *alteratorum miſcibilium eſt vnio*.

Elp. *Sin autem ſermo ſit de miſtis animatis, vt in ijs Temperamentum eſt vltima diſpoſitio, ſi placet, ad formam, quæ anima eſt.*

Tyr. Quin omnibus *placet* Temperamentum eſſe vltimam diſpoſitionem ad introducendam animam, eamq; in ſubiecto ſibi corpore conſeruandam, qui animam à Temperamento diſtinguere, veræ lucis iubare præeunte, nouerunt. Perſta in propoſito, caue ne vacilles.

Elp.

Elp. Ita non dabit tibi Themiſtius, neq; Ariſt., nec meus Vlyſſes, illam diſpoſitionem vere accidens eſſe, ac eſſe non poſſe ſubſtantiam.

Tyr. Nil ad rhombum. Erat tibi in votis probare Temperamentum non eſſe vltimam diſpoſitionem ad formam introducendam, vel conſeruandam, malè ceſſit in miſto inanimo, tentas nunc id in animato. Reuela tuos conatus. Negas ne Temperamentum eſſe vltimam diſpoſitionem ad animam? at illud dudùm admiſiſti: proh quam obliuioſus es non dudùm, ſed olim profitebatur tuus Therſites

de Sp. v. c. p 191. de b q. d. lib. 4. c. 7. *Temperamẽtum eſt vltima diſpoſitio ad ſubeundam animam in formam actu viuificantem, —— in viuente nectit animam corpori,* non igitur introducit tantùm, verùm & illam conſeruat. Quin ſecùs tuus *pſeud-Vlyſſes* credidit olìm.

de Sp. v. t. p. 309. audi tibi repugnantem. *Sed tamèn ob hæc nobis à priſtina ſententia diſcedendum non eſt; quia in primis abſolutè non diximus præcedentem formam eſſe præuiam diſpoſitionem materiæ ad futuram, ſed eſſe vt præuiam diſpoſitionem: quare concedentes apparatum materiæ ad formam eſſe qualitatem alteratione acquiſitam, non formam ſubſtantialem &c.* vide proindè quam male ſis in amicum officioſus, aut veſtrum vterq; obliuioſus. At faceſſat tuus *Therſit-Vlyſſes*. Quid igitur? alias vis eſſe diſpoſitiones ad animam recipiendam, quæ ſint ſubſtantiæ? Dic mihi ſodès; vltimaſne? Si neges, quid mihi officiunt tuæ artes? ſin affirmes, tibi aduerſaris, qui vltimam conſtituiſti pridèm *Temperamentum*. Vel non iurato crede Elpenor.

Sapientia vino obumbratur.

8. Met. t. 10. *Elp. Nam Ariſtoteles decernit formas ſubſtantiales eſſe ſicut numeri, proindeq; in eodem miſto formam genericam ſe habere ad ſpecificam, vt ſubſtantialis diſpoſito ad formam.*

Tyr. Inconſultis Grammaticis, vt incongrua veteris loquutionis ſtructura, vereq; tua, ſic Ariſtoteli imponis, eiuſq; mentem,

mentem, nec percipis, ſed peruertis. Audi Præceptorem in loc. à te citato, qui analogiam, proportionemue quandam inter definitionem, & numerum conſtituit; ſit etiam inter definitum, quod Alexandro non diſplicere obſeruo. *c. l. cit.* Eſto prætereà inter numerum, & formam, at illud te moneo, *formam totius* hìc agitari ab Ariſtot., non *partis*, proindeq; irritum euadere omne patrocinium, quod tu ab Ariſtotele ſperabas pro forma *partis*. Solam verò *totius formam* hìc ab Ariſtotele conſiderari, prætèr vnanimem meliorum conſenſum, necnon rerum earum naturum, quibuſcum coincidit, *quidditatem*, nempè, & *Definitionem*, monere te poterant ſimilitudines productæ inter numerum, & formam, quæ quidèm vt egregiè aptantur *formæ totius*, ſic non parùm deflectunt à *forma partis*. Examinent hæc alij per ocium, illud namq; mihi ſupereſt modò negocij, nempè, vt tuas detegam technas, atq; impoſturas. Nam dato etiàm, quod tamèn falſum eſt, Ariſt. l. à te citato decreuiſſe formas eſſe ſicut numeros, quid ſibi vult illud, *proindèq; in eodem miſto formam genericam ſe habere ad ſpecificam, vt ſubſtantialis diſpoſitio ad formam*. Quis veſtrum hæc infert? Ariſtoteles, àn tu? Non quidèm Ariſtoteles, quod patet legenti; tu igitur: quin tuam dubio procul olet lucernam bella hæc illatio.

Formæ ſubſtantiales ſunt ſicut numeri,
igitur *Forma generica eſt ſubſtantialis diſpoſitio ad formam ſpecificam*.

Verùm edoce nos, quæ nam ſit hæc *forma generica*, per quàm ſit hoc aliquid, atq; ſubſtantia compoſita: hucuſq; enim docuerant nos Sophiæ Proceres, formã vnamquãq; conſtituentem compoſitum, ſemper eſſe debere ſpecificã, ne dicam indiuiduam. Quin tuus Pſeud-Vlyſſes non negauit *formam, quæ non tribuit eſſe ſpecificum, non eſſe informantem*. *de Int. Ag. l. 4. c. 9.* At Egregius Flamminius Nobilius deridens rude hoc monſtrum, aſſeuerabat, *cum Embryo eſt animal, eſt ſpeciale animal, non generale: alioquì prædicaretur de ſpe-* *De G. C. com. lib. 1*

 ciebus

tiebus animalium. Genus enim de ſpeciebus prædicatur. Nunquam igitur adeſt forma generalis, quin aliqua ſpeciali contineatur. Neq; melius ſentis, dum formam appellas

Alex. 2. Met. t. 56. *ſubſtantialem diſpoſitionem*, nam diſpoſitio quælibet eſt accidens, quomodocunq; ſumatur, & quocunq; modò afficiat materiam, & ex Magno Alberto

in 1. Phyſ. *diſpoſitio ſit per accidentia inclinantia materiam magis ad vnum contrariorum, quam ad alterum.* Accidit vero præuiæ formæ diſponenti, vt ſit ſubſtantia, & forma: nam ſubſtantia eſt ens abſolu-

2. Phyſ. t. 16. Ammon. Alex. 1. N. Q. tum, non reſpectiuum, nullumq; continet forma reſpectũ, niſi ad propriam materiam; vt talis verò illud habet, vt *exornet materiam*, eamq; faciat *eſſe actu*. Manet igitur adhuc inconcuſſum illud effatum,

Temperamentum eſſe vltimam diſpoſitionem ad recipiendam in miſtis quibuſq; formam, eamq; in ſubiecto conſeruandam.

1. Phyſ. t. 16. *Elp. Vin verba Themeſtij? en ait, quemadmodum aliud eſt animal, aliud ſuum animali eſſe &c.*

Pl. in Mil. *Tyr. Neq; te remoror, neq; te tango, neq; te taceo.*

Tria equidèm habet Themiſtius in loco à te producto, quorum duo tibi aduerſantur, tertium non fauet. Docet ille primùm diſtinguere eſſentiam ab eſſe, quod tu hucuſq; ignoraſti. Prætereà ſtatuit vltimam hominis formam eſſe

de Int. Ag. lib. 3. Intellectum Agentem, præter ea, quæ quandòq; tu profeſſus es: cur erat igitur, vt produceres aduerſarium, quem tunc impugnaſti, contra te modò ius dicentem? An forsàn pro connata tibi inconſtantia, Themiſtij ſigna nunc ſequeris? Tertium verò, quid tibi conducit, ſi totum admiſero diſputationis gratia? nempè quod Intellectus Agens *ſit forma formarum*, & quod *inferiora cætera, modò ſubiectorum loco, modò formarum habeantur*. Inſupèr ſi illud condonem, *ordinem naturæ, ac proceſſum hunc eſſe, vt reſpectu inferiorum ſuperioribus vice formarum vtatur, reſpectu*

ctu ſuperiorum inferioribus loco materiæ. Inſupèr ſi dedero etiàm, quòd inferiores hæ formæ ſint vera materia, quod tamèn falſiſſimum (nam forma, & materia diſparata ſunt, duoq; rerum principia, non vnum) attamèn requirit materia ſuum apparatum priuſquàm digna ſit formam induere. Proximè verò materiam diſponit Temperamentum, quod non negaret Themiſtius, neq; cordatus quiuis Sophiæ ſectator. Cedo manum, Elpenor, quid ſi tuum inducam Therſit-Vlyſſem mihi ſubſcribentem? At illud priùs memoria recolas, vnum idemq; illi eſſe Temperamentum habituàle, & calorem naturalem animantis, quod non ſemèl in hoc Apologo, non ſecusàc alibi repetit. Commoda illi aures. *Qua quidem in re quùm notum cuiq; ſit calorem naturalem, haud ſolùm illud eſſe inſtrumentum, quo anima corpore adiuncta vtitur ad operandum, ſed eſſe præterea vinculum, quo anima primùm corpori iuncta fuit, & ad vſq; internecionem corpori aſſociata detinetur. Euidens id etiam cunctis eſſe debet, calidum ſola ſui præſentia corpus diſponere, appararéq; ad animam, eamq; corpori adiungere, adiunctamq; retinere,* recole prætereà, quæ habet ille in calce Apolog., *Anima corpori nectitur, ac in eo conſeruatur vinculo, & beneficio caloris naturalis, qui eſt vltima diſpoſitio corporis ad animam.* —— *Ita proculdubiò anima, quæ dicitur in corde velut ignita, duplicem in corde calorem ſupponit, habitualem intelligibilem de genere ſubſtantiæ, qui forma cordis eſt, qua miſtum corpus eſt, nimirum eſſentiale cordis temperamentum.* Repudiabis ne?

l. 1. de or. a. b. c. 11. p. 61. l. 3. de b. q. d. c. 64. p. 161. p. 162.

Socium tuorum conſiliorum, & participem conſiliarium? Pl. in Mil.

Elp. Quum autem diſpoſitio religatur ad materiam, vt propterea dicens Ariſtoteles ad aliam formam aliam eſſe materiam, ſuum hoc placitum alibi conſentaneum veritati demonſtret, inquiens.

Tyr. Quod nam *placitum?* *Oedipo* namq; egemus nunc

coniectore, vt aſſequamur quid intendas, quouè arcum ten-
5.Metap. das. Non quælibet diſpoſitio redigitur ad materiam, non quæ dicitur *habentis partes ordo*, neq; illæ, quas *præuias* noſtri dicunt, Græci verò προδρόμους διαθέσεις, Ariſtoteles παρασκευὰς, apparatus nempè: ita vt ſi colliment hæ, atq; abſoluant quibuſdam Peripateticis, non alibi terminentur præterquàm in ſubſtantiam. Sin verò ſecùs fiat, neq; compoſiti ſubſtantialis attingant generationem, nouæq; formę ſubſtantialis introductionem, non ad materiam referantur, ſed ad formam, eamq; accidentalem teſte Alexandro. Quod ſi generatio tibi eſt motus, & tẽpore abſoluitur, incautus es, qui diſpoſitionem ad materiam redigas, quùm tamèn ex hac theoria non repugnet fieri mutationem inſtantaneam. Sed redigatur diſpoſitio ad materiam, quid cohæret hoc placitum cum ſubſequenti? *ad aliam formam alia materia*. Nonnè ſuperiùs audiſti formas nunquàm verè in materiam cedere, ſed ex modò tales à nobis concipi, & Ariſt. l. c. de proxima formarum materia verba facere. Fluctuas animo, infælix, nam qui pridèm contendebas diſpoſitionem eſſe ſubſtantiam, & formam, modò contendis eſſe materiam, mòx verò expecto inter compoſitas ſubſtantias à te fore recenſendam, vel tandèm in nihilum abituram.

Hic Dux? hic ille eſt Pædagogus?

Elp. In hominis generatione primis diebus, vt ſemen, ita conceptum, & Embryum eſſe ſola præditum anima vegetali, per quam materia conceptus, ac menſtruum diſponitur ad animam ſenſualem, quam procedente tempore fœtus recipit, dum ex vegetante fit animal.

Tyr. Cribro hæc tua, quô tuam pandam inconſtantiam, noſtris ſiquidèm nil officiunt, vt ſuperiùs extorſi tuimet depoſitione. Quicquid ſit de animatione ſeminis carpere modo ſuperſedeo, aliàs opportuno in loco rem audies, vel tibi inauditam, vel parùm gratam. Damno nunc multi-

formem tuam doctrinam, incuſo obliuionem, ni tamen copioſum *vinum* eximat te à culpa. Nonnè alicubì hæc protuliſti? *Atq; hinc eſt, quod ſperma dum è corpore patris eiaculatur non intellectiuam, ſed ſolùm retineat animam vegetalem, ac ſenſitricem ab intellectu ſeiunctam. Illæ animæ humanæ partes in ſemine permanent ea ratione, quia quantæ &c.* —— *Nihil ergo mirùm, nihilq; impoſſibile eſt in humano ſemine, dum coitu eiaculatur, permanere partem animæ noſtræ rationis expertem citra intellectiuam.* Congruunt ne hæc cum ijs, quæ dudùm profeſſetur es, *animam ſenſualē recipi procedente tempore, & primis diebus, ſemen, conceptum, & Embryum ſola vegetante eſſe prædita?* an verò è diametro pugnant? Duo percunctor, quid eſt, quod tu diſtinguas *materiam conceptus à menſtruo,* necnon *à ſemine,* quod ſuperiùs recenſueras? Nùm ad conceptum conſtituendum aliæ coeunt materiæ præter *ſemen, & menſtruum?* Verùm neq; ſapit peripateticos latices, ſemen dicere materiam, vel diu incubans ipſum immaginari, quod tutè quandoq; profiteris, accerſito inſupèr in partes ſemine materno, quæ vaniſſima ſunt, vt audies propediè in noſtra tractatione de *Regia Animæ.* Alterum quod difficultatem incutit, eſt duplex officium, quod vegetali iniungis, & diſponentis, & promouentis. Illud inquam præter ius, faſq; eſt, vt ſibi incommodet, quòd alios prouehat vltra domeſticas facultates, & extorqueat, atq; accerſat tui exemplo, ſibimet ruinam.

3. de Or. A.b.c.12.

de Conſ. f.

Iubeas, ſi ſapias, porculum afferri tibi. Pl. in Men.

Elp. Qui fætus per animam ſenſitricem vltimo diſponitur ad animam rationalem, quam deniq; recipiens fætus, tandem fit homo. Verba Magiſtri clariſſima leguntur. Conceptum enim &c. 1. de G. Al. c.3.

Tyr. Pro ſano loqueris?

Dic tu; rationalis eſt anima, necne? an temperamentum

eſt

eſt vltima diſpoſitio ad animã, vt dudùm audiſti, quis dubitabit proindè ſenſitiuam excludere ab vltimæ diſpoſitionis officio. Quod ſi ſenſitiua eſt vltima diſpoſitio ad Intellectiuam, nilq; mediat, neq; rei, neq; temporis inter vltimam diſpoſitionem, & formam, cur differt ſuum aduentum Intellectiua anima, ac *tandem fit homo?* cur non eodem inſtanti fit ſentiens, & intelligens, animal & homo? Sin expectas apparatum organorum, quod tuus quandòq;

lib.4. Promotor enunciauit, miſer fies expectando, nam quæ vides, ſingulaq; ea, quæ obſeruant Anotomici organa, vel reintegra poſſidet ſub Senſuali fœtus, nullo inſupèr fabrefacto aduenientis Intellectiuæ in gratiam. Profectò Nouum hoc organum, quo Intellectiua vteretur, nunquàm vidit

In libb. de Anima. Ariſtot, oculatior tu ſpecillorum perpetuò vſu, forsàn indagaſti: ne ſupprimas *Nouum* hoc tuum *Inuentum*, immortales tibi habebunt, referentq; gratias Sophiæ, reiq; Anatomicæ candidati, magna, quam ambis vſq; ad ſtomachum, tui nominis celebritate. Quòd ſi nouo non indiget organo Intellectiua, quin nullo, ad propria exercenda munera, neq; ſtatim aduenit, dubioprocùl aliam expectat in fœtu diſpoſitionem, hæc verò nulla alia, prætèr congruum temperamentum, quo corpori fabrefacto iungatur. Decebat ne aſinum, & hominem, hunc & braſſicam eodem pollere temperamento? non tàm abſurda hæc, quàm & ridicula cenſent, vel qui verrunt Forum Litterarium. *Clariſſima* equidèm leguntur *Magiſtri verba*, niſi ea tenebris tu inuolueris, quod hìc, & alibi paſſim pręſtas ex induſtria: immò neq; reſipiſcis; quin priorem tuam ſententiam de ſeminis animatione ab anima ſenſitiua parentis, tenebrionibus tuis diuendis. At verò neq; dùm præſentem tranſcribis contextum, tuæ opinioni aduerſantem Ariſtotelem ſubolfacis, quamquàm prægrandes ſat ſuperq; ſint tibi nares.

Perſ. *Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaq; ſanna.*

Elp.

Elp. Vt igitur vegetalis anima ſubſtantia eſt, etſi ſit vltima diſpoſitio conceptus ad animam ſenſitiuam, ac veluti ſenſitrix anima ſubſtantia eſt, & ſi ſit vltima diſpoſitio ad animam rationalem.

Tyr. Non potuit paucis plura malè *proloqui.* Nonnè *ſolum calorem ſui præſentia corpus diſponere, appararéq; ad animam, eamq; corpori adiungere* quandóq; tu dixiſti? Igitur vel mendax es, vel obliuioſus, vel peruerſus, is ſcilicèt, *qui peruersè peruertit*. Non denegabo tibi illud ſuperpondium. *Pl. in Men.* *Pl. in Amph.*

> *Inter vltimam diſpoſitionem, & formam nihil intercedit temporis, ſecùs, vel refrigeſceret actio, vel daretur vlterius vltimo.*
>
> *Sed inter vegetam, & ſenſitiuam intercedit tempus, vt apertè Ariſt. in loco à te producto.*

igitur vegeta non eſt vltima diſpoſitio ad animam ſenſitiuam, quod totiès ad nauſeam vſq; replicaſti; parq; eſt ratio ſenſitiuæ ad rationalem, vt audiſti ſuperiùs. *Tertius Cato ſuis iam alis capitur, tollat te, qui non nouit.*

Elp. Ita temperamentum eſt forma ſubſtantialis miſti, licet vltima diſpoſitio ſit ad animam vegetalem, ſeu ſimpliciter acceptum in viuente noſtrate.

Tyr. In vino veritas. Quid igitur tantas hucuſq; excitaſti turbas? ſi temperamentum eſt vltima diſpoſitio, non ſolùm ad animam vegetalem, ſed ad *animam ſimpliciter acceptam,* proindeq; ad omnem animam *in viuente noſtrate* ſublunari nempè, quùm cæleſtia præſtantiori fruantur genere vitæ. Caue, *ne calculum reducas.*

Elp. Cæterum Temperamentum eſſe ſubſtantiam addiſcere poteras ex alio loco Philoſophi, quin & ex Galeno.

Tyr.

Luc. *Tyr.* En *Salpum*, & *Theramenis* κόθορνον. Audiam, quæ depromis ex Præceptore, ſiquidèm Galeno hac in re minimè faturus ſim audiens, qui varius, dubius, quandòq; & impius. Iterùm caue tu, *qui picem tractas, ne ab ea inquineris.* Prou.

Elp. Ex Ariſt. quidem, qui monet Empedoclem ab ipſa veritate ductum confiteri ſubſtantiam, atq; rerum naturam eſſe formam, vt quum definiens os aſſerit id non eſſe vnum Elementum, non duo, non omnia, ſed miſtionis Elementorum rationem. 1. de P. Al. c. 1.

Tyr. Quî monet Ariſtoteles Empedoclem ſuperiore iàm ſæculo vita functum? durior equidèm fuit illa pronunciaea, quàm nunc ſubeo inuitus, Senem admonendi. Quapropter Ariſtot. diutiùs ſe traduci, haud paſſus eſt. *Verùm hæc ille, ſi alius diceret, neceſſariò conceſſiſſet, dilucidè verò non dixit.* De te verò prorſus deſperaret. 1. Meta. t. 86.

Elp. Eſt autem ratio miſtionis Elementorum proprie id quod temperamentum appellamus.

Tyr. Si Galenum conſuluiſſes, profectò non eſſes modò neſcius, Peripateticis ſolas qualitates temperari per ſe totas inuicèm, Stoicis verò, & ſubſtantias. Quin temet agnouiſſes Empedoclis ſectatorem, qui prout ibi locorum refert Galenus, credebat compoſitum conſtare ex quatuor Elementis immutabilibus, ſed ad minima deductis. Rigidæ verò, atq; infractæ perſtant tuæ habituales qualibet Elementi in atomo. Docuiſſet inſupèr te hanc theoriam. *Quotieſcunq; enim ex pluribus quippiam componitur, ſi ea, quæ in compoſitionem veniunt, qualia ſunt, talia ad extremum vſq; durauerint, nunquàm id profectò nouam vllam, aduentitiamq; adipiſcetur formam, quæ in ijs non præfuerit, è quibus conſtituebatur.* Applica modò ſtrenuis *tuis habitualibus*, nil igitur nouum ex illis emerget. Audi rurſus eundem è re Galenus com. lib. de Natura huma na. Galenus 1. de Elementis. loc. cit.

è re noſtra loquentem. *Quod ſi ea multifariam varientur*, nota, *transmutentur*, *& alterentur*, *poterit tunc in compoſito aliquid ſuboriri, quod ab ijs, quæ priùs in primis illius Elementis reperiebantur ſit generis alterius*. Ad hoc igitur, vt compoſitum alterius euadat generis ab Elementis ipſum componentibus, neceſſe eſt, vt hæc, præter alterationem, tranſmutationem quinetiàm experiantur, & abiectis antiquis formis nouam admittant, quæ quidèm erit *ratio* Elementorum, & vera miſcibilium *vnio*. Laudat proindè Empedoclem iuremeritò Ariſtoteles, quòd ille à veritate cogeretur fateri, non eſſe os vnum ex Elementis, non duo, aut tria, *ſed miſtionis Elementorum rationem*. Ratio verò, quàm λογον ſua lingua dixit Ariſtot., formã ſignificat, eamq; ſubſtantialem, quod notabat etiam Eruditiſſimus Sekenkius. Quin ipſimet Ariſtot. l. c. ex animo temonet. *Nam & Empedocles os ratione conſtare dicit, hoc autem eſt quidditas rei, ſubſtantiaue. Atqui ſimiliter, & carnis, cæterorum cuiuſq; rationem, vel nullius eſſe oportet. Ob hoc enim & caro, & os, & vnumquodq; cæterorum eſt, & non ob materiam, quàm ille terram, ignem, aerem, atq; aquam eſſe dicit*. Forma igitur miſtionis, atq; miſti erit præter Elementa, & Empedocli, & Galeno, vt audiſti. Verùm tu formam conſtituebas miſti Temperamentum, illudq; neceſſariò accidentale, vtpotè ex puris accidentalibus conſtitutum, quod neq; tibi negare fas eſt. Qua facie verò, quod ex *qualitatibus tuis actualibus* compaginatur (quæ mera ſunt, vel tibimet accidentia) ſubſtantiam dices? forsàn ex non ſubſtantijs ſubſtantiam cõſarcies? An tibi hoc erit tàm facilè, quàm ex qualitatibus non mutuò ſe laceſſentibus, neq; intenſioni, vel remiſſioni obnoxijs introducere Temperamentum nouo iure, illudq; formæ ſubſtantialis dignitate honeſtare? Vt igitur receptui canam, ſi *temperari*, atq; *Temperamentum* ſolas reſpicit propriè qualitates in Peripato, *miſceri* verò eſt ſubſtantiarum per ſe ſubſiſtentium, vt te ſuperiùs erudiui ex

lib. de Cal. inn. 1. Met. t. 86.

Ariſtotele, quem modò idem Auctor formam miſti indaget, eamq; dicat eſſe, non Elementa ſeorſum, ſimulue iuncta, ſed *miſſionis Elementorum rationem*, inertiſſimus es, qui transferas ad Temperamentum, idq; tibi accidentale, & congeneri cum Elementis qualitate præpollens, quod tamen dubioprocùl formę ſubſtantiali debetur, quam alibi

1. de G.C. *Vnionis* nomine Philoſophus indigitauit.

Næ ſapit hic pleno pectore?

Quod A. m. c. 3. *Elp.* *Ex Galeno verò, qui perſpicuis verbis tuam opinionem reprobat, inquiens primum itaq; de ſpeciebus animæ conſideremus &c.*

Tyr. Si quid aberrauit Galenus in Temperamenti natura euehenda, venia non indignum iudicant, quicumq; norunt Medicum eſſe artificem ſenſatum, & cui munus tan-

2. Phyſ. tùm incumbit os cognoſcere, & neruum, *non ſimpliciter, ſed vſq; ad aliquid*. Quapropter quùm ex commoda, incommodaue temperatura experiatur conſeruari, vel deſtrui miſtum, hanc ſibi pro forma, fineq; præſcribit. Hùc collimant eius ſtudia, vt hanc præſentem, quantùm in ſe eſt, conſeruet in humano corpore, vel abſentem reuocet: ſui verò muneris haùd eſſe retur diſtinguere principalem

l. c. de Vi. Reſ. 1. de Pl. H. P. 7. de V. P. 5. Simpl. Co. in 6. epid. c. 5. t. 5. cauſam ab ea ſine qua non, vtpotè rem altiori egentem indagine. Quapropter candidè Galenus faſſus eſt eodem cap., ſe latere qualis nam ſit animæ ſubſtantia, quod & alibi ſæpius repetit; idemq; auctor teſtis à nobis inductus fidem noſtris modò faciet dictis. *Siue autem tota cerebri natura ex quatuor Elementorum temperatione ad eam ſubſtantiam, vel proprietatem redacta ſit, per quam ſenſus, motuſq; voluntarij in animali primus auctor habeatur, & memoriæ ſcilicet, & intelligentiæ, ſiue quædam alia vis corpore vacans à noſtro Conditore cerebro indita fuerit, & morientibus animalibus recedat, nullam hac de re firmam rationem habeo, quin & eos, qui de hoc quicquam affirmauerunt, audacia magis, quàm ſapientia nobis antecedere exiſtimamus.*

Cæte-

Cæterùm Medicis quoq; ſuperuacuum de Animæ ſubſtantiæ notitiam eſſe arbitror. Satis enim eſt Artem Medicam cum ratione tractantibus, illud noſſe, quoad ſcilicet ipſius cerebri, ac ſpiritus in eius finibus contenti naturalis temperies inuiolata ſeruatur, viuere poſſe animal, ſi verò contentus ſpiritus, aut prorſus conſumptus ſit, aut à naturali temperatura vnà cum ea, quæ in cerebro eſt, longiſſimè diſceſſerit, mortem neceſſariò ſequi. Hæc agnoſcens Medicus, ipſorum bonæ temperaturæ, ac permanſioni ſemper conſulet &c. Vt vides nil tibi conducit Galenus, & præter id, quòd tecum non conuenit, qui in morte ſeruari reliquas animas cenſes, neq; poſt rationalis diſceſſum interire ſtatim hominem (quæ quidèm noua eſt, execranda, igneq; expianda opinio, niſi eam abiuraueris) te inſupèr monet *ex quatuor qualitatibus*, non octo, *vnam fieri temperaturam*, non duas, *& animæ ſubſtantiam eſſe quodammodò temperiem*, non ſimplicitèr animæ ſubſtantiam, ſed quemadmodùm loco à nobis producto ſuperiùs ſemèl explicauit. Neq; tandèm tuæ conſulens eruditioni illud reticet, nomen temperaturæ in ſua Schola, tàm quatuor qualitatibus, quàm & corporibus *humido, calido, frigido, & ſicco* deberi, quod & nonnullis ex Græcis attriſiſſe obſeruant, qui eorum lectioni ex animo incumbunt.

Ecaſtor pariter hoc, atq; alias res ſoles. *Pl. in Men.*

Elp. *Cæterum, quod etiam paullò poſt adiungit Galenus aſſerens. Sed id ipſum hoc ſatius dixeris mortalem partem animæ corporis eſſe temperiem: hoc enim ſupra commonſtrauimus. Eſt igitur temperatio cordis iracunda pars animæ, Iecoris, ea quæ à Platone concupiſcibilis, ab Ariſtotele Altrix, & Naturalis vocatur.* *Gal. l.c. cap. 4.*

Tyr. At verò Iunius Paulus Craſſus Patauinus, fidus Galeni Interpres, dearticulatum à te auctorem ſic reſtituit. *Satiùs autem dictum fuerit, non morem gerere, ſed ipſam hanc mortalem animam corporis eſſe temperiem, ſupra enim morte ob-*

noxiam noſtram corporis eſſe temperaturam monſtrauimus. Cordis quidèm temperies iracunda anima eſt, Iacinoris verò à Platone vocata deſideratrix, alumna nauè, & deſideratrix ab Ariſtotele.

Elp. Id inquàm non ita eſt accipiendum, quaſi velit Galenus animam eſſe formaliter Temperamentum.

Tyr. Vix reſtitutus Galenus denuò à te exagitatur. At ille tuam veritus ſæuitiam, trepidans deponit, nunquàm ſibi ſatis exploratam fuiſſe animæ naturam. Hinc factum, vt qui animam dudùm dixerat temperaturam, mòx vſq; ad ſydera extollat calorem innatum, & naturam profectò, & animam nihil aliud præterquàm hoc exiſtere aſſeueret. Verumenimuerò qui futurus ſit locus reliquus Temperaturæ non conſpicor, quæ tamèn tantùm in rationalem partem valet, vt prę illa varientur, quinetiàm rationalis animę functiones: Hoc verò Galeno ſuadebat mortalem partẽ, non tantùm eſſe temperaturam *formalitèr*, verùm, & nobiliorem illam, quàm Plato abſq; demonſtratione tradidit eſſe immortalem. Ita vt iàm euidentèr pateat, quòd alia alio tempore Galeno fuerit mens de Animæ eſſentia. I nunc tu, & lubricam *anguillam folijs* tuis *ficulneis* cohibe, atq; prædare, ſi vales.

De Rig. Trem.

Elp. Licet pro nobis eſſet, ponens hac ratione calorem eſſe ſubſtantiam.

Tyr. Peruersè vides, & ſentis. Calor in animalibus eſt ſubſtantia Galeno ex ſubſtantijs conflata per ſe ſubſiſtentibus, & ex propria forma; quod ſuo audies loco. Inſupèr diuerſa reperies temperandarum rerum genera apud Galenum, qui docet, quomodò ex Elementis conſtent miſta, necnon agnoſcit animalium proximã materiam ſanguinẽ, & ſemen. Tandèm verò temperies Galeno eſt corporum, & Elementorum, vt dudùm ab eo audiſti: quĩ igitur tuis ſuffragaretur *Inuentis* Pergamenus? vel pro *tuis* pugnaret *qualitatibus*, ſi animalium calorem dixerit eſſe ſub-

de Plac. H.P.

ſubſtantiam, quod totiès ille monet,& repetit, quamquàm nullo prouentu hucuſq; te *Laterem lauauerit*.

Elp. *At ſolùm id quo proximè nititur in corpore ſubſtantia animæ, nimirum ſubſtantialis forma, miſti materiam proxime diſponens ad animam*.

Tyr. Vide quam bardus ſis, quamq; cæcutias. Subſcripſiſti tu ſuperiùs noſtris, quæ modò impugnas, inducis modò Galenum ſubſcribentem, quod Temperamentum ſit illud, quo proximè nititur in corpore ſubſtantia animæ. Nimirum tua feſtinantia in libris euulgandis, vel euomendis, cæci fœtus, & informes, quin deformes prodeunt abortus, & monſtra ad ſilicem allidenda, vel è rupe præcipitanda, priuſquàm libera perfruantur aura. Quid tibi vis cum illo tuo, *nimirum ſubſtantialis forma*, imperat ne hoc rei neceſſitas? infert ne ſic Galenus? vel tu potiùs, prout ſuſpicor? Forma ſubſtantialis facit rem eſſe actu, neq; minùs actus actui repugnat, quàm rem in ſuo eſſe perfectam conſpirare in ſuimet perniciem. Quantumcunq; verò ſubordinentur formæ,ex ſui intima indole,neq; aduenam appetent, & ad eam capeſsendam nonniſi per accidens erunt diſpoſitiones compoſiti, quod verè exornari, ac perfici debet. Implicat prætereà eſſe actum, & diſpoſitionem, cum ille ſit perfectio, & finis, hæc verò via ad perfectionem, & finem. Ac tandèm, quià diſpoſitio, vt talis eſt pura qualitas: tuo ſaltèm crede Therſiti dicenti. *Quùm itaq; materia proxima reddatur vnicuiq; ab huiuſmodi formis accidentalibus, quas alio vocabulo Phyſiologi nuncupant diſpoſitiones, ſit enim materia proxima per multas formas accidentales ſecundum variam proportionem inuicem contextas*. Forma igitur ſubſtantialis,quæ eſt actus, & ſubſtantia, vix ex modo poterit eſſe diſpoſitio, eaq; mediata, atq; remota, quùm proxima ſit Temperamentum. Hoc verò non tantùm nobis eſt qualitas, verùm & tibi, quùm ex ocioſis illis *habitualibus* ſubſtantiale tuum tempera-

lib. de b. q. d.

pera-

peramentum fieri repugnet, ſitq; diſpoſitio, quæ vt audiſti ſolis debetur formis accidentalibus ex tui Promotoris ſententia. Neq; profectò Galenus tale quid nouit, vel intulit, verùm tu, cui omnia *Illicita licent* in Litterario Theatro, antiquo *Chiorum* priuilegio.

Elp. Qua ratione ſimiliter Ariſtoteles olim aſſeruit lumen, quod formaliter definierat eſſe actum perſpicui ſecundum quod perſpicuum, mox ait præſentiam lucidi corporis in perſpicuo; non quod ſit formaliter ea præſentia, ſed quod tali præſentia proximè nitatur.

Tyr. Reliquum erat, quò pariter omnia peruerteres, vt adduceres exemplum rei quæ tractatur incongruum, tum ab ipſis Auditoribus loco, & tempore diſtantiſſimum, ignotius verò re, quæ tractatur, quùm tamèn ex maximè notis debeat exemplum procedere. Conſulit Philoſophus in loco à te producto Auditorum eruditioni: quùm enim lumen aliquando dixiſſet actum perſpicui, neq; præter eſſe ſpirituale luminis in medio, aliud acceſſiſſe, tribuiſſeuè nomine actus ſignificaret, quùm talis actio, vel emanatio ita ſit repreſentatio, vt ſit vnum cum ipſa re repræſentata, hinc eſt, quod lumen dixit eſſe præſentiam lucidi in perſpicuo. Valeat proindè tua expoſitio, valeat exemplum.

Ph. L. A. c. 17. *Mulc. Ego quidem dum nego calorē eſſe ſubſtantiam, ago de calore in corporibus tum ſimplicibus, tum miſtis inanimatis, nam calorem in animalibus eſſe ſubſtantiam profiteor.*

Elp. In primis Galenus apertè de Temperamento æris, ferri, auri, non minus, quam carnis, neruo, chartilaginis agit, vt conſtat verbis allatis.

Tyr. Vrgent te Spectatores, vt deliberes cui adhæreas, quodué tibi arrideat ex placitis; nempè an Anima ſit temperamentum, vel vtens temperamēto? Poſteriorē amplecti

eſti mòx viſus es, dum Galeni ſenſum peruertebas; at verò cùm noſtra modò impugnes ex ipſomet Galeno, dubioprocùl complicem te facis eius opinionis. Nunc igitur aperto Marte, non dubio, congrediamur. Quid habes ex Galeno, quod mihi opponas?

Elp. *In primis Galenus apertè de Temperamento æris, ferri, auri, non minus, quam carnis, nerui chartilaginis, & pinguedinis agit.*

Tyr. Quid inde? *Apertè* examinet Galenus ſingula horum temperamenta, ventilet, libretue, nil equidèm noſtris officit. At verò animi tui ſenſum, ſicui per ocium ſcrutari libuerit, quin hariolari quid ſentias, quæ ve tibi dicenda propoſueris, dubioprocùl exiſtimabit te flagranti ſtudio inuehi in diſtinctionem illam calorum à tuo Antagoniſta propoſitam, qui calorem in miſtis inanimis accidens cognoſcit, in animalibus verò ſubſtantiam, accinentibus Sophiæ Primoribus. Sic verò in tui gratiam diſponunt ratiocinium. Vt ſe habet temperamentum Galeno ad æs, & ferrum, ſic ad chartilaginem, & neruũ, ſed in illis Temperamentum eſt ſubſtantia, igitur non minùs in inanimatis, quam in animatis tẽperamẽtum eſt ſubſtantia; ſed calor ex cõfeſſis in animatis eſt ſubſtantia, igitur & in nõ animatis. Facilè eſt tuos eludere conatus; & primò negamus minorẽ præpoſitionem, nullibi enim temperamẽtum eſt ſubſtãtia, vel ſi perſtes in Galeni ſententia, neceſſe tibi erit fateri, animam quinetiàm eſſe temperamentum, quod ipſo non ſemèl patulo protulit ore. Nam ſi os, & chartilago talia ſunt per temperamentũ, quæ verò anima orbantur æquiuocè talia dicuntur, ſupereſt vt Temperamentum tibi, & Galeno ſit anima, ac proindè omnis anima ſit Temperamentum, quod impium, atq; abſurdum. Deindè falſa eſt illatio à Temperamento ad innatum animalis calorem, hic enim eſt ſubſtantia compoſita, illud verò pura forma, tibi eſſentialis, mihi verò accidentaria. Quid adduces, produceſue in tui tutelam? an forsàn quæ tribuis Galeno,

quod

quod Temperamentum in animatis non ſit formalitèr anima, ſed vltimò diſponens. Tum ſic. Vt ſe habet Temperamentum in animatis Galeno, ſic & in anima carentibus, vel enim nulla eſt ſuperior propoſito è tuis elicita, in quibus virtute latebat, vel recens noſtra æquè neceſſaria. Iàm pergam ego: Sed temperamentum in animatis eſt vltima per te diſpoſitio, igitur, & in anima carentibus. Vtrumq; tu acritèr pernegaſti, modòq; fateberis, vel inuitus, *volens ſcilicet nolente animo*.

Officioſus in te Plautus hæc tuo recitabat nomine.

Pl. in Ciſt. *Ita mihi ingenia ſunt, quod lubet, non lubet iàm id continuò.*

Elp. *Deinde Temperamentum viuentibus competit quà miſta ſunt.*

Tyr. Temperamentum, neq; viuentibus, neq; non viuentibus *competit quà miſta ſunt*, ſed quatenùs ex excedentibus conflata qualitatibus, quæ in vnum iungi dùm debent, coire priùs, mutuòq; alterari expoſtulant. Hoc verò, quouſq; per alterationem refractis, atq; diffractis exceſſibus, noua emergat qualitas, congrua miſtionis formæ excipiendæ. Viuentibus verò, quatenùs miſta ſunt, ob idq; corpora, poſt compoſitionem rurſùs ſeparabilia, vt ſuperiùs ex Ariſt., & Alexandro tibi indicaui, ſua competit forma: hæc verò quæ nam ſit, docebit te Alex., quod tibi perquā nouum contingere non dubito. Habet igitur. *Calidi autèm, & frigidi, ſicci, & humidi, hoc eſt Elementorum miſtio (cuius miſtionis formam animam eſſe non ambigimus) haùd quaquàm in certa, ac definita ratione conſiſtit. Permanet enim eadem anima, quùm vires, quæ in ipſa miſtione ſunt quadatenùs intendantur, & remittantur.* Vide quàm deuiùs ſit inſtitutor tuus Pſeud-Vlyſſes à vera Sophia, qui Claris Ariſt. Interpretibus longum olim vale dixit, *neq; eorum dicta ducit loco probationum*; Sic miſer tenebrio repudiatis facibus, errat in tenebris, præcepſq; ſæpiùs labitur. At Plautus ſano monebat conſilio errones.

lib. 1. de An. c. 7.

In Campolobulla.

Dial. 3. p. 5.

Viam

Viam qui neſcit, qua deueniat ad mare, *In Pan.*
Eum oportet amnem quærere comitem ſibi.

Elp. *In illiſq; non minùs eſt qualitas quinta conſurgens ex primarum quatuor vnione, quam in miſtis inanimis, vt ex eodem Galeni loco manifeſtum eſt.*

Tyr. Tu, qui ſuperiùs prædicabas Temperamentum eſſe aggregatam qualitatem ex primis quatuor qualitatibus, ſenſim delaberis in Auicennæ ſententiam, modo aſſeuerans, *quod Temperamentum eſt qualitas quinta conſurgens ex quatuor primarum vnione. Secundæ cogitationes* equidèm *meliores ſunt,* proindèq; tibi gratulor, quod ſenior iàm factus, poſt breuem duarum paginarum ſcriptionē, priorem abieceris ſententiam. Satiùs hoc eſt, quàm dùm contradictionis euitas notam, Auditorum te exponere ludibrio. Fateri namq;, vel inuitus, cogereris, *idem eſſe aggregatum, & vnionem, quatuor, & vnum.* Qui verò fieri poſſit, vt obiectum euites repugnantiæ ſtigma, haud planè video. Nam quùm temperamentum, quod nunc euehis, dicisq; tu, non *Galenus eodem loco,* quintam qualitatē, tibi ſit ſubſtantia, formaq; ſubſtantialis, qua conſtituitur in eſſe miſtum, nequeat verò ex non ſubſtantijs fieri ſubſtantia, dubioprocùl euidenti exponereris repugnantiæ, & quod forma ſubſtantialis conflетur ex qualitatibus, admiſſo quinetiàm fabuloſo illo tuo *habitualium, & actualium Inuento,* & quod aggregatum nulla intercedente actione, vel perpeſſione, fiat vnum, ac tandem, quod quatuor actu exiſtentibus, ac illæſis, (quùm nulla ſit conflictus occaſio) noua ſuperuentura ſit forma, quæ non ſit accidens. At illud non ignores, *quintam* hanc *qualitatem* purum eſſe accidens, ſuorumq; componentium redolere naturam, hincq; euadere accidentale compoſitum, ſeu aggregatum quoddam ex ſubſtantia, & accidente. Hoc verò vt fiat ſubſtantiale, præſtantiori indiget formâ, quæ in animatis anima eſt, vt audiſti ex Alexandro, non ſecusàc in anima

carentibus ſubſtantiali, propriaq; forma, à qua emanant nobiliſſimæ functiones, indignæ quòd qualitatibus primis, vel temperamento illarum exordia quis accepta referat. *Matura* in poſterùm.

Elp. Quare ſi calor in temperamento viuentis eſt ſubſtantia, neceſſario pariter erit ſubſtantia in temperamento miſti non viuentis.

Tyr. Calor elementalis vbiq; accidens eſt, ſiue ſolitarius ſit, ſiue alteri ſociatus. Caueſis Elpenor, ne ridiculo labores in æquiuoco, dum ex me quandoq; audiſti, calorem animalium eſſe ſubſtantiam, eumq; tibi digito præmonſtraui: ne tibi indictum dicas.

Elp. Deindè, quomodo ſtatuis calorem temperamenti eundem in miſto viuente ſubſtantiam eſſe, in miſto non viuente accidens eſſe?

Tyr. Proh quam incurioſus, obliuioſuſue es, ne dicam doloſus. Non *calorem temperamēti*, neq; *eundem* in miſto viuente, vel non viuente ſubſtantiam, & accidens dixi, ſed animalium innatū calorem eſſe ſubſtantiam, eamq; cōpoſitā; cui, vt primario animæ inſtrumēto, ſingulę demandantur functiones in animali, quod ex Hipp., Gal., Ariſt., & Alexandro, & vniuerſa Sapientum, rectèq; ſentientium Schola tibi probaui. Potuit hoc forsàn Auditoribus tunc videri ſuperuacaneum, quod nūc iudicabitur neceſſarium, præ tua inertia, vel impuro artificio. Induſtrius pol es fallaciarum machinator. At

Fallacia fallaciam trudit.

1. Phyſ. 27. 30. *Elp. Non audis Ariſtot. in limine Philoſophiæ naturalis repetentem, quod vni eſt accidens, alteri non eſſe ſubſtantiam, ſeu quod ſubſtantia eſt nulli accidere.*

Tyr. Audio, & obſeruo te primò ceſpitare turpitèr in limine, & vitioſè Ariſtotelicam ſententiam tranſcribere, quæ

ſic

ſic habet, *Quod verè eſt nulli accidit*. Minùs audiens fuiſti tu, qui formam ſubſtantialem, qualis eſt anima, meram facis diſpoſitionem. Malus es Auditor, dum in eodem Elemento dicis calorem ſubſtantiam, & qualitatem. Malè tandem apud omnes audis, quùm ipſam qualitatem denuò partiaris in ſubſtantiam, & accidens. Trita iàm es euaſio Græcorum, ſi quandò à Latinis obijciatur ipſis productus à te contextus, nempè non inconuenire aliquid *ſecundùm rem* eſſe ſubſtantiam, *ſecundùm modum* accidēs; vel contextū explicant de ſubſtantia perfecta; his verò littera fauet. Nam *quod verè eſt*, ſubſtantia eſt compoſita, quæ *maximè ſubſtantia* appellatur. At quid in re noſtra hæc perfugia? quùm tibi meditandum eſt de non vulgari effugio. Vna, eademq; res nequit ſimul, & ſemèl ex Præceptore eſſe ſubſtantia, & accidens. Vter noſtrum in hoc aberrauit? tu profectò, qui præter primas qualitates, rem eandem, differentiam nempè, ſubſtantiam, & qualitatem dicere non erubeſcis. Erit igitur qualitas, *rationale*, per quam homo eſt homo. Erit igitur accidentale compoſitum homo: poterit ergo adeſſe, vel abeſſe *rationale* præter ſubiecti corruptionem, quod in te non mirùm; ex tua nempè doctrina, atq; placitis; quando bina tibi immineat mors adhuc poſt rationalis diſceſſum. Papè quàm callidus es, quamq; tibi cohæres? Hominis eſſet ocio litterario abutentis, qui tuas proſequeretur nugas: nunc ad rem, etſi hùcuſq; non præter rem. Caloris nomen æquiuocum eſt, ſignificat enim, vel compoſitàm ſubſtantiam ſuis muneribus inſignem, vel accidens, vnamq; ex primis quatuor qualitatibus. Compoſitum illud, quod ſubſtantiam diximus, nulli accidere aſſeueramus; at calorem illum qualitatem quibuſcumq; accidere, vel ſimplicibus, vel miſtis, ijſq; vel animatis, vel inanimatis conſtanti ſententia ſemper aſſeuerauimus, modòq; rurſus aſſeueramus. Deleuere noua tua ſtudia (induſtriæ ſcilicèt illæ Gryphorum, & Aenigmatum explicationes) antiqua Studia,

oblitterarunt, quæ pueruli non ignorant, æquiuoca eſſe diſtinguenda, prius quàm aliquid de ipſis definias. Nemini namq; controuerſum eſt equiuoca illa eſſe, quæ in nomine conueniunt, in ratione verò ſubſtantiæ longè, lateq; diſcre-
p.35. pant. Dic, Elpenor vter noſtrûm ad pauca reſpicit, & effutit?

p.36. *Elp. Non itaq; noua, ſed peruetuſta ſententia eſt ponens calorem in elementis, & in miſtis corporibus eſſe ſubſtantiam.*

Tyr. Aegrè tandèm delebis reformidatam *Nouatoris* maculam, qui hùcuſq; in tua cauſa, pro *duplici calore*, nullos nactus ſis Patronos, & quos in aliena produxiſti quæſtione, præterquàm nihil tibi vnquàm obſecundant, aduerſiſſimi ſunt, vt audiſti. Satiùs perindè tibi fuiſſet hæc intacta relinquere, quàm propriæ exiſtimationis diſpendio inferre modo, quæ te mendaciſſimum arguant iactato-
lib. 4. de b. q.d. rem fuiſſe tunc, quùm *Nouo* hoc tuo *Inuento, incrementa artibus* miniſtrare ſat faſtuosè gloriabaris.

p.40. *Elp. Sic igitur deiecta Rubrica tui cap., ò Mulctra, totum ædificium illud tuum aduerſus Vlyſſis opinionem conſtructum collabitur, quo probare ſatagis, Calorem non eſſe ſubſtantiam, neq; in ſimplici, neq; in miſto corpore, quod vt comminiſceris, noua aſſumit opinio.*

Tyr. Quomodò Rubrica deiecta, quæ non adhùc percepta? Deijcis ne, quæ non noſti? vel ignota ſunt tibi pro notis? vel æquè omnia ignoras, tibiq; videris apprimè gnarus? *Omnium calculis*. Fugiunt adhùc *πάντα* inſequentem Mercurium.

Elp. Verum animi gratia lubet accuratè ſingula tua dicta in eo capite diſcutere.

de Inuent. *Tyr. Lupus hiat.* Non dubitat Cicero te ſingula *accuratè* diſcuſſurum, quando meliùs accurantur, quæ ſine conſilio adminiſtrantur.

Auct.

Auct. Nouum non eſt emeritis naturæ ſcrutatoribus, duplici, nonnunquàm verò, & multiplici ditari calore corpora perfe-ctorum animalium.

Elp. Duo mihi noua ſunt in hac tua theſi: alterum dictio non unquam.

Tyr. Ludis me ludo tuo. Iàm impurus Grammaticus bis rudens, terq; arrodens calcitrat ruditer, atq; incaſsùm. Accuſat interim tuam proteruiam iratus Typographus, quãdo tu nouo,eoq; pedagogico iure carpas litterulæ defectum, quæ præ impetu,è prælo decidua, ſoſpites reliquit antiquos limites, Amuletum tuæ cacoothiæ.

Elp. An neſcis non vnquam in latio vel non eſſe, vel idem ſignificare quod nunquam?

Tyr. At illud noui probè, & vſurpatum fuiſſe in Latio à Syrenophœnice;

Tunc etenim fatis aperit Caſſandra futuris Virg. 2. Aenei.
Ora, Dei iuſſu, non unquam credita Teucris.

necnon quid differat vtraq; vox, Seruio explicatore. Ser. in Com. Verùm tu, qui *putamina pro nucibus* puerilibus *bis puer* inſectaris, ſi quis,præ tui exemplo ocio abutens, carperet illud tuum *latio*, quod præ mala ortographia, vniuerſam vitiat loquutionem, qua patientia cenſuram ferres? Dic inſupèr,quàm promptè emendares nõ ſeruatam proprietatem in voce *Theſis*. Diſputatio noſtra eſt tota ad homi- Cic. de Orat. nem, quomodò igitur Theſis? An neſcis quæ doceat de Theſi Romanæ eloquentiæ parens? audi monentem. *Hæc igitur quæſtio à proprijs perſonis ad vniuerſi generis rationem traducta, appellatur Theſis.*

Qui non deliquit decet Pl. in Amph.
Audacem eſſe, & confidenter pro ſe, & proterue loqui.

Elp. Alterum mihi nouum eſt, duplex à multiplici contradiſtingui: duo tibi non ſunt multa? me verò docuit Ariſt. plu- 1. Phyſ. t. 6.

ra,

ra, ſiuè multa ipſi vni opponi, non autèm duplici.

Tyr. Nouum tibi eſt quicquid probè dicitur, nam malè dicere iàm diù aſſueuiſti. Vndè expiſcaris illud *contradiſtingui?* quiduè tibi nouo Grammatico ſignificat? forsàn *opponi?* Agè dic tu, qui omnibus temet *opponis*, quam ſomnias meis in verbis *oppoſitionem?* vbi nulla *oppoſitio*, ſed pura caloris expoſitio. *Multiplex ſimplici* opponitur, quod te docebunt diobolarij Grammatici, vel ijs inertior tuus Therſites, qui talia non ignoraſſe quandòq; viſus eſt: dum titulum cap. cuidam præfigeret.

de or. A. H. p. 337 *Anſpiritus calorq; noſter innatus ſimplicis, aut potius multiplicis naturæ.*

12. Met. 37. *Vnum* verò, & *ſimplex* plurimùm inter ſe diſtare monuerat olim te Præceptor, & Auerroes in commento. Fit profectò innatus noſter calor, è *ſimplici multiplex*, ſi quando in igneam degeneret naturam animalis functionibus incommodam. Verùm multò magis ijs, qui Gentilis ſectantur placitum, fit *multiplex* innatus calor, quùm cenſuerit ille, febrem eſſe calorem noſtro ſuperadditum:

1. aph. 2. de mor. cauſis. quod forsàn rectè intuenti, cum Galeni opinione, coincidit.

Habenas ignarus non tractet.

Elp. Duo tibi non ſunt multa?

Tyr. Minimè quidèm, ſed plura. Iàm Laurentius Valla vir apprimè eruditus prodibat mihi fauorabilis, quùm incũ-

l. Prater. ctantèr cedit Vlpiano ius dicturo. *Turbam*, inquit, *appellatum eſſe, Labeo ait, ex genere tumultus. Si duo rixam commiſerint, vtiq; non accipimus in turba id factum, quia duo turba non propriè dicuntur, ſi verò fuerint decem, aut quindecim homines, turba dicetur.* —— *Turba ergo multitu-*

de Plac. P. lib. 1. c. 3. *dinis, rixa duorum.* Obitèr audiuimus, & Plutarchum diſſerentem. *Propterea fuerit quidèm fortaſſe Dias. Trias verò, ideſt ternio, opinio eſt ex perceptione, nec immeritò. Quippe multorum eſt opinio, at ternio multitudo, vt ò terq;, quaterq; beati: ideòq; non admittit Pythagoras*

terna-

ternarium. Illudq; inſupèr memineris ſi duo vix (quod tibi quàndòq;, quinimò frequentiſſimè, vt audio, contigerint Auditores) plures dicere potuiſti, non autèm multos. Erraſti igitur, quòd *duo* exiſtimaſti *multa*, & quòd *multiplici* proprium denegaris oppoſitum, & quòd tandèm *duplex à multiplici* non diſtinxeris.

Elp. Me verò docuit Ariſt. plura, ſiue multa, ipſi vni opponi, non autem duplici.

Tyr. Dedocendi onus grauius, quàm docendi eſt, dicebat Quintilianus. Triplicem exigeret mercedem Timothæus à te, non duplicem, qui peruertis Auctorum placita. Docuit te Ariſtot. l. à te citato, vnum pluribus opponi. *Neceſſe eſt autem vnum eſſe principium, aut plura.* Quid eſt igitur, quod pluralitati multitudinem mala fide ſubſtituas? Peruium tibi erat, ſi tempus, vt par eſt, contereres in euoluendis Ariſt. monumentis, eiuſq; ſenſibus percipiendis inſudares, obſeruare, pluriès eundem Philoſophum conſtāti ſententia *vni* oppoſuiſſe *plura*, non autèm *multa*: En pro me teſtantem. *Vni verò opponitur pluralitas*, quod & aliàs in eodem replicat contextu. Ampliùs in particula 6., ad *vnum, & pluralitatem* reduci fatetur principia; quod bis repetit, & 5. Metaph. t. 12. rurſus inculcat. *Bipedem* ſæpiùs dixit hominem Ariſt., nunquàm verò multipedē; duo igitùr, quamquàm ſint plura, haùd tamèn ſunt *multa*, quin multitudini opponi commodè poſſunt, quod dudùm ex Vlpiano, & Labeone audiſti. Duo tandèm te monebo, ſi ætas, & genius permiſerint: Primū, quòd etſi ad hoc vt ſint multa debeant eſſe plura, tamèn vt ſint plura non debent eſſe multa; nam ad pluralitatē duo ſufficiunt, ſecùs ſi multitudinem debeant conſtituere. Altèrum verò neq; ſupprimam, quòd ſi quandò Philoſophus *multa vni* opponit, præterquamquòd ſæpiùs irrepſit mendum, vel dormitauit Interpres, ſubſtituit *pluralitati multitudinem*. Abi proindè *in malam rem* cum tua *Algebra*, qui diſſita confundis, & oppoſita ignoras.

lib. 1. c. 3.
Cic. de fin.
1. Phyſ. t. 6.
4. Met. t. 4.
1. Phyſ. t. 28.
5. Met. t. 13.
p. 40.

de Amic. *Elp. Sed Cicero te facilè coarguit, dum animum multiplicem opponit vni, non autem duplici, ait enim non vnus animus, idemq; ſemper, ſed varius, commutabilis, multiplex.*

Tyr. Quin egregiè nobis fauet Cicero, namq; *animus vnus, idemq; ſemper* æquipollet Simplici (detur Oratori) quod & ſequentia declarant verba, & idem auctor non dubia ſententia alibi dixit. *Hoc animal prouidum, ſagax, multiplex, memor, plenum rationis, & conſilij, quem vocamus hominem &c.*

& Naſcinbænus ad Virgilij carmen

4. Aene. *Hæc tàm multiplici populos ſermone replebat,*

inquit, *quia non idem ſemper eadem de re nuntiari, referriq; ſed quod exiguum eſt, ſæpenumero augeri, maiuſq; fieri ſolet, quamobrem, & hoc ſenſu illud accipi poteſt, quod paulò ante dictum eſt,*

Et vires acquirit eundo.

Conſulè, ſi libet, & Macrobium 7. Saturn. c. 4. diſputantem *cibum ſimplicem præferendum eſſe multiplici. Tum ille. Quæro inquit, verum ſimplex, an multiplex cibus digeſtu facilior ſit, quia multos hunc, nonnullos illum ſectantes videmus.*

Pudet me in re nauci: tanti feciſſe tuam pædagocicam inſolentiam.

Auc. Agnouit Hipp. ingenitum, atq; igneum referente Galeno.

Elp. Putabam ego duo tantùm noua, ſed tria video in hoc tuo theoremate poni. Ingenito ſanè calore ditari perfectorum animalium corpora, quo vegetant, & adoleſcunt, aſt eadem igneo calore ditari, hoc tertium mihi nouum eſt, quod nunquam accipiam, nec Hipp., aut Gal. vſpiam id aſſeruit.

Pl. in Cap. *Tyr.* *Herclè iſtam rem iudicaſti perfidioſè,*

Et tibi oberit. Refractariè, quin falſariè.

Quid eſt quod inquis? *nec Hipp., aut Gal. vſpiam id aſſeruiſſe.* —— *ver-*

—— verbero *Pl. in Caſ.*

Men te cenſes eſſe?

Audi loquentem. *Quod geminum in animalium corpore calidum agnouit Hipp., alterum quidèm, quod ipſe ingenitũ vocat, eſſentiam in ſanguine, ſanguineiſq; viſceribus repoſitã habens, alterum verò acre, mordax, & igneum, ſub quo genere febris eſt, in multis pridèm voluminibus declaratum fuit.* At neq; in eadem Sect. illud tibi obſeruare denegaſſent Hipp., & Gal., ille quidèm *percalidæ* conſulens *naturæ*, hic verò in fine commenti. *Verùm ante omnia illud in ijs ſermonibus monuiſſe opus eſt, percalidas naturas appellare eas Hippocratem conſueuiſſe, quæ non ingenito calore, ſed acri, & mordaci abundant, quem aduentitium, & nonnaturalem eſſe arbitratur.* Vt vides *ſuum in auctorem recidit pœna.* *1. 15.* *1. 15.*

Nam doli, non doli ſunt, ni aſtu colas
Malum maximum, ſi id palàm prouenit. *Pl. in Cap.*

Elp. Calor etiam igneus vtriſq; febrilis eſt.

Tyr. Qua facie apertiſſimam diſſimules ſentẽtiam de igneo calore, non tàm mirabatur Galenus, quàm fatalem cum *Lycis* pugnam vſq; adhùc ſibi ſupereſſe, & rediuiuum *Lycum* calori inſultare. At naturalium rerum periti antipathiam, neſcioquam, longa obſeruatione deprehenſam adducebant, inter Lupos, & ignem, qui Lucis, & Caloris parens eſt. Inſidioſum namq;, necnon animal lucifuga eſt Lupus, facemq; proindè auerſatur, & fugit. Rurſus verò Galenus te alloquitur. *Verùm huiuſce caloris differentiam, neq; Lycus, neq; alius quiſpiam, aut Eraſiſtrati, aut Herophili ſectator, aut Empiricus internouit, quapropter & multa Hippocratis ſcripta prauè admodum interpretati ſunt. At Hippocraticos viros, ſaltèm non decebat Hippocratis decreta improbare, & perindè interpretantes, ac ſi vnus genere calor in animantibus exiſteret. Sed cum Hippocratem, aut alium quempiam audierint aliquos ventres calidos nominantes, vt* *1.c.1.25.*

nomen illud acceptum eſſet conſiderare præſtabat, vtrum, qui vocem eam protulit, aut ſcripſit naturale calidum in ventriculo copioſum eſſe aſſereret, aut alterum intelligeret, quod ſæpius acquiſititium, interdùm nonnaturale, nonnunquàm, & à natura alienum vocatur, quo calido incalentes, mordax calidum expirare, atq; idcircò ſimul, atq; cutis denſata fuerit, febre vexari contingit. His te ſatis monitum credit Galenus, igneum calorem, & ſibi, & Hippocrati ſat notum, haud quaquàm eſſe febrilem; vtrumq; verò vtriſq; imponere tu perperàm ſtudueras.

De Igneo Calore.

VT audiſti ex Galeno, igneus calor genus eſt, *ſub quo febris.* Quaproptèr nemo non videt, quàm malè, ne dum Sophia, verùm & Dialectica fueris initiatus, qui à ſuperioribus ad inferiora affirmando ratiocineris, & febrilem calorem, qui ignei ſpecies eſt, intolerando errore cum igneo confundas. Patere tu, quamquàm à cauſa iàm decideris, quod te moneam, *Igneum Calorem*, neq; apud Medicos, Philoſophoſue, quin neq; apud Poetas malè audire: Nàm vt cæteros prætercam, habet ſublimis Vates

An. 6. *Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo*
8. *ſeminibus.*

& Georg. 4. Et igneum non ſemèl dixit Solem.

An. *Sol medium conſcenderat igneus orbem.*

Ebiberat, ni fallor Veterum Philoſophantium latices, qui ignea crediderunt aſtra, vel igni perquàm affinia, vaſto in æthere certis, definitiſq; legibus ſpatiantia. Et Galenus tradidit quandoq;, Solis igne vinum ad maturitatem perduci. Maius quid auſi illi fuère, vt refert idem Auctor, qui Ignem omnium Elementum tradiderunt. Hipp. equidèm, ſeu quiſquis fuerit auctor libri de Diæta, principium noſtræ generationis, quin rerum omnium, ignem dicit

de Ther. ad Piſ. c. 18. de Nat. h. com. 1.

lib. 1.

cit paſſimq; repetit. Et lib. *de Corde*, inſitum à natura ignem non eſſe in dextro cordis ventriculo affirmat. Caloris inſupèr noſtri, poſtquàm ignem non dubia ſententia appellauit, triplices in corpore inueſtigat circuitus, & functiones. *Medij verò, & intrò foràs terminantes, calidiſſimũ, ac fortiſſimum ignem habent, qui ſanè omnibus dominatur, omnia ſecundùm naturam gubernans ſine ſtrepitu, tùm ad viſum, tùm ad tactum. In hoc anima, Mens, Prudentia, Augumentum, motus, imminutio, permutatio, Somnus, & Vigilia. Hic omnia per omnia gubernat, & hæc, & illa nunquàm quieſcens.* Subiecit quinetiàm noſtro igni Hippocrates ſua fomenta, referente Galeno, *nam fomites Græcè, hypocaumata, alimenta nominat, ſuum ſequens dogma, & omnium ferè nobiliſſimorum Philoſophorum, qui eorum, quæ animalia conſtituunt Elementorum, ignem maximè vitæ eſſe cauſam exiſtimarunt.* Hinc Pergamenus plurimum ignis conijcit neceſſarium fuiſſe in primordijs noſtræ generationis, igniq;, & aeri non vulgaria demandat alibi munera animalis in opificio. Quin Accademiæ Princeps eiuſdem Galeni teſtimonio, innatum calorem ignem nominat; *Omne animal,* inquit, *in ſanguine, & venis calorem, quaſi, ignis quendam fontem habet*, igniq; huic *reticulum* appoſitè quandoq; aſſignauit.

1. de Diæt. — *1. aph. 14.* — *de T.V.* — *l. de Sem.* — *8. de Pla. c. 7.* — *in Timæ.*

Igne omnia operari animam, in corde *igniri* docuit Ariſt., & qui animã ignem dicentes ſolidè redarguit, tolerat tamèn, ſi calori illud ferant acceptum. *Quòd enim nonnulli ſtatuunt importunè animam eſſe ignem, aut aliquam eiuſmodi vim, meliùs fortaſsè dixeris animam in quodam eiuſmodi corpore conſtare.* At verò in perfectiſſimo omnium animante, neq; ominoſus eſt *calor igneus*, ſiquidèm intra limites ſanitatis, & tolerari à natura, & innato calori commiſſa opera abſoluere potis ſit. Quinimò nõnullis eſt idemmet calor natiuus, deflectens tamèn ab illa optima innati caloris eucraſia. Hinc Gal., *veluti hominibus quibuſdã, qui calorem natiuum habent, non humidum, neq; benè tempe-*

de Iuu. Sen. c. 10. — *l. c. c. 2.* — *5. de T. V. 12.* — *6. Meth. c. 3.*

ratum, ſed ſquallidum, atq; igneum. Præterea decurrente ætate, nobiſq; nō ſentientibus, ſensim delabimur in *igneum* hunc *calorem*, quod elegantiſſime proſequitur idemmet
1. aph. c.14. Galenus. *Quùm igitur magis terreſtre efficiatur animalis corpus (tale autem quotidie efficitur, dùm augetur, tunc licèt valdè vehementer calidum exiſtat, & igneum, ſubſtantiā tamen innati caloris pauciſſimam habet.* Hæc alibi luculenter cōfirmat, *Neq; enim ille*, ſcilicet Hippocrates, *abſolutè dixit, qui augentur plurimum habent calidi, ſed innati addidit, vt qui alterum ſciret calorem acquiſititium eſſe, quod plurimum iuuenibus ſuppeditat. Nam temperatus eſt natiuus calor, acquiſititius autem intēperatus, & quaſi igneus.*
lib. 3. de Ca. Pul. c.6.

Tandem anni ætas ferax eſt, vel in eodem ſubiecto, ignei caloris, quod tamen innato prius calidiſſimus dicebatur. Galenum adhibeo teſtem, qui ad aph. Hippocratis. *Ventres hyeme &c.* Hæc habet. *Immò ne hi quidem calidiſſimi abſolutè, ſed calorem natiuum æſtate pauciſſimum hunc habent, abundant verò aduentitio calore, & ſquallido, qui colliquat potiùs, quàm nutriat corpus.* His plerumq; conſulit, præſertim, quùm calor mordax natura adeò euaſit, vt fumida gignat excremēta, monitus credo à Summo Medicinæ Dictatore, qui cauit aliquandò, *percalidæ naturæ refrigeratio, Potus Aqua quieſcere.* Quid verò ſit *percalida* illa *natura*, monet Galenus in commento. *Verùm ante omnia illud in ijs ſermonibus meminiſſe opus eſt, percalidas naturas appellare eas Hipp. conſueuiſſe, quæ non ingenito calore, ſed acri, & mordaci abundant, quem aduentitiū, & nonnaturalem eſſe arbitratur.* Non eſt igitur *igneus calor* extra valetudinis fines, neq; ſi eum ſimpliciter ſpectes, neq; ſi illum conferas ad corpus eucraton, vel in eucrato illum conſideres aliter ſe habente, præ ætate, anni tempore, forsànq; regione, vitæ genere, quæ præ ſtudio breuitatis dicere hucuſq; ſuperſedi. Reſipiſce igitur edoctus, pluraq; adhuc edocendus ni *ætas te faciat indocilem.*
6. epid. c.15.

Humano

Humano corpori non incommodare quandòq; Calorem Febrilem.

D*Itantur* proindè animalium perfectorum corpora *igneo calore*, quod tu deribebas tuimet oblitus, vel calumniandi ſtudio obrutus. Nam ſi tibi calidum formæ vicem explet in quolibet temperamento, ignis verò ſit magis calidi, dubioprocùl igneus calor vbiq; temperamenti erit forma. Quòd ſi mortalem partem animæ ſimul & cum Gal. temperamentum eſſe cenſeres, quod tamèn quãdòq; aſſeruiſti, profectò *Igneus* hic *calor* naturalis tibi eſſet dicẽdus, quinimò ipſa natura, quæ dotes ſunt formæ ſubſtantialis Ariſtoteli. Verùm animi gratia experiamur, an ſi pro *Igneo* febrilem calorem intelligas, febris quandoq; animali ſit ex vſu. Et verò non minùs falſum eſt illud tuũ, *at tibi ditantur, animalium perfectorum corpora igneo calore quo deſtruuntur, & eorum naturales operationes per ſe primò læduntur*, quàm quòd nullus humano corpori à febrili calore accedat prouentus. Deſcendo in arenam non è triuio aduocatis Patronis. Primus obuiat Hipp., qui pluries pro nobis pronunciauit: ratus nempè, atq; expertus febres fugare hypocondriorum dolores, præſeruare à conuulſionibus, eaſdemq; curare, aphoniam, voluulum, apoplexiam tollere, atq; profligare. *Quibus*, inquit, *dolor circa hypocondriũ fit abſq; inflãmatione, his febris ſuperueniẽs dolorẽ ſoluit*. At Galenus in commento patefacit alia febrilis caloris opera. *Relinquitur vt dolor fiat, vel propter obſtructionem, vel proptèr ſpiritum flatuoſum, vel ob aliquam intemperiẽ inæqualẽ, quæ omnia febrilis calor aptus eſt natura ſanare*. Nota refractariè. *Hæc quidem incidens, extenuans, atq; diſſoluens, hæc verò ad temperatura æqualitatẽ perducens*. Proſequitur Hippocrates. *A Quartana capti, non admodùm à conuulſionibus capiuntur, ſi verò priùs capiantur,*

2. Phyſ. (margin, beside "tialis Ariſtoteli")

6. aph. 4. (margin, beside "dolorẽ ſoluit")

5. aph. 70 (margin, beside "perducens")

piantur, & quartana ſuperuenerit, liberantur. Verùm huiuſce effectus, reddit cauſam Galenus in commento. *Conuulſionem quartana, non ſolùm prohibet fieri, verùm ſi præfuerit ſoluit. Fit autem ab humoribus lentis, ac pituitoſis, qui partibus neruoſis inſerti ſunt. Quùm verò horum humorum duplex ſanatio ſit, excretio ſcilicet, & coctio, ambas habet quartana: excretionem quidem ex rigore, hac enim ſola agitatio ſufficiens eſt craſſum excernere humorem, concoctionem vero caloris febrilis ratione, qui rigorem conſequitur*. Sed quid cætera proſequor? nonnè pluriès Coum audierunt

5. aph. 5. Senem qui eius ſectatur veſtigia ſancientẽ. *Si ebrius quiſpiã de repentè obmutuerit, conuulſus moritur, niſi febre corripiatur*.

6. aph. 44 Alibi vero. *Quibus ex ſtillicidio vrinæ Ileos ſuperuenerit,*

2. de Morb. *in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente ſatis vri-*

2. Aph. *næ fluxerit*. Quin apoplecticum *in ſeptem diebus mori* aſ-

Epiſt. ad Dam. ſeuerat, *niſi febris inuaſerit*. Frequentèr teſtatur conuul-

coac. præ. ſionem febre profligari, febremq; repentinas quoq; ſolue-

con. 44. 6. epid. re conuulſiones. Symbolum tandem dedit Galenus. *Nouimus*, inquit, *illis tantùm morbis conferre febrem, qui ex frigiditate fiunt, aliquandò quidem ſola, aliquandò verò cum humoribus crudis, pituitoſis, vel flatuoſis ſpiritibus*. Colopho-

lib. 2. c. 8. nem tandem impoſuit Elegantiſſimus Celſus. *Deniq; ipſa febris, quòd maximè mirum videri poteſt, ſæpè præſidio eſt. Nam & præcordiorum dolores, ſi ſine inflammatione ſunt, finit, & in Iecinoris doloribus ſuccurrit, & neruorum diſtenſionem, rigoremq;, ſi poſthàc cæpit, ex toto tollit, & ex difficultate vrinæ morbum tenuioris inteſtini ortum, ſi vrinam per calorem mouet, leuat*. Vt vides, corpora perfectorum animalium, *igneo*, quin *febrili* proficiunt calore, cuius opera morbos profligant, propriamq; tuentur ſubſtantiam. An tibi hoc non eſt *ditari?*

Inſcitia confidentiam parit.

Elp. *Sed quid in margine loquens de Hippocrate, atq; Galeno nulla facta mentione Ariſtot. in textu, quarti Meteororum notam apponis? An tibi meteorologicos libb. quatuor condidit Hip-*

Hippocrates, aut ſaltèm Ariſtotelicos commentarijs illuſtrauit Galenus? indica vt comparare mihi queam talem theſaurum.

Tyr. *Atq; etiam pro iſtis maledictis pœnæ pendentur mihi hodiè.* *Pl. in Aſin.*

Equidèm tua hæc vaniloquentia, quam de induſtria totam appoſui, atque integram, longè à te abeſſe teſtabitur integritatem, proq; hac æſtum contradicendi ſucceſsiſſe, vel in rebus leuiſſimis, & notis margineis, quas læſit Typographus per marginis ipſius anguſtia. Quis eſt neſcius, niſi Balatro, libros Meteororum Ariſtotelem agnoſcere aucto rem? Excuſa, ſi vales tu, propriam temeritatem, qui tua pluriès Ariſtotelicis inſeruiſti. habes enim in margine.

1. *de An. c.* 22.	& p. 189. 3. *de An. t.* 1.	De ijs q. d. *de Iuu. ſen.*
* *de ortu An. hu.*	*& alibi paſſim*	*de reſp.*
2. *de G. A. c.* 1.	* *de ort. An. hu.*	*de vit. & mor.*
4. *de G. A. c.* 4.	————	* 2. *li. de vita*

l. de Vita p. 269.

tunc Plautus cachinnans ait —— *hic homo.*

Solidè ſycophanta eſt,
Rationem dicam, quia qui
Alterum incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet. *Stic. Truc.*

Auct. Subſcripſit hic paſsim, aliaſq; primigenij, atq; acquiſititij, innati, atque influentis doctè excogitauit.

Elp. Rara elegantia. cui ſubſcripſit?

Tyr. Men interrogas verbero? Hippocrati dudùm citato: quis hæſitabit, niſi ſtolidiſſimus.

Elp. Niſi tertium caſum addideris Grammatici ſibilabunt.

Tyr. Quem noſtrûm ſibilabunt? te profectò exibilabunt, atq; explodent ceſpitantem Aſinum, quamquàm *tibi plaudas domi.*

Elp. Quas alias excogitauit? ijdem te reuocabunt ad ferulam, niſi ſuppleueris differentias.

Tyr. Quid

Tyr. Quod arte factum laudant Grammatici, cenſuras inepte? At verò ni tuam ſupprimas inertiam, fuſtem minantur tibi, & reſtem.

Elp. Ain tu promigenius calor medicorum, cur à te dicitur primigenitus?

Tyr. Dic tu ridicule Cenſor, *Ain* pro *Ai*, quo iure dixiſti? Inſupèr, cur calor à te dicitur *promigenitus*? ſi tuum culpaueris Typographum tot caracteribus errãtem, cur non & meum vnico aberrantem?

Elp. Videtur hoc vocabulum in tua ſcripta delapſum è calamo, non medici.

Tyr. At dubio procùl tuus *promigenitus* ex petulci *Promi genio*, ne dicam *genitalibus*. Age dic, quis ſit *calor* ille *Medicorum*, cuius tu meminiſti ſuperiùs? Edoce vbi cubet? vbi nouas faciat ſtationes? exulem forsàn illũ arbitraris à Philoſophica ditione, præ tui frigidiſsimi Therſitis ne
p. 3. quitia? *qui calorè malè tractauit*, ſed falleris antiqua, nulloq; æuo controuerſa adhuc poſsidet iura. Quapropter ἔμφυτον
1. aph. 14. illum appellat Hippocrates mòx verò φύσει calidiſsimos
aph. 15. prædicat ventres hyeme: σύμφυτον Ariſtoteles, & οἰκεῖον,
lib. de Iun. nec non κατὰ φύσιν: & Galenus vir ſpectatè fidei ἀρχήγονον
4. meteor. dicit, ſiquidem *Lycus* ille, quo cum habet diſputationem,
ad Luc. 7. c. *nomen hoc ſcit, & in Hippocratis libb. reperiri*. Siquem expiſcaris tu alium vagantem calorem, dita præ tua liberalitate medicum ærarium, hoc, enim beneficio tibi deuincti poſthàc Medici, erogabunt in tui emolumentum, vel integrũ Veratri iugerum.

Elp. Sed quo præterea diſcrimine ſeiungis primigenium calorem ab innato? vnum, & eundem calorem eſſe cenſent medici ſapientes primigenium, & innatum.

Tyr. Quid? oppono ne ego forſàn innato primigenium? an huic acquiſititium, illi verò influentem. Plures ſunt modi rei, quam res, & à modo petuntur plerumq; differentiæ: iidem re ſunt calor innatus, & quem dicunt primigenium, quamquàm hoc ægrè ſuaſurus doctiſsimo Schenchio, verùm

rùm differunt ſaltèm ratione; audi. Nam qui modò fabrefaciebat, præ inſita ſibi vi à generante, fœtum, mòx intrinſecè fabrefacto præeſt operi, eiuſq; functiones promouet ſedulus Prorex, atq; gubernator. Illud enim ſibi vult vox illa ἀρχήγονον, veluti ſi dixeris principium, & origo generationis, non ſecusàc calidum innatum, atq; implantatum ἔμφυτον ſignificat, qui modò, nempè, factus eſt pars operis iàm abſoluti. Sunt igitur Primigenius, & Innatus vnum re, differunt verò ratione, non ſecusàc Inſitus, & Influens, quod mòx inuitus audies. Proh quàm nouus es in rebus phyſicis? ignauus *Veteranus Ruditate* pro *Rude* meritò donatus. *de Innato Calor.*

Elp. Nec primigenius calor eſt, qui non ſit innatus, nec innatus, inſituſue, qui non ſit primigenius.

Tyr. Hortabatur Seneca *Nunquàm ſatis dicitur, quod non ſatis diſcitur:* repete, inculca. Cui ego morigerus, rursùs te admoneo, primigenium, atq; innatum vnum, idemq; re eſſe, ratione verò differre: *Si enim pro eo accipitur corpore, quod primitùs generandis adſit, ideſt, ex quo primam ſortiũtur generationem,* tunc ἀρχήγονον, ac primigenium dicitur, ſin autèm, vt portio compoſiti, tunc innatum dicitur, tanquàm nobis connatum vſq; à generationis primordijs, verèq; οἰκεῖον, domeſticum, nempè, & familiare. Voces igitur hæ reſpondent conceptibus, conceptus officijs. Quò verò vniuerſam in poſterùm abijcias *nouitatem*, ſpecta formam cuiuſq; rei, & præſertim ſubſtantialem, quam etſi re vnam, pluribus tamèn perfungi officijs ratio animaduertit. Hæc informat, facitq; rem eſſe actu, quæ priùs erat potentia. Prætereà eſt functionum principium, ratumq; eſt, eius in productionem, efficientis vires olim collimaſſe. Quæ verò coincidunt cum forma, vnumq; conſtituere videntur, diſtinguit intellectus, ſuaq; conceptibus aptat nomina, efficientis, formæ, atq; finis. Pluraq; dicere pa- *Gal. ad Lyc.*

In Præd. ratum onere leuauit me Simplicius, producens caliditatẽ pro exemplo; *hæc enim quatenùs diſponit qualitercunq; ſubiectum, diſpoſitio dicitur, quatenùs habet permanentem diſpoſitionem, habitus vocatur, qui etiàm quatenùs ab aliquo agente ſuperficietenùs fit, paſſio dicitur, & quatenùs permanentèr, & intrinſecùs fit paſſio, dicitur paſſiua qualitas.*

In Præd. qual. Quibus, & libenter ſubſcribebat Ammonius. Iàm igitur, ni fallor percepiſti, aut percipere potuiſti, illud, quod eſt idem re, poſſe differre ratione: hinc *primigenius calor*, etſi idem ſit re cum *innato*, præ officijs tamèn, atq; muneribus varijs, quæ abſoluit, vel pro modo, quo tunc, nuncue eſt, varios miniſtrat ſui conceptus inter ſe diuerſos, quandòq; vero, & oppoſitos: quales ſunt *Inſiti, & Influentis*; licèt tu vſq; adhùc cæcutiueris, & *innatum* cum *Inſito* confuderis. *Innatum* namq; calorem bipartiuntur Auctores in *Inſitum, & Influentem*; hos, vt omnia peſſundares, iniqua lege iungis, & vnis.

Tuo iumento tibi malum accerſiſti.

Elp. *Preterea quid acquiſititij caloris nomine ſignificas? ſi calorem innatum volueris eſſe acquiſititium poſt animantis originem alimentorum vſu, quomodò nunc illum ab influente ſeiungis?*

Tyr. Non poſſidet, qui acquirit; iàm mitte ridicularia. Sed falſa ſubſtituis, nempè, & acquiſititium calorem oriri à ſolo alimentorum vſu, eaq; propter non differre ab influente. Perbellè philoſopharis. Erit igitur calor influens idem

1. aph. ad Lyc. quod acquiſititius. Sed pueros innato pollere, iuuenes acquiſititio ſanciuit Galenus, igitur iuuenis plurimum habebit influentis, exiguum puer. At æquè natiuus eſt innatus, ac Influens, erunt igitur, & non erunt magis calidi. Dabis ne manus, ſi influentem eſſe innatum ſolidè probauero? Excuſabant me quotquot aderant à ſuperuacaneo labore, ni tamèn obuij, qui præſident iuri dicundo, Hippocrates, & Galenus, quô tuam euincant peruicaciam,

pro-

pronunciaſſent. Senex quidèm. *Quod ventres hyeme, & vere natura calidiſſimi ſunt*. Dic tu, quo calore? ſi tuæ meminiſti interpretationis, quòd Hipp. hìc agat de *ſolo calore influente*. Proſequitur ille maioris euidentiæ in gratiam. *Etenim tunc calor innatus copioſior eſt, vndè & pluribus egent alimentis*. Hinc confice ratiocinium. Calor per te, qui hyeme augetur eſt influens, ſed qui augetur eſt innatus, igitur influens calor eſt innatus. Aſt euidentiſſimè Gal. rem enucleauit in commento. *Ventres hyeme, & vere calidiſſimi ſunt, non ſimplicitèr, ſed calido naturali, cuius ſubſtantiam antè oſtendi. Cauſam verò, ob quam hic idem calor hyeme augeatur*, etiàm *Ariſtot.* explicauit. *Refugit enim proptèr circumſtantem extrinſecùs frigiditatem, ſicuti rursùs æſtate ad ſibi affinem protenditur*. Et paulò poſt. *Quòd igitùr meliùs hyeme cibum concoquimus ſanguine, ac ſpiritu ad profundum corporis retrocedentibus, vnicuiq; manifeſtum eſt*. His interim fruere. Perge tu recitare, vel tua recentare mala. 1.aph.15

Elp. Nonne tibi calor influens eſt, quo præditus eſt ſanguis ex alimentis genitus, ac per venas, & arterias ab hepate, cordeq; maximè defluens in vniuerſum corpus?

Tyr. Neq; ſemper influit calor per vaſa, ſed per occultos partium, vel corporis meatus: & priuſquàm vaſa confingerentur, totam peruadebat, atq; occupabat ſex dierum genituram. Peregrinus eſt calor in ſanguine, at non alio alitur alimento, præterquàm vapore ſanguineo. *Non defluit*, ſed confluit, & refluit, ad ſui, noſtriq; tutelam. Vnus, idemq; ſpecie eſt calor innatus, qui influit, & qui inſidet, vtriq; proprium debetur, exhibeturq; alimentum. Cumulaſti tandèm tot errata maioribus erratis, *Calor influens eſt, quo præditus eſt ſanguis ex alimentis genitus*. Datur ne tibi ſanguis, qui non gignatur ex alimentis? Eludes porrò eſuriem, & aduerſarios in te pertinaciſſimos; indignationem tamèn Ariſtoteleam haùd euitabis. Extat in Peri- 2. de P. A. c.3.

pato antiquum Præceptoris placitum, *quotiès cibus non ingeritur, ſanguis deficit, quotiès ingeritur augetur.* Verùm ſi *influenti* iungi debebat illud *ex alimentis genitus*, quæ tua admirabilis eſt eloquentia, & in vocibus diſponendis peritia, grauiùs erraſti. Nam calor hic tuus influens è betis, & braſſica genitus, conſilij inops tandèm ad te reuertitur viarum ignarus, quas tu nimia liberalitate pandis. Onus proindè incumbet Anatomicis in poſterùm, introducendi hunc influentem *per venas, & arterias ab hepate* enatas tui editione, nouaq; eruditione. *Proh quam ſcitè ſcitus es?*

Elp. At ſi calor acquiſititius tibi eſt omnis aduentitius, ac ſpeciatim febrilis, quomodò ſcribis eo ditari corpora perfectorum animalium, quæ tali calore conſumuntur, ac deſtruuntur. An tibi ditari fuerit propriam amittere ſubſtantiam?

Tyr. Quid contrahis acquiſititij caloris nomen ad ſolum febrilem? An ignoras acquiſititium calorem quandòq;, & eſſe naturam, & ſecundùm naturam, non tantùm præter naturam, vti falsò opinaris, nobiſq; imponere ſtudes. Qui accuratè acquiſititij caloris inueſtigat indolem, depræhendet plures huius eſſe fontes: emanare verò præcipuè, qui intrà ſanitatis limites, ab ætate, anni tempore, vitæ genere, animi affectibus, & naturali partium conſtitutione.

1. de Cal. Pul. Aetate quidèm, *neq; enim ille abſolutè dixit, quæ augentur plurimum habere calidi, ſed innati addidit, vt qui alterum ſciret calidum acquiſititium eſſe, quod plurimùm iuuenibus*

loc. cit. *ſuppeditat.* Anni tempore. Sic enim *ventres* inquit, *hyeme, & vere calidiſſimi ſunt, immò ne hi quidem calidiſſimi abſolutè, ſed calore natiuo. Aeſtate pauciſſimum hunc habent, abundant verò aduentitio, & ſquallido.* Ex vitæ inſupèr genere, monebat ſiquidèm nos alicubì Galenus, *adoleſcentulos*

in 1. epid. c. 1. t. 11. *ob ætatem eſſe, non ob vitæ ſortem calidos. Qui verò in palæſtris, & gymnaſijs verſantur, hos ob vitæ inſtitutum:*

2. de T. V. c. 2. nam *quandò vehementior motus exercitatio eſt, neceſſe quidem*

dèm eſt tria hæc ab ea perfici in corpore exercitando, membrorum duritiem ex mutuo ipſorum attritu, genuini caloris augmentum, & ſpiritus citatiorem motum. —— Ex calore quidèm deducendorũm in corpus validum attractum, tum immutationem magis expeditam, tum vt ſingulæ partes corporis ſint, vt ita dicam, perfuſæ; cuius fuſionis beneficio, & ſolida molleſcere, & humidum tenuari, & exiguos corporeæ molis meatus laxiores fieri accidit. An quæ præſtat calor hic acquiſititius ab exercitatione cõtractus opera tibi videtur naturali, an preternaturali congrua, atq; debita? Mihi equidèm perquàm naturalia videntur: Nam is, qui iugi exercitatione, domeſticũ iàm adauxit ærarium innati caloris, nõ niſi ſumma cum iniuria honorario hoc ſpoliabitur, qua tamen poſſeſſione ne perturbaretur, Hippocrates, & Galenus religiosè hucùſq; cauerunt. Quapropter Pergamenus hæc habet. *Athletæ etenim, quia exercitijs augent calorem natiuum, ob id multis frui poſſunt alimentis.* Calor igitur acquiſititius Athletarum eſt natura in recto, tùm quia ei debentur, quæ innato, *Indicio ſunt ætates, & Athletæ,* tùm præcipuè, quoniàm ab innato calore, nonniſi tempore differt, eiuſq; adauget, non perdit ſubſtantiam. Quapropter Gal. alibi iurè concludit. *Ergò omnis exercitationis commune illud eſt, quod animali ipſi ex ipſa caloris augmentum excitatur. —— Exercitando verò inſiti caloris augmentum animalibus ex ipſorum corporibus excitatur, atq; is omnium exercitationum communis effectus eſt, proprius tamèn effectus non eſt, ſi modò & iratis, & perturbatis, & pudore affectis naturalis etiam calor augetur.* Neuè ex animi pathematibus momentaneum accedere noſtro calori augmentum arbitreris, facit Hippocrates, is enim dùm Aſiaticos Europæis conferret, hæc habet. *Quare magnanimos magis eos, qui Europam incolunt Aſianis iudico, ſiquidem ſimilitudo, & æqualitas perpetua ſegnitiem parit, mutatio autèm, & animam, & corpus ad exercitationem excitat. Augetur itaq; à deſidia, & ocio timiditas, ab exercitio verò, &* labo-

1. aph.

Gal. in c.

2. de T. V.

lib. de A. A. L.

laboribus creſcit virilitas. Tandèm verò acquiſititio perfruuntur naturalitèr calore membra etiam puerorum, vel adoleſcentis, tùm quià illorum tepor à vehementiſſimo cordis calore prouehitur, atq; excitatur, quæ noua eſt caloris acquiſitio, atq; prouentus, tùm etiàm, quòd carnoſæ partes acquiſititio fruuntur, atq; proficiunt, quo deſtitutæ refrigerantur. Fidem ijs faciet Galenus. *Ex ſanguinis autem inopia fit, vt carnes refrigerentur, acquiſitiuum ſanè calorem à ſanguine, non proprium, non inſitum, vt Iecur, & cor poſſidentes*, quod concinit cum Philoſophi placitis, *non enim ſanguis continuus carni, neq; cognatus*. Quòdſi tales ſunt carnoſæ partes, igitùr Spermaticæ; omnes igitur partes noſtri corporis, prætèr principia, vel Principes, acquiſititij fruuntur opera caloris, vigentq; eius commercio. Quin ſanguis, inquilinum, atq; hoſpitem agnoſcit calorem, *Subiecto verò, & quòd tandèm vt ſit, ſanguis eſt, non calidus eſt, & quodammodò per ſe calidus, quodammodò non per ſe calidus. Caliditas enim in eius ratione ineſt, quemadmodùm albedo in albi hominis ratione. At eo quà ſanguis per affectionem, ſiuè paſſionem eſt, non per ſe calidus eſt*. Prolue poſthàc labra fontibus his acquiſititij caloris, ne ſiccus, & aridus, tuo cum febrili, pro æſtuoſiſſimo, deprehendamus te Philippici Maraſmi conſortem, & frigidiſſimum, atq; exuccum febricitantem. Iuremeritò igitur *ditantur* animalium corpora *acquiſititio calore*, qui & naturà, & ſecundùm naturam, ſiq; prætèr naturam, tutatur multotiès animalis ſubſtantiam, quod ſuperiùs mea opera à Coriphæis Medicinæ luculentèr fuiſti edoctus.

6. epid. c. 4 t. 19. — *2. de P. Al. c. 3.* — *2. de P. Al. c. 3.*

Sed viden, Fortuna humana fingit, artatq; vt lubet. — *Pl in Capt.*

Auct. Nouum tamèn eſt dari calorem, qui ſenſum non afficiat, & mentis ſola reueletur indagine.

Elp. Tibi nouum eſt, quod antiquitus poſuit Simplicius, docuit eo vetuſtior Ariſt., comprobauit ratio ſemper, & vetuſtiſſima

nouit,

nouit, vel à Mundi primordio, experientia.

Tyr. *Quid hic homo tantùm incepiſſit facere cum tantis minis.*

Tunc Plautus.

—— Nugas ludificabitur *in Cap.*

Garriet, quòd neq; pes vnquàm, neq; caput compareat.

Elp. Simplicij verba vin tibi repetam è commentario Prædicamentorum? Atqui videbuntur &c.

Tyr. *At ille me tentat ſciens.* *in Amph.*

Sanus ne es? nonne prædictum tibi ſenex

In alieno corpore calorẽ illum produci ex mẽte Simplicij, Elemento verò vnicũ tantùm ineſſe, qui in ſe conſideratus, prout ex eiuſdem auctoris ſententia, ſubſtantialitèr materiam informat, non eſt ſenſu perceptibilis. Nam formas, & ſpecies ſenſus percipere minimè poteſt, vtpotè quę longè, lateq; proprias illius vires excedant, quùm concretũ ex ſubiecto, & qualitate tantùm agnoſcat. Reſeruat proindè Intellectui laborem hunc formas cognoſcendi, *quas* vt habet Simpl. l. c. *vix ille percipit*: tùm quia maximè obrutæ ſunt materia, cuius commercio intellectui operanti reluctantur, tùm etiàm, quoniàm ſenſus, vt omnimodè ignorat ſyndromem qualitatum, illarumq; menſuram, quæ conſtituunt particulare Elementum, ex mente Græcorum, quod ſuo loco audies, & indicabat modo Simplicius per *Subſtantialem participationem ipſius*, ſic Intellectus nonniſi validis conatibus vtrumq; abſoluet. Inſupèr ſenſus qualitatem non cognoſcit in abſtracto, ſed *quale*; Et Antiſthenes fatebatur ſe equũ videre, negabat ſe equinitatem videre, nam *quale*, vt idem dicebat Simplicius, eſt ſenſile, & *notius apud eos, qui habent ſenſum*; *ſed qualitas eſt quoddam intellectuale, & ſolis habentibus intellectum eſt nota, cuius pauci homines ſunt capaces.* Ne proprio renun- *c. de Qual.*

cies

cies oblato tibi fauori. Ex re igitur concludebat Ammonius, *eſt ergo intellectu ſolo comprehenſibilis qualitas, quale autem cadit ſub ſenſum.* Calor igitur, vt abſtractum quid, non mouet ſenſum, ſed intellectum, vt concretum verò, & de quo nobis inſtituta eſt diſputatio, non mouet primò intellectum, ſed ſenſum, quod Simplicij placitis, quàm rectè conſonat, tàm à tuis ſatis, ſupèrq; diſcrepat.

2. de An. t. 118. *Elp. de Ariſtotele dubitandum non eſt, qui perſpicuis verbis aſſeruit, ſenſum tactus percipere ſolum tangibilium exuperantias, vnde, inquit, ſimile calidum, frigidum, &c.*

Tyr. Manum de tabula. Nonnè percipis proprium te incurrere in mucronem? Tactus organum temperatum ex quatuor primis qualitatibus à natura inſtitutum fuit, quô exuperantias ſuſciperet. At calor quantùmuis mediocris eſt exuperans, aliàs non calor, igitur calor etiàm mediocris percipietur à ſenſu tactus; ſecus quàm tu opinareris,
t. 117. modòq; probare ex Ariſt. contenderes. Satiùs tibi fuiſſet precedentem obſeruare contextum, in quo euidentiſſimè Philoſophus pronunciat pro calore, & conſortibus qualitatibus primis, ijs nempè, quæ ſunt differentiæ Elementorũ, quæq; ipſa definiunt, aſſeuerans eas eſſe tangibiles, vt nullus tibi in reliquum ſuperſit effugio locus. Audi docentem. *Tangibiles igitur ſunt differentiæ corporis ſecũdùm quòd corpus. Dico autem differentias, quæ elementa determinant, calidum, frigidum, humidum, ſiccum, de quibus priùs dictum*
In com. t. ciij. *eſt in ijs, quæ de Elementis,* ſcilicèt *in libb. de Generatione, & Corruptione, ita enim librum vocat, qui tractat de Elementis* ex Ioan. Grammatico; ita vt hinc certa eruatur confeſsio pro his, quæ ibi ſanciuntur.

Quid tu Anagyrim commouiſti?

Elp. Calidum igitur mediocre, licet accidentale quid ſit, ſenſui perceptibile non eſt, at ſola mente.

Tyr.

Tyr. Neq; Ariſt. omnem reſeruat exuperantiam ſenſuum criterio, immò quæ verè exuperantiæ ſunt, ad tactum non pertinent, *vt ea, quæ corruptiua ſunt.* Hinc elicio incuriosè Ariſt. lectioni te vacare, vt qui non ſuperiorem cont. 117. tibi aduerſiſſimum animaduerteris, neq; ex poſterioribus t. 120. tibi incommodare. Calidum igitur mediocre, & reliquæ Elementales conſimili gradu cõſtitutæ qualitates, ſunt obiectum proprium tactus, & adæquatum, quod vt probem parùm mihi imminet laboris. Nam ſi exuperantia deſtructiua, & æqualitas temperamenti, quid *medium* eorum, quæ exuperant dicitur ab Ariſt., intangibiles ſunt, relinquitur igitur, vt ea tantùm ſint tangibilia, quæ inter medium, & exuperantias illas intercedunt. Talia verò exuperantiarum reſpectu dicuntur mediocria, medio ſi conferantur, exuperantiæ. *Calidum* igitur *mediocre* eſt proportionatum tactus obiectum, nullaq; indigens ope mentis, ad hoc vt ſui introducat ſpeciem. Quamquàm verò non ignorem *mediocritatem* Nonîo eſſe medium, atq; modum, ſubſcripſiſti tamèn tu imprudens noſtræ explicationi, dum paulo inferiùs habes, *profectò calor mediocris, & multo magis infra mediocritatem poſitus, ſenſum non afficit.* Niſi enim *mediocritas* illam, quàm inſinuauimus, iàm mereatur latitudinem, quod erit infra mediocritatem, erit medium. Rem alioquin euidentiſſimam, exemplo patefaciam, ne *Oedipum* rursùs deſideres *coniectorem.* Conſtituatur medium, ſeu corpus temperatum, ſit vltima exuperantia calor vt quatuor, tres intercedentes gradus, quarti reſpectu ? ſunt mediocritates, medio autèm ſunt exuperantiæ; quod infrà mediocritatem, medium eſt, atq; temperatum, quod infrà temperatum, non ampliùs calidum, ſed frigidum dicitur. *Mediocris* igitur *calor* ſenſu percipitur, non *ſenſui*, quod tua iàm bis ambit Grammatica, non ſat directa ab obliquo ſubſequenti caſu *ſola mente.* Quin & Sophiam obliquas, atq; peruertis, dùm intellectui cognitionem demandas accidentis, ſingularis, t.120.

concreti, quod priùs nullam expertus fuerat ſenſuũ operam, reclamante vbiq; Præceptore. Valeant igitur ſenſus, valeant ſenſoria. Quid verò tu neceſſitudine tanta Therſiti tuo iunctus, hominem non ſuades, vt abiectis ſpecillis, quin & luminibus Priſci Sophi exemplo, ſolidæ Sophiæ toties admonitus, tandem aliquando vacet?

Elp. *Ratio conuincit hoc ipſum, quia ſenſus nihil agnoſcit, niſi ab eo ſenſorium afficiatur, ac patiatur: patitur verò nihil niſi à contrario.*

Tyr. Aequum profectò erat, ex quô euanida deprehendiſti mendicata patrocinia, *rationes* ex pacto produceres, quibus infirmares Aduerſarij ſententiam, tuamq; firmares; nempè quòd detur *calor, qui ſenſum non afficiat, & mentis ſola reueletur indagine*. Quod quidèm an præſtiteris, decet modò perpendere. Duas explicaſti præmiſſas, ſcilicèt

Senſus nihil agnoſcit, niſi ab eo ſenſorium afficiatur, ac patiatur.

Sed nihil patitur, niſi à contrario.

reliquam nobis feciſti ex præmiſſis illationem.

igitur *Senſus ſenſorio eſt contrarius*.

Concluſio tàm vera, quàm appoſita. Tunc Plautus.

in Amph. *Credo quidem dormire* hunc, *atq; appotam benè*.

Elp. *Quum igitur organum tactus conſtituatur formaliter ex quatuor primis qualitatibus ad mediocritatem redactis.*

Tyr. Organũ tactus conſtituitur ex quatuor Elementis ſimùl iunctis, quæ ſunt vera organorum quorumcunq; materia, ac proindè, tùm Elementa, tùm quatuor primæ qualitates, non *formaliter*, ſed *materialiter* concurrunt ad ſenſorij cuiuſq; conſtitutionem: *organi* verò, & *ſenſorij* forma, per quam *formaliter* conſtituitur, eſt anima, quæ *eſt actus corporis phyſici, organici*, qua abeunte, non ampliùs ſenſorium,

rium, niſi æquiuocè, dici poſſe credit, traditq; Præceptor. 4. *Meteo. c. vlt.*

Elp. *Quumq; qualitas mediocris mediocri contraria non ſit ſed ſolum excedenti.*

Tyr. Indefinita hæc tua propoſitio, ſi vniuerſali æquipollet, prout nobis ſuadere tentas, vera non eſt, non in genere, minùs in ſpecie, forſanq; neq; in indiuiduis vnius, eiuſdemq; ſpeciei. Non in genere, quoniàm mediocris albedo mediocri calori, non ſolùm non opponitur, verùm neq; excedenti, quùm ſint diſparata. In ſpecie verò, quià mediocris gradus vnius qualitatis tangibilis, & excedenti alterius aduerſatur, & ęquali. Putaſne ſi calorem in primo gradu, frigido in gradu conſimili oppoſueris, fore vt ocio hæc torpeſcant, neq; mutuis inter ſe ictibus confligant? Quin æqualia gradu quotidiè Medici experiuntur morbos profligare, ne dicam inferiora aptè repetita. Sæpiùs verò fit, & in eiuſdem ſpeciei indiuiduis, præ ſubiecti diuerſitate, vel alijs contingentibus, vt etſi gradu eodem, non pari tamen gradu, greſſuq; pogrediantur, quin ſibi euidentiſſimè aduerſentur. Rem contrahamus ad qualitates tactiles, vt ſenſu dijudicantur. Sit aliquod temperatum ad amuſſim, vel ad iuſtitiam: ſit prætereà organum tactus, ſiuè illud ſit caro, ſeu quid ſub carne, vel neruus, obiecto illi exactè temperie reſpondens, quod tamèn arduum, ac penè inopinabile (nam ſi quæ datur, momentanea potiùs eſt, inq; artificis perſtans idea magis, quàm in re, qualé eſt decantatum illud apud Medicos humanum corpus *ſalubre ſimpliciter ſemper*) obuient ſibi, atq; iungantur, nil afficiatur ſenſorium (quod tamèn falſum eſt, nam extenſiuè, ſi non intenſiuè neceſſariò afficietur) quid tunc? Igitùr calor ille, qui latitat in temperamento non eſt ſenſibilis? tàm falſa, quàm ridicula illatio. Eſt ne eadem ſingulis humanę ſpeciei indiuiduis carnis temperies, & in temperie æquilibrium? an vero deflectunt naturaliter, & frequentiſſimè ab hac Ideali? eucraſia quod obſeruatio ſatis, ſuperq; in-

dicat. Obiectum igitùr illud exactè temperatum, quod ab eucrato non percipitur, ab eo nō incommodè percipietur, qui parùm ab hoc deflectit, quin & ab eodem mòx aliter ſe habente, vel etiàm præ extenſione qualis neceſſariò affecto. Quid igitur infers?

Elp. Profectò calor mediocris, & multò magis infra mediocritatem poſitus, qui vires obtineat imbecillioris, ſenſum non afficit, ſed ſolo dignoſcitur intellectu, qui poteſt omnia cognoſcere.

Tyr. Quid operationem nonneceſſariam Intellectus importunè imploras? Infers igitùr ab vno ſingulari ad vniuerſale, & quod deteriùs, ſiquid impotētia particularis organi non percipitur, inſenſile iudicas, aliamq; in Curiam relegas. Puta ſne quod inclytus ille tuus intellectus, qui omnia peruertit, ſeque met peruortit, vim rebus inferat? qualitates euehens ad ſubſtantiæ faſtigium, deprimens ſubſtantias, & ad diſpoſitiones vſq; deducens, iniquæ FORTVNAE exemplo, quæ

Immeritos auget honoribus
FORTVNA innocuos cladibus afficit,
Quod dignis adimit transfert ad impios.

Falleris, nam vt noſter cognoſcendi modus nullum ius habet immutandi res, ſic neq; organum faciet quominùs aliquid ſit ſenſibile. An audiſti poſterius non eſſe cauſam prioris? at priùs eſt ſenſile, quàm ſenſus, quin deſtructo omni ſenſu, remanebit tamèn ſenſibile. Audi Porphirium

In Præd. te monentem. *Quod ſi animalia omnia interirent prorſus, quemadmodum in deflagratione vniuerſi futurum eſſe Stoici aſſerunt, ſenſus omnis ſolueretur, & ſenſile tamen adhuc remaneret. Ignis enim proculdubiò reſtabit.* Quum igitur nullus ſit calor, qui non ſit ſenſilis, perperàm aduocas inutilem Intellectus operam, quod plenius ſuo loco audies.

Elp.

Elp. Demùm experire an a leò polleas tactu ſummorum digitorum, vt eo ſentire queas calorem aeris peregrina qualitate non affecti.

Tyr. Maſcarpionibus reſeruetur tuum examen:nam ſi quando purus occurreret nobis aer, nullaq; vaga ſubſtãtia inquinatus præter tuam *peregrinam qualitatẽ*, calidus perciperetur, & humidus verùm in hac prima regione præ terræ, & aquæ contubernio, à quibus caloris vi halitus eleuantur, fit vt occurſantium corporum præpollentes experiamur qualitates: præſertim quùm aer modicè calidus ſit, humidum vero, quod validũ poſſidet, præ materiæ tenuitate minùs imprimat, quã quòd oppoſita qualitas, vel etiàm cõgener, quæ craſſiori ſubiecto inſidet. Miſta verò inanima, quæ apud nos, quòd in ijs præpolleat terreum, & aqueum, aereo, & igneo, frigida agnoſcuntur, non tamèn quin aliqua obſeruetur ſenſibilis differentia in primis qualitatibus, nempè intèr lanam, & lignum, intèr hoc & lapidem, intèr lapidem tandèm, atq; metalla. Quinimò præter alia indicia, ſolẽt Gemmarij adulterinos lapides à veris diſcernere linguę cuſpide eos tangentes: itaut etſi calida miſta hæc ad inuicem collata ſenſus non iudicet, præ actuali, quem poſſideant calore, magis tamèn, minuſq; frigida dubioprocùl ea deprehendat. At verò animãtibus ignobilioribus nõ ea neceſſaria fuit caloris copia, quę ſenſoriũ animalis lãcinaret. Nã prætèr id quòd in ſui miſtione ignis, aeriſq; exiguum admiſerunt, in vnam præterea coierunt qualitatem quintam, quæ nonniſi prædominatis veſtigia repreſentat, quod & miſtis quibuſq; inanimis contingit. Noſtra igitur propoſitio, quin omniũ rectè ſentientium, *ſimplicitèr* prolata, *ſi per ſe*, vti par eſt intelligatur, perpetuæ erit veritatis; prudens caueat illa tantùm ab *Aſinis*, qui nomen à ſenſus orbitate lucrantur. *Barboſa. Cardanus.*

Elp. At hoc experimentum viguit ab exordio mundi. putasne pomum à ſerpente matri viuentium omnium exhibitum à prima muliere, calidum ſenſu perceptum?

Tyr.

Tyr. Quas effutis ineptias ſtolidè? quid miſces ſacra prophanis? Exulat à te τὸ πρέπον, decens ſcilicet, & decus. Dic ſodès, decent ne Idololatram Sacræ paginæ, aut e Sacris Paginis hunc ſibi mercari, quæ credat certiſsima teſtimonia? At quæ fuit prima *illa mulier*, quæ ſimul cum Serpente pomum donauit *matri viuentium omniũ*. ſi *prima* neq; *mater*, ſterilis igitur præceſsit fœcundam. Narras mira, meraq; mendacia.

Elp. Credis ne ſi mater illa Serpentis corpus contrectaſſet, eam id actu calidum ſenſu percepturam fuiſse? ne credas.

Tyr. Siccine contendis? & experimenta à *mundi primordijs*, *& exordio* ea producis, non quæ fuêre, ſed quæ fieri, vt credis, potuêre. Quo iure vetas, *ne credam* ſecùs fieri potuiſſe? irrepere ne tuam in phantaſiam Iudaicæ traditiones, vel phanaticus Talmudiſta tuam modò fouet audaciam?

Pl. *Hic vigilans ſomniat,*
Iam deliramenta loquitur. laruæ ſtimulant virum.

p. 45. *Elp. At verò qua ratione contra tot auctoritates, ac ſenſum probas opinionem tuam eſse veram?*

Tyr. Iiſdem auctoribus, atq; auctoritatibus quibus tuã damnaui oſcitantiam, vt ſuperiùs audiſti, audieſq; poſtàc ex cõdicto in *Cataſtrophe*.

Auc. Quando ſenſibilium ſenſus ipſi competens acclamatus fuerit iudex.

Elp. An putas omnium quomodocumq; ſenſibilium iudicem competentem eſse ſenſum?

Tyr. Quid importunè addis tu illud *quomodocùmq;*? An ignoras adhùc propoſitionem *ſimpliciter* prolatam debere *per ſe* accipi? Niteris incaſsùm vim huius irrefragabilis demonſtrationis effugere.

Senſibilium ſenſus eſt iudex ——— 4. *met. Sum*.2.
Calor eſt qualitas ſenſibilis —— 2. *de G.C.c*.1. 1.*Met.c*.4

igitur

igitur Caloris ſenſus eſt iudex, atq; proindè competens, ſoluſq; iudex. Vetat minabundus Ariſt. ne quam ex præmiſſis vellices, aut cōtrouertas: quin tuus Pſeud-Vliſſes priori olim ſubſcripſit. Habet namque in reſponſione, *Ad primum etiam concedentes ſenſum circa proprium obiectum certum eſſe iudicem, nec decipi, &c.* Audiuimus ſecummet muſitantem interim Galenum vobiſq; indignantem, *quod ſi alia quapiam ratione notionem, agnitionemq; calidi frigidiue habent, dicant hanc nobis; inauditam enim ſapientiam pro mittunt, immò ſi verum fateri licet, ſtuporem potiùs, ſi rerum ſenſibilium alium quempiam habere ſe iudicem meliorem putant, quam ipſe ſit ſenſus.* *de b q. d. lib. 4.* *2. de Temp. c. 2.*

Elp. Ariſtot. diſtinguit materiam, à qua non abſtrahit Phyſicus, a materia, à qua non abſtrahit mathematicus, quod illam appellat ſenſibilem, hanc intelligibilem &c.

Tyr. Quæsò, quibuſnam infringis Ariſtoteleum effatum? Nempè, quod materia dicatur quandòq; ſenſibilis, quæ *tamen nullo percipi poteſt ſenſu.* At nemò vnquam dicet materiam verè, & formalitèr ſenſibilem, ſed poteſtate talem, ſi de prima ſit ſermo; ſecùs verò ſecunda exornatur qualitatibus. Hinc Magnus Albertus. *Materia alia ſenſibilis, alia intellectualis. Senſibilis eſt, quæ qualitatibus actiuis, & paſſiuis diſtinguitur. Intellectualis eſt, quæ per rationem intellectualem abſtracta eſt à motu.* Et Auerroes *Materia enim, non eſt ſenſibilis per ſe, ſed per aliud, ideſt per formam, & non habet eſſe niſi quia ſentitur per aliud, non per ſe, eſt enim ens per illud, quod ſentitur.* Par erat vt Cordubenſis Alberto ſubſcriberet, cui commodauerat olim eruditionem, dum eundem Ariſtot. contextum explicaret. *Materia enim, non eſt ſenſibilis per ſe, ſed per aliud, ideſt per formam, & non habet eſſe, niſi quia ſentitur per aliud, non per ſe. Eſt enim ens per illud, quod ſentitur &c.* *7. Meta.* *12. Metap. c. 1. 14.*

Elp. Pari ratione qualitates primæ habituales, calor nimirum, frigus

frigus, humor, & ſiccitas, quæ ſunt differentiæ conſtitutrices Elementorum, ac eorundem formæ ſubſtantiales, ab Ariſtot. dicuntur qualitates tangibiles, non quia per ſe tactu percipi valeant, ſed quia materiei iunctæ conſtituunt in eſſe corpus tangibile per eas qualitates accidentales, quæ per ſe tangibiles conſequuntur formas eſſentiales cognomines. Quam ſententiam dilucide coluit Ariſtot. inquiens. Quoniam igitur quærimus ſenſibilis corporis principia &c.

2.de G.C. t.7.

Tyr. Peruerſa, atq; falſiſſima doctrina, & quæ ſemetipſam tollit, atq; deſtruit. Vt enim dicebat Auerroes, *nulla obliuio eſt maior iſta, quàm cùm aliquis perſcrutatur de cauſa alicuius rei, & dat cauſam deſtruentem intentionem nominis illius rei.* Nam præterquamquòd vnanimes optimi quiq; Auctores ſtatuunt qualitates primas primò, & per ſe tactiles, vt audiſti hucùſq;, rurſuſq; ſuo loco audies, intollerabile eſt has dicere qualitates tactiles *cauſaliter*, non *formaliter*, tanquàm Summus Præceptor in re ſeria toties nobis illuſiſſet. Nonnè percipis miſer, quàm iniurius ſis vniuerſæ Naturæ, eruditioni, atq; veritati? Si tua hæc expoſitio eſſet vera, etiam Cælum ipſum, ne quid grauius dicam, diceretur corruptibile, non quià per ſe corruptioni ſit obnoxium, verùm quoniàm inferiora hæc ab illo pendeant, quæ per ſe ſunt corruptioni obnoxia. Quid vetat quominùs formam ſubſtantialem dicere poſſim qualitatem? ſi ab ea emanant *qualitates* illæ *tuæ actuales*. Quid prohibet quominùs ſubſtantiam dicam accidens? ſi ſubſtantia cauſa eſt omnium accidentium, quæ compoſiti conſtitutionem conſequuntur. *Oleum camino*, quin *morbum morbo addidiſti*.

1.Phyſ. t.54. 2.de G.C. t.24. 2.de An. t.103.

Elp. Quia Ariſtot. aperte conſtituit aerem inter Elementa differentias habere minimè ſenſibiles, & alibi aerem eſſe mediocriter inſenſibilem, ſcilicet quoniam aer, etſi ſenſibilis ſit ratione luminis, ac tenebrarum à viſu, tamen ratione caloris, ac humoris ſibi naturalis eſt inſenſibilis tactu.

Tyr.

Tyr. In votis tibi eſt, magis contexere centones, & papyrum atramento maculare, quàm veritati litare. Ne verbum quidèm habet Ariſt. in 2. de Anima à te producto de Aere, deq; eius qualitatibus, ſed de *viſibili* abſolutè, quod non minùs aeri, quam cuiuis perſpicuo debetur. Detegit tuam impoſturam inſupèr Ariſt., tùm in 1. de G. C., dicens, *Aer enim mediocriter inſenſibilis eſt*, tùm 1. Phyſ., *Aer enim minimè aliorum habet differentias ſenſibiles*. Qua facie vero tu infers, *Aerem ratione caloris, ac humiditatis ſibi naturalis eſſe inſenſibilem tactu?* Monebat te Pithagoras,

Aduerſus Solem ne loquitur.

Auc. Non intellectus.

Elp. Hoc quartum mihi nouum eſt, & omnibus Peripateticis, quibus Intellectus omnia penitus intelligit.

Tyr. Quibuſnam Peripateticis? tuis forsàn? qui in tuo ſcilicet Peripatho nundinantur? Profectò Alex. Aphrod. creditus hucùſq; fuit egregius Peripateticus, Anteſignanus verò ipſemet Ariſtoteles. Verùm hic impoſſibile retur, vt mente omnia percipiantur. *Ampliùs quo dijudicabimus hæc, aut cognoſcemus, an intellectu? Sed non intelligibilia, nec enim intelligit intellectus, quæ exteriùs, non enim cum ſenſu exiſtentia.* Cuius in particulæ explicationem Alex. hæc habet. *Omnia enim, quæ comprehendimus, aut intellectu, aut ſenſu percipi queunt. Etenim duo nobis inſtrumenta ad res percipiendas natura dedit, alterum quo res intelligeremus, alterum verò quo ſentiremus, ac ſuam cuiq; differentiā adſcriberemus, ſed corporis huiuſmodi partes, nec affici, nec intelligi, nec ſentiri queunt. Non enim mente comprehendi poſſunt, quoniam per ſe, ſuaptèq; natura cognoſci nequeunt, quandoquidèm mens humana non queat res, quæ ſunt in ſubiecto abſtractas, ſimplicesq; à ſubiecto diſtractas ſine ſubſidio ſenſus intelligere, quinimò neq, ſubſtantias indiuiduas. Nam harum ſpecies, & communia non ſubſiſtunt ab illis* *de Sen. Sens. 55.*

abiuncta, atq; auulſa, & per ſe exiſtentia. Nam mens ipſa comprehendendo quandam communionem facit, quarè comprehenduntur mente, vt ſubſiſtunt, & non extrà, quaſi quadam omninò ſeparata. Quod ſi humorem nullum mens percipit ſine ſenſu, & ſentiri nequeunt, itaq; nec mens, nec ſenſus hæc diſcerneret. Etenim mens ope ſenſus percipit ea, quæ in ſenſum cadunt; quoniàm vbi à ſenſu primùm fuerint percepta, mens deindè hæc ipſa contemplari aggreditur &c. Duplex igitur nouêre inſtrumentum, ſeu facultatem noſtræ cognitionis Eximij noſtrates Peripatetici, Senſum, & Intellectum; horum prior, qui nulla eget propria in functione, atq; criterio intellectus ope, poſterior verò præuiam ſenſus neceſſariò exigit, atq; requirit. Iàm igitur cōſtat verum, atq; irrefragabile eſſe Ariſtot. effatum, *Quòd ſenſus competens ſit ſenſibilium iudex, non intellectus*; vtpotequi à ſenſibus mutuetur domeſticam ſuppellectilem in ſui prouentum, atq; beneficium.

Elp. *Si tuus intellectus de calore non iudicat, cur intellectualem pugnam de natura caloris inſtituis cum Vlyſſe? certè tuus intellectus, qui de calore non iudicat, non erit dicendus eiuſdem ſpeciei cum humano intellectu.*

Phil. 1. *Tyr.* Neq; cunctatus Cicero, graui te increpat ſupercilio, ac talia fatur. Nimis iracundè hoc quidèm, & valdè intemperanter; cuius enim maleficij iſta pœna eſt? quāquàm tu quidèm vini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa declamitas. Omnis eum, quæ contra voluntatem eius oratio, grauitèr offendit, etſi nulla ineſt contumelia, hæc ille. Proindè vter noſtrûm, & Veritatis, & Modeſtiæ tranſgrediatur limites, iudicabit Litterarius Conſeſſus in poſterùm.

in Amph. Fremebat in te Plautus.

—— Vlmorum Acheruns,
Quem pòl ego bodiè ob iſtæc dicta faciam feruentem flagris.
Ego tibi iſtam bodiè ſceleſtam comprimam linguam.

Elp.

Elp. *Quem Ariſtot. diſertis verbis aſſerit, non vno in loco omnia intelligere, ac intelligendo fieri ſingula, & abſolute omnia fieri, adeoq; prorſus omnia, propterea; calorem intelligere, ac iudicare.* 3. de An. t. 4. t. 8. t. 18.

Tyr. Quid ſibi vult odioſa hæc farrago? dignaq; meſſis non humanæ ceruicis? Intellectus aptus eſt fieri omnia intelligibilia, vt ſenſus omnia ſenſibilia. Hinc eſt, quod Præceptor in fine 3. cont. hæc habet, *& ſimiliter ſe habere, ſicut ſenſitiuum ad ſenſibilia, ſic intellectiuum ad intelligibilia.* At neq; Ariſt., neq; aliquis ex ſectatoribus particulas illas agnouit, *penitùs, & abſolutè* omnia fieri, verùm è ſordido tuo depromuntur cellario, non ſecusàc, quæ tandèm apponis. *Adeoq; prorſus omnia, propterea; calorem intelligere, ac iudicare.* Vtriuſq; verò potentiæ metas in iudicando docebit te vberrime Alex. Aph. in 2. de An., ne te forsàn pudeat à Tyrone doceri rem alioquin omnibus ſpectatiſſimam.

Auc. *Neq; liceat huic quolibet ſui conatu concipere calorem, ſecluſa calefaciendi habilitate.*

Elp. *Quinta nouitas hæc tua eſt, quæ reclamantibus omnibus Peripateticis, adimis intellectui facultatem abſtrahendi prius à ſuo poſteriori, nam calor ordine naturæ prius eſt &c.*

Tyr. At T. Lucretius Carus amicè monebat te

Coniunctum eſt id, quod nunquàm ſine perniciali 1. 1.
Diſcidio potis eſt ſeiungi, ſeq; gregari.
Pondus vti ſaxis, calor ignibus, liquor aquai.

Erumpit alius. Benè ſit inquit tuis *Nouitatibus*, atq; *Peripatheticis.* Falsũ in primis credebant alij, priùs abſtrahi sẽpèr poſſe à ſuo poſteriori, ſecùs forma à materia ſepararetur, quod abſurdum exiſtimat D. Thom.: nam intellectus formam ſubſtantialem non poteſt abſtrahere à materia, quia in quadã relatione conſiſtit. Non poſſe cõcipi idem te

7. Met. 34. docebit. *Materia, etſi non eſt pars formæ, tamèn materia, ſine qua non poteſt concipi in intellectu forma, oportet quòd ponatur in definitione formæ, vt corpus organicum ponitur in definitione animæ.* Quæ quidèm & Aphrodiſei conſonant præceptis 5. Metaph. Dubitas ne formam, quæ actus, priorē eſſe, necne? Quicquid ſit, pro re mea iàm reſpondeo; quod illud *prius*, vel eſt de quidditate, & eſſentia poſterioris, vel non. Si primùm, non poteſt abſtrahi poſteriùs à ſuo priori, vt nec ſpecies à ſuo genere: modo habilitas ad calefaciendum eſt de eſſentia, & quidditate caloris, neq; igitur poteſt intellectus quolibet ſui conatu hanc ſeparare habilitatem à calore, neq; conceptum Phyſicum adæquatum de calore formare abſq; eo, quod illum intelligat ad calefaciendum habilem. Quo habilitatis nomine

ſ. de Qual. perculſus Simplicius, illud amicè te monebat. *Verùm in plus eſt habile, quàm habitus (vt diximus) opinio itaq; Ariſtot., & antiquorum de iſtis, talis eſt.* Proſequimur nos. Quæ igitur ſunt de eſſentia, & quidditate alicuius, abſtrahi ab eo nequeunt, ſed *actiuitas*, quin & *ſenſibilitas* talia ſunt, igitur &c. De *actiuitate* nullum faciet reliquū dubitationi

9. Meteo. c. 1. locum Alexander, qui de calido, & frigido verba habens, inquit, *Quapropter ſubſtantiam, & rationem ipſorum actiuitas ingreditur.* Quòd niſi breuitati conſulerem, rem ob oculos ponerem grauis, & leuis exemplo à nemine controuerſo; in quorum eſſentia, habilitas illa ad deſcendendū, vel aſcendendum euidentiſſimè includitur, adeò, vt nequeant abſq; ea percipi, quòd & mòx audies. Quin tuum

de b. q. d. p. 121. Therſitem interim audi, *actiuitas enim, vel idem re eſt cū forma, & ſubſtantia caloris, vel ab ea immediatè, indiuiduéq; adeo prouenit, vt altera intendi nequeat ſine alterius incremento.* Quod tamèn pernegas tu modò impudentiſſi-

p. 49. mo auſu, dum inquis. *quum nemo potentiam illam actiuam caloris vnquam dixerit identificari cum eſſentia caloris.*

1. Phyſ. 219. 20. Hęc profectò commodè diſcere potuiſſes, vel primò Phyſicæ in limine, ni ſtudijs puerilibus præ genio addictus,

inge-

ingenium, atq; tempus perperàm hucuſq; contriuiſſes. Quòd niſi præ connata hebetudine illud aſſequi à Præceptore minimè tibi licuiſſet, præſtò erat Simplicius, qui rem enucleans, ſic habet. *Tradit autem regulam eorum, quæ ſeparari poſſunt intelligentia, & eorum, quæ nequeunt. Etenim quùm ea, quæ ſeparamus definientes in definitione illa non aſſumimus, à quibus ea ſeparamus, nec illa cogitatione ſimul verſamus, & circumferimus, ſed ipſa per ſe definimus, & cogitamus, tunc ea cogitatione, & intelligentia dicimus eſſe ſeparabilia, cùm autèm nobis definire volentibus, ea quæ ſeparantur, vnà etiam illa omninò apparent, à quibus ſeparantur, & nec ſeorsùm quidem poſſunt abſq; illis cogitari, tunc & cogitatione, & intelligentia dicimus illa eſſe inſeparabilia.* Annecte modò Alex. teſtimonium: *at ſubſtantiam, & rationem caloris actiuitas ingreditur, igitur neq; cogitatione, neq; intelligentia actiuitas, vel habilitas ſeparabilis eſt à calore.* Quantum verò eſt de *ſenſibilitate*, eximet te ab ignorantiæ labe Clariſsimus F. Bonamicus, meritò à te laudatus, parùm verò obſeruatus. Is lib. 2. de Motu hæc habet. *Quoniàm antequàm peruenerit ad eum terminum, quo primò ſenſilis eſt, calor fit, & nondùm eſt qualitas, tum verò eſt qualitas, vbi iàm ſenſilis facta eſt, & quandò non eſt ſenſilis, non eſt qualitas, niſi poteſtate. Et quemadmodum pars Diæſeos, non eſt ſonus, quia non auditur, ſic quæ non cadunt in ſenſus, non ſunt qualitates, ea enim fuit Ariſtotelis firma ſententia, atq; à communi hominum ſenſu ducta, cui refragari difficilè admodùm eſt, id quod ſenſile non eſt, qualitatem eſſe non poſſe. Quod itidem ab ipſo pluribus rationibus munitum, ac diſputatum contra Platonicos fuit, qualitates naturales ex indiuiduis primordijs componentes.* Non difficilè inſupèr tibi fuiſſet veritatem aſſequi, ſi Alexandrum conſuluiſſes, quâ ponderat definitionem animæ: hæc enim dicitur perfectio corporis naturalis in potentia vitam habentis, vt id omninò vitam habere intelligat, quod actu vitæ munere fungi poteſt. Atq; id ipsũ quod

Marginal notes: com. 1.a. — c. 33. — 3. Cæli de Sen.

quod eſt, eſſe poteſtate, adiacens eſt, quod primæ Endelechiæ naturam oſtendit. Inſupèr anima quatenùs actus primus, intrinſecam, atq; eſſentialem includit habilitatem ad actum ſecundum: quin Natura, vt talis, in ſua formali ratione includit habilitatem ad promouendum motum, vel quietem. Quod ſi calor habitualis tibi eſt forma ſubſtantialis, hæc vero eſt *natura*, dubioprocùl eſſentialis illi erit, atq; innata calefaciendi habilitas, ac proindè nec intellectu à calore ſeparabilis. *Virtutes* vertunt Interpretes, quas Ariſtoteles ſua lingua dixit δυνάμεις poteſtates ſcilicèt Elementorum, quaſi tuæ hæſitātiæ auxiliarem manum

2. Phyſ. t. 11. allaturus. At ſi conſuleris Simplicium, audies *naturam eſſe aptitudinem ſubiecti*. Inſupèr, concipies ne graue vbi vbi ſit, abſq; propenſione ad centrum? vel leue ſine habilitate ad motum, qui ſurſum? hæc verò ijs inſunt ſecūdùm

2. Phyſ. t. 5. naturam ex Ariſtot.. Immò Simplicius in commento. *Secundùm naturam autèm igni eſt etiam ſurſum ferri. Neq; vtiq; ſurſum ferri habet naturam, neq; eſt natura, neq; enim eſt ſubſtantia, ſed poteſtas, & actus, qui ex ratione naturæ igni ineſt, & ita dicitur ſecundùm naturam*. Tandèm verò concludit. *Cùm ergo dicit Ariſt. eſſe natura, & ſecundùm naturam, non ea dicit, quòd idem ſint, ſed quòd in igne ſurſùm ferri eſt ei, & natura, & ſecundùm naturam*. Vt igitur concipere nequit intellectus graue, & leue abſq; propenſione ad locum, ſic neq; calorem abſq; habilitate ad calefaciendum, cum illi ſit, & natura, & ſecundùm naturam. Colophonem tandem imponit Alex. Aphrod., qui veritus ne è Peripateticorum finibus præ tua petulantia fieret extorris, vix prodit rursùs trepidans, eaq; recitat, quæ aliàs tradidit in Metaphyſicis. *Per formam enim terra eſt terra, & ignis ignis, homoq; homo, atq; horum forma eſt anima, illorum verò propenſio, quà enim aqua eſt, quà terra, quà ignis, principium habent in ſe motus naturalis*. Sic tu plurima effutiens, & ad pauca reſpiciens; quin nihil ex noſtris percipiens, iactaſti fautores, quin inuitaſti in tui ruinam, riden-

ridentibus interim Grammaticis, atq; irridentibus tuum Solœcum, *calor ordine naturæ prius eſt*.

Auc. *Feriantem ſi audirem, vel alteri committentem calori peragendum opus, ſuſpicarer forſàn extrà aleam eſſe primarum qualitatum.*

Elp. *Ariſtot. elementorum virtutes, adeoq; primas eorum qualitates, ait in omni miſto ſaluari, ſaluantur quidem primæ qualitates habituales, quæ ſunt ipſorum formæ ſubſtantiales integræ, ſed non diuiſæ à ſe inuicem, at coniunctæ in vnam totius miſti formam, quæ Temperamentum dicitur.*

Tyr. Siquis curioſus ſciſcitetur, cur tu tot circuitionibus, vel ridiculis ſubterfugijs declinaris vim noſtræ coniecturę de calore in corpore ſimplici, non miſto, neq; è temperamento erumpente, profectò nullam aliam expiſcaretur, præter ſtudium propagandi tuam imperitiam, & erroneas de rebus naturalibus ſententias. Neue hoc iniuriâ me tibi imponere prædices, audi ad quos lapides rurſus impingas. Nempè confundis miſti formam, & temperamentum, diſſitas iungis fragili retinaculo nouæ formæ, quæ tibi nil aliud, quàm antiquus calor. Erit igitur aceruus feruidus, quo deferuefacto, mirabili ſpectaculo, ſingula in ſuas ſtationes ſpontè ſecedent.

Elp. *Quæ quidem forma conſtans ex primis qualitatibus hiſce, non committit alteri peragendum opus.*

Tyr. Igitur per ſe operatur, neq; legatitia aliorum vtitur opera. Nouam lucramur nunc eruditionem, quòd forma ſubſtantialis compaginetur, ex qualitatibus, & quòd plures qualitates infractæ, atq; integræ conueniant noua ariſtocratia in vnam miſti formam. *Forma verò hæc conſtans* inconſtantiæ non leuis te redarguit, quod ademeris nunc

imme-

immerenti auxiliares copias feruente prælio, quas tamèn magna prodigalitate totiès iactaueras.

Elp. Aſt operatur ipſa, velut agens primarium, vtens nihilominus alijs qualitatibus accidentalibus primis eiuſdem nominis, velut proprijs inſtrumentis, quæ qualitates accidentales Elementorum ſaluantur itidem in miſto, ſed retuſis viribus, atq; refractis.

Tyr. Neq; pes, neq; mens ſat tibi conſtant. Operatur igitùr forma hæc miſti, & non operatur, committit, & non committit. Quid tandèm? Agè dic, quæ ſint nouæ hæ qualitates *accidentales* elementorum, quæ tertio loco ijs accedunt: Iàm enim primum dediſti *habitualibus*, vt ſecundum *actualibus*, quas dixiſti proprietates à primis emanantes, ac proindè perpetuos Elementorum ſatellites; cur verò tandèm *accidentalibus* nouiſſimis ius agendi *primæ* reſeruant? deſpectis, vel præteritis *actualibus*, quibuſcum perpetuum habent commercium? Malè igitur inſtituiſti tu diſputationem *de Duplici Calore*, quùm de *Triplici* ſcribere debuiſſes. At verò iàm curſitantes conſpicor curioſos nouo prouentu allectos, nam præter triplicem nupèr obſeruatum in igne calorem, tertium quinetiàm emergit temperamentum ex qualitatum accidentalium refractione. Sic *Nouis* tuis *Inuentis* egregiè ditantur *Artes*.

Elp. Conſimiliter in Elementis agunt primæ qualitates habituales, velut agentia primaria, quæ qualitatibus accidentalibus ſibi cognominibus vtuntur plerumq; tamquam inſtrumentis ad operandum.

Tyr. Committunt igitur *plerumq;* qualitatibus alijs ſua mandata: calor habitualis *committit alteri calori peragendum opus*. Cur igitur rem controuertis; vel differs confeſſionem?

Elp.

Elp. Dico plerumq;, quia qualitas habitualis agere poteſt abſq; actuali, vt aqua feruens &c.

Tyr. Non vera, propriaq; actione, ſed impropria, ac metaphorica, forma aquæ ſubſtantialis abicit contractum feruorem, quamuis nulla reſidua eſſet frigiditas actualis, quod tamèn falſiſſimum; non ſecusàc quod forma illud operetur. Nam calor ille in aqua peregrina eſt qualitas, & ſola ſui promotoris præſentia diuturnus, quo decedente, quamquàm ſubſtātiam quoquomodò calor affeciſſet, quod obſeruabat Alexander, euaneſcit tamèn domeſtico fulcro deſtitutus. Illas verò ſibi forma reſeruat tantùm in hoc partes, quoniàm conſtituerat in eſſe ſubiectum, cui naturalitèr repugnat ſibi comitem aſciſcere calorem.

Elp. Deinde tibi qualitates primæ non ſunt, ſi ſerientur, niſi per ſe operentur? tibi calor non eſt prima qualitas, niſi calefaciat, & humidum tibi non eſt prima qualitas, niſi humectet? attamen Ariſtoteli aer in hyemis nocte boreali ſereniſſima, calorem habet, ac humorem primas qualitates feriantes omnino ab opere calefaciendi, & humectandi.

Tyr. Quùm reponatur calor inter qualitates primas, hæ verò mihi ſint accidentia, Elementorum naturam conſequentia, & quibus proximè, vereq; agunt, reliquum eſt, vt ſi datur calor, qui proximè non agat, ſed per aliud agat, quòd calor hic non qualitas, ſed ſubſtantia ſit nobis iudicandus. Vide quàm peruersè, quæ euidentiſſima ſunt interpretreris. Deindè quid controuertis, an qualitates primæ per ſe operentur? ex quô ſuperiùs audiſti, quòd *actiuitas* ingreditur rationes earum, & quòd non ſint qualitates, niſi ſentiantur. Sentiuntur vero iàm adultæ, niſi impediantur, quod contingit in aere, præ halituum, & vaporum præſentia, ſi borealis viguerit conſtitutio. Magnum forſàn latitat myſterium in tuą illa *nocte boreali ſereniſſima*, quùm tamèn Auſtrinæ hyemi tantùm *ſerenitatem* adiunxerit Hippocrates. 2.aph.11

Hh *Elp.*

Elp. Sed & tu ſupremam regionem ignis immediate ſub orbita lunari ſitam hoc tuo placito conſtituis non habere primam qualitatem caloris, neq; ſiccitatis, quùm tibi qualitates hæ, licet in ſummo virium gradu ſint excellentes, omnino ferientur, nihil enim habent, in quod operentur calefaciendo, vel exiccando.

Tyr. Si quæ falſa quis hinc abijciat, ne littera quidèm erit ſuperſtes. Rursùs aberras, neq; monitus, rectum ingrederis tramitem: obſecundabo; quid inde? Docuit Præce-
1. Cal. t.32. ptor pluriès, *Deum, & Naturã nihil facere fruſtra*; immò
2. Cal. t.17. *omne, cuius eſt opus, eſſe gratia operis*. Et 1. de Anima,
t.13. *Si igitur eſt aliqua animæ operatio, aut paſſionum propria, cõtinget vtique ipſam ſeparari; ſi verò nulla eſt propria ipſius, non vtiq; erit ſeparabilis*. Quarè, vt vides, abhorret adeò Philoſophus, quæ non operantur, ac proindè *fruſtra* ſunt, vt omninò ex vniuerſi limitibus exterminet. Quìn tuus
lib. 6. Præceptor F. Pendaſius Ariſtoteli ſubſcripſit, inquiens,
p.22. *Quicquid enim eſſe hoc aliquid actu poteſt, perſeq; ſubſiſtere, poteſt etiam aliquid agere*. Erras igitur primo loco, quòd quamuis noſtra dicta detorſeris, impugnes tamèn, quæ
1. Meteo. veriſſima ſunt, & Ariſtoteli congruentiſſima. Falleris præ-
c.4. tereà, dum credis, quod *ibi qualitates ſint in ſummò virium gradu*. Excidit ne tibi, quod nemo ignorat, quale nam ſit hypecauma illud lambens Cæli conuexa? quod *communi conſuetudine ignem vocamus, quùm non ſit ignis, caliditatis namq; exceſſus, & veluti feruor eſt ignis*. Quorum verbo-
c. lcit. rum in expoſitione hæc habet Olympiodorus. *Qua de cauſa dixit, quem dicimus, hac de cauſa ſcilicèt, quoniàm nõ propriè hypecauma ignis appellatur, ſed translato vocabulo ab hoc igne, quo nos vtimur; quicquid verò non exurit, ignis non dicitur. Ex quo etiam cognominatum hypecauma eſt ex eo, quod minùs comburat, hypò enim præpoſitio remiſſionem ſignificat*. Remiſſum, & intenſum opponuntur, proindè ſi ſapis, & ſentis, non credes in poſterùm *ſub Lunæ orbita* calorem, & ſiccitatem eſſe in *ſummo virium gradu:*

gradu: neque etiam ſi ignis, qui apud nos, *in ſummo eſſet ſiccus*, hic enim *eſt magis calidi, quàm ſicci*, vt monuit Philoſophus. Neq; maiorem veritatem habet, quod ſtatim ſubdis, ſcilicèt quòd qualitates hæ non ferientur, *nihil enim habent in quod operentur calefaciendo, vel exiccando*: nam etſi Cælum non afficiant, immune ab huiuſmodi paſſionũ genere, non tollitur tamèn, quin inferiora afficiant, atq; immutent. Audi Alexandrum ibi locorum. *Illud inquam ex iſto mundo, qui circa terram eſt, quod propinquum eſt diuino corpori, atq; ipſum vndiq; tangit, illius motu diſgregatum, & attenuatum inflammatur, & cauſa ſimul fit caloris in corporibus, quæ ſub ipſo, in aliquibus quidem innatum, ac naturalem calorem intendens, ac augens, aliqua autem penitùs calefaciens*. Aliàs eundem aduersùs te producam ius dicentem, præſertim in præſentis textus reliqua expoſitione. Iàm ſteti promiſſis: ne *my* quidèm tibi ſupereſt, qui *Codro* es *pauperior*. 2. de G.C.

Auc. Verùm dùm operantem ſtatuit auctor, atq; molientem ipſam aſſimilationem, dubioprocùl nonniſi qualitatem dicam, neceſſariò ſenſum afficientem.

Elp. Hic primo ſaltas extra chorum. Tibi namq; propoſueras in hoc capite tractare de calore ſimplicium, & miſtorum inanimorum, translata theoria caloris animantium, cuius opus eſt aſſimilatio ad caput ſequens.

Tyr. γραῦς verò intra *chorum* deſipit, haud χορεύει. Tàm congruit rei allatæ tuum iudicium, quàm particulæ *hic* tuum *ſaltas*. Iàm conſtat ex tuimet recenti depoſitione, per ſe, & immediatè aliquid operari *calorem* hunc *habitualem*: præctereà huic deberi, prætèr alias functiones, *aſſimilationem* quinetiàm, quæ ſub eodem genere eſt tibi cum coctione: hoc verò *Alteratio eſt* Galeno, cuius partes peſſimè tutaris. Nil igitur tibi impoſui. Verùm quoniàm

diſputatio hæc noſtra tota eſt ad hominem, iuremeritò ex confeſſis arguo tua *Inuenta*; hoc verò eſt ex *tuimet Corio deſumere lora*.

Elp. Deinde nec ea, quæ nunc affers veritati conſentiunt, etenim calor naturalis in planta promouet aſſimilationem alimenti, nec tamen vnquam tuum ſenſum afficiet, & ſi calorem accipias in accidentis genere: pone manus in intimo ſinu trunci nuperrimè ſciſſi, cuneiſq; dilatato, nullum calorem ligni naturalem tactu percipies, niſi forte adſcititium ex ictu aerem interclusum atterente contractum. ſed in hoc experimento caue tibi à fato Milonis &c.

Tyr. Si calor naturalis in planta promouet aſſimilationem, quùm omnia miſta, quin & nonnulla ex elementis, naturali prædita ſint calore, dubioprocùl in tua Schola alentur hæc, & aſſimilabunt ſibi alimentum. Proba meditatio, & probro digniſſimo. Adimis quinetiàm *tuo calori actuali*, quem totiès hoc nomine extuliſti, ſenſus afficiendi omnem facultatem: illæſa igitur vagabuntur poſtàc ſenſoria, & impunè tractabunt tuæ manus ardentes prunas, non ſecusàc
de Sp. v. 6. glaciem, præ tui forsàn corij duritie. Attritio verò illa aeris, caloris effectrix, quam alibi totiès negaſti, dùm pugnares pro vniuoco agente, monet, vt tuæ frigiditati non diſſimile decernatur remedium. Quò verò noſtræ illationis energiam percipias, quùm tu coctionem ſub *alterationis* genere ſimul, & cum Galeno conſtituas, erit quinetiàm tibi ſub genere eodem, & Coctio, & Nutritio. At verò
3. de Sy. C. c. 1. 3. cùm *Aſſimilatio* eodem Præceptore, re non differat à *Nutritione*, verùm ſolo nomine, dubioprocùl aſſimilatio erit alteratio: hæc verò à ſenſibilibus fit qualitatibus, concinẽ-
Li. & 1. de F. N. te vniuerſo Philoſophantium choro, & ipſomet Galeno, qui obuius te docet. *Quocircà ſi primas, & elementares al-*
1. de F. N. *teratrices facultates requiris, hæ ſunt, humiditas, ſiccitas, caliditas, & frigiditas*. Habes mei effati rationem, dum

tui

tui experimenti, & fabulæ, quam tu importunè, & ſcurrilitèr producis, rationem expiſcor, quin irrideo tuam illã admonitionem; *Caue tibi à fato Milonis.* Nam ſuauiſſimũ, atq; optabile forsàn alicui cõtingeret *in intimo ſinu* tui *trũci nuperrimè ſciſſi, cuneiſq;* dilatati, non *dilatato*, experiri, num calor aliquis latitet, ſitue ſuperſtes. Quantùm verò in me eſt, neq; metuo meis manibus à tuo trunco, & occurſantes λύκους, Lupos ſcilicèt, ſtrenuè abigam facibus, & fuſtibus.

Elp. *Deinceps aſſimilatio nutrimenti triplicem habet in viuente cauſam effectricem ſubordinatam, vt edocet Ariſtot., quæ ſunt anima vegetalis, ceu principium primarium, & calor naturalis, veluti principium inſtrumentale.* 2. de An. t. 40. 41. 49. 50.

Tyr. At tertia cur excidit? tu prætereà, qui nõ ſemèl inſtrumẽtum ad cauſam materialem reducis, cur nunc appellas *cauſam effectricem?* an tibi idem eſt materia, & efficiens? Neq; maiori circumſpectione auctoritates Ariſtotelis producis: ſiquidèm in cont. 40. refert opinionem credentiũ ignem ſimplicitèr eſſe cauſam nutritionis, & accretionis, in 41. confutat, & principatum animæ tribuit, ignem verò dicit concauſam, & materiam. In 49. tria quidèm pro functione alendi proponit, verùm, tuis haud reſpondentia, *quod alitur, & qua alitur, & alens, alens quidem eſt prima anima, quod verò alitur eſt habens hanc corpus, quo autẽ alitur, alimentum.* Vnicum hìc intuere efficiens. Tandèm text. 50. duplicem pro triplici tua *cauſa effectrice* aſſignat. *Eſt autem id quo alitur duplex.* Hac vice ſaltèm ponderare libuit tuas marginales citationes, vt noſcant Lectores, quàm fidere in poſterùm debeant tuæ doctrinæ, & tibi, qui præ ſegnitie ab Indicibus, inconſulto Auctore, illas mutuaris.

Elp. *Sed quia in actũ nutricationis duo functionum genera fiunt, concoctio nutrimenti, ſeu eius præparatio, ſegregatioq;*

ab

ab omni excremento, & concocti, præparati, purgatiq; conuerſio in ſubſtantiam partis alendæ.

Tyr. Degenerat ſenſim tua ſegnities in inertiam. Par namq; erat, vt tu, qui partes Galeni propugnandas modò ſuſceperas, ab hoc flumine non aberrares, duoq; tantùm functionum genera in actu nutricationis haùd conſtitueres. Ineuitabili laberis lapſu; actus enim nutricationis eſt ipſamet nutritio, quæ fit per introductionem formæ ſubſtantialis, vel tui confeſſione; at terminus hic nemini non eſt inſtantaneus, ac proindè impartibilis. Sin verò terminum nutricationis impropriè ſumas, prout includit viam termino iunctam, deuias à Galeni placitis: præter enim coctionem, agnoſcit ille, necnon egregiè probat, intercedere & Appoſitionem, & Agglutinationem, priuſquàm planè aſſimiletur alimentum parti alendæ. En ipſum monentem. 1. de F. N. c. 11. *Et nomen quidèm rei, ceu priùs diximus, nutritio eſt: ratio verò eius nominis eſt ad id, quod nutritur, eius quod nutrit aſſimilatio. Porrò hæc vt fiat, agglutinatio, ſiuè adhærentia præcedat oportet, ſicut etiam, vt illa fiat, appoſitio.* Non duo igitur, ſed quatuor ſunt hæc functionum genera, quæ ſuo 3. de Sym. p. c. c. 3. ordine bis recitare non piget Galenum. *Atq; optimè quidèm nutriuntur calida, humidaq; corpora, quippeque nutrimentum, non ſolùm alterant celerrimè, ſed etiam in ſe recipiunt, & agglutinant, & aſſimilant.* Paucis verò interiectis hæc habet. *Et puſionibus quidèm, & alijs, quibus calidior, & humidior eſt corporis temperies, optima tum concoctio eſt, tum appoſitio, tum agglutinatio, tum nutritio.* Tunc ſtomachabundus Cicero in te Scomma iecit.

1. Tuſ. *Quàm quiſq; nouit artem, in hac ſe exerceat.*

Elp. Proinde nutrienti animæ? duo calores deſeruiunt in miſto viuente.

Tyr. Quid ſibi arrogat illud *proindè?* vndeuè deducis duplex ſatellitium calorum in miſto viuente? Habet ne Ani-

ma clientes, atq; anteambulones? cur non adiunxiſti & ſalutatores? vel te, perquàm tenebricoſum, iunxiſti noctambulonibus? Credis ne vnicuiq; animæ functioni, ſuum deberi calorem? At falleris *omnium calculis*. vnici tantùm meminit vbiq; Philoſophus, præcipue verò in tex. 56. à te nupèr producto; neq; aliter ſentiunt Hipp., & Gal.; nam huic demandant pleniſſimè operationes ſingulas in viuente. Quòd ſi ſecùs fieri debere exiſtimes, iàm tibi neceſſe erit *habitualem* tuum *calorem* in igne duplicem ſtatuere, alterum, qui congreget, qui diſgreget alterum, præter *actualem*, atq; *accidentarium* à te ſuperiùs inductos. At verò Galenus, qui ſuſpicabatur te nouum ſuæ doctrinæ aſſeclam bipartiri calorem innatum in inſitum, & influentem, non recuſabat aures tibi dare ocioſas. *2. de An.*

Elp. Accidentarius vnus ad coctionem maximè promouendam, quæ non eſt omnino mutatio ſubſtantiæ, ſed alteratio potius, qua nutrimentum ex diſſimili fit ſimile nutriendo, vt ait Ariſtoteles. *2. de An. t. 44. 45.*

Tyr. Conceſſit actutùm Galenus tàm inſolenti percuſſus ſono: reliqua verò Litteratorum turba, pleniſſimo tibi iure deberi fatebatur *Nouatoris* ſtygma, qui inaudito auſu, nouam ſtatueres, mediamq; mutationem inter alterationem, & mutationem ſubſtantialem cum tuis illis limitatiunculis, *non eſt omnino mutatio ſubſtantiæ, ſed alteratio potius*. Sic *ditas*, an deſtruis Naturæ ærarium tuis *Inuentis*? præter enim nouum hoc ens, quod neq; alteratio, neq; generatio, vel compoſitio eſt, aliud indicas, quod neq; ſubſtantia ſit, neq; accidens, cui debeatur noua hæc, neq; ſpecies, neq; genus, neq; motus, neq; mutationis ſubſtantialis. Perplexus Plautus, inquit.

Ego Tireſiam coniectorem aduocabo, & conſulam.

De

De Coctionis Genere, & Fine.

SAT nouitium te præfert tua hæſitantia in coctionis natura aſſequenda, quandò ex noſtris lucubrationibus illud tibi acceſſiſſe lucri minimè controuerſi vnuſquiſq; obſeruet, vt qui anteàc coctionem patulo ore alterationem dicebas, mòx dignitatẽ eius ſenſim adaugeas, parũq; abſit, quin abiurata philoſophica hæreſi, fatearis illã eſſe veram, ſubſtantialemq; mutationem. Agè experiamur, an repetitis, vel indicatis ſaltèm Procerum decretis, quæ tamèn, & tu è noſtra *Lactis Phyſica Analyſi* priùs, & pleniùs haurire poteras, ſuperſtitem diſcutias tuam caliginem. Duo habuiſti dudùm de coctione, quorum alterum erroneum omnes iudicant, alterum verò in te ſuſpectum; quamquàm ego tã comis tibi ſum, vt ad bonam in poſterùm non recuſem deducere frugem. Primùm illud eſt, *concoctio nutrimenti, ſeu eius præparatio, ſegregatioq; ab omni excremento*. Nam alimenti concoctio, non eſt formalitèr præparatio, neq; ſegregatio, verùm aliud præſtantius agnoſcit genus, eiuſq; potitur pacifica poſſeſſione ab incunabulis vſq; naſcentis Philoſophiæ Peripateticæ: eſt autem hoc τελείωσις, non tàm *perfectio*, quàm *abſolutio*, & *conſumatio*: finis verò ex Alexandro, vt *quod potentia alimentum eſt, actu fiat*. Parùm tuæ conſulis ſenectuti, quæ ætas perquàm immutatos expetit cibos, Coo Sene conſultore, ſi præparata legumina, & ab omni excremento ſeparata, tuam admiſeris in menſam, ſat cocta eſſe ratus. Neq; minùs iniurius eris coctioni, quod ſecundo loco proponis, ſi alimẽtum, quod erat diſſimile, ſimile tandèm fieri cenſeas rei alendæ in ſolis qualitatibus: finis enim coctionis *natura eſt, naturã autèm, quam dicimus, vt formam, & ſubſtantiam*. Quòd ſi ex auctoratus ille tuus Veteranus antiquam recolit diſciplinam, nullo conatu ex ipſiſſimis Anteſignani monitis tale con-

c. 13. *p. 52.* *4. Met.* *in Mete.* *Ar. l.c.*

conficere valuiſſet ineuitabile ratiocinium. *A fine appellare omnia iuſtum eſt; finis autem* coctionis *eſt natura, quam dicimus, vt formam, & ſubſtantiam*, erit igitur coctio referenda ad formam, & ſubſtantiam, ac proindè non alteratio, verùm ſubſtantialis mutatio. Apertiſſimè inſupèr Philoſophus rem decernit, *coctionem, & inconcoctionem* recenſens inter ſpecies generationis, & corruptionis. *Quid igitur eſt generatio, & quid corruptio dictum eſt. Reliquum eſt autem dicere contiguas ſpecies, quaſcumq; dictæ virtutes operantur ex ſubiectis natura conſtantibus. Eſt itaq; calidi quidem coctio*. Abijce proindè illud tuum *non omnino*, ne transfuga omninò ab omnibus dicaris, vel deuius credaris ab antiquo Peripato, Noui Peripati Director, atq; Inſtitutor. 2. de An. t. 49. 4. Met. ſ. 1.

Elp. Subſtantialis alter, qui fixus, ac primigenius, & inſitus appellatur ad aſſimilationem faciendam, quæ Galeno doctore mutatio eſt ſubſtantiæ nutrimenti agglutinati in ſubſtantiam eius, quod alitur. 3. de Sy. C. c. 3.

Tyr. Calor ille vnicus, cui Ariſtot. demandat, tàm coctionem, quàm & nutritionem, non alijs ab eo exornatur nominibus, præterquàm φυσικοῦ, καὶ οἰκείου θερμοῦ: Galenus verò *Innatum, & Naturam* cum Hippocrate appellat, eumq; credit eſſe compoſitam ſubſtantiam, quæ & coctionem, & aſsimilationem promouere potis ſit. Sed illud animaduertas, calorem illum *fixum*, quem dicis, ſenſum quinetiàm laceſſere. Nam tepet Iecur, feruet cor, reliquis partibus ſat eſt, ſi non ſint frigidæ: quapropter ex tua theoria malè poteris illum inter ſubſtantias numerare. Eaq; proptèr tu catus *Subſtantialem* dixiſti, quod patiar eo iure te illum ſic appellare, quò & Græci, Simplicio teſte, conſueuère *ſubſtantiale* illud dicere, quod quoquomodò confert ad compoſiti ſubſtantiam exornandam, etſi mera ſit qualitas ex quatuor primarum qualitatum tēperamenta 4. Meteo. In Prad.

 reſul-

reſultans. At verò calor ille, quo vegetant, & ditantur ſolidæ partes, eſt ſubſtantia compoſita, à primordijs inſita illis, atq; connata, non ſubſtantialis tantùm, at vera, maximéq; ſubſtantia. Reuiſo interim Galenum, quò fiam certior, an in locis à te in margine indicatis, incluſerit in priſco autographo Aſsimilationis deſcriptionem, quam tu producis, veritus ego, ne temporum iniuria è noſtris exciderit exemplaribus. Verùm ille, ne per ſomninm quidèm, ibi locorum hæc meditatum ſe fuiſſe aſſeuerabat, & in aphoriſmorum commento, de Athletis tantùm ſe verba feciſſe, inexplicata aſsimilationis natura, non ſecusàc in 1. de Sym. c. *de ætatibus, & naturis, ad quas actiones promptiores, aut ineptiores exiſtant*. Vetuitq; in poſterùm, ne iurato quidèm credere impoſtori, quod faciam ex animo, totiès à te mala fide deluſus.

Elp. Et quoniam id quod alitur formaliter ſimul eſt, & viuens, & miſtum, anima nutriens eſt principium quo inanimatum alimentum vertitur in corpus viuens.

Tyr. Cui controuerſum vnquàm fuit animam vegetam primam eſſe aſſimilationis originem, & peculiarem quinetiã vitam communicare? non enim abſolutè inanimatum eſt alimentum, at non ſic animatum: nam qui fœniculi ſemine veſcuntur, animato veſcuntur, non anima fœniculi tantùm: verùm in tua Schola, & Erucæ, Papilionis, Araneæ Bombycis, quæ animæ anguſtis vaſis carceribus, nudæ latitabant, atq; inertes. Quemlibet profectò minùs quàm te, dedecebat inanimatum dicere alimentum, qui à viuentibus sẽpèr illud expectas, & expetis, non animaduerſis animalibus pleriſq;, qui terra victitant, vt bufones, polline laterũ columbi, Apuæ aqua, & Atheritæ, Rore cicadæ, melleo, rore veſcitur homo; nullam verò cum viuentibus habet ros affinitatem. At æquum fuit tuam amarulentiam omnes declinare dulcedinis latices. Quod verò habes, *id*

1. de b. q. d. c. 10.

quod alitur formaliter ſimul eſt, & viuens, & miſtum, ſi, vti par eſt, illud *ſimul* indicat per vnam, eandemq; formā, cōſtitui in eſſe viuens, & miſtum in animatis, mecum tandem & ſapis, & ſentis: ſecus verò falſiſſima aſſertio. Nam anima in animante, vt eſt principium, quo viuant, ſic miſtionis eorundem eſt forma ſubſtantialis, vltima tamèn præeunte diſpoſitione temperamenti, quod formam diximus accidentalem.

Elp. *At calor inſitus, ſiue temperamentum animæ nutrienti deſeruit, vt inſtrumentum ad vertendum miſtum corpus alimenti in aliud miſtum corpus animantis.*

Tyr. Quô ſingula peſſundes, iungis diuerſa, & iuncta diſtrahis. *Calor inſitus* ſpecies eſt innati caloris, vt ex me audiſti, non eſt *temperamentum*, verùm ſubſtantia membris inſidens, ad commiſſa ſibi animæ munia exercenda. At verò temperamentum pura, putaq; eſt qualitas, vel ſi tecum illud dixerim formam ſubſtātialem, erit ne pars idem quod totum, & forma compoſitum. Inſtrumenta equidèm ſunt, & calor inſitus membrorum, & temperamentum eorundem, quæ noua emergebat qualitas ex conflictu primarum, verùm non æquis, ijſdemq; viribus in actione animæ famulantur. Satagit partis temperamētū qualitatem ſibi ſimilem in alimentum inducere, non abſq; inſiti caloris, & influentis aſſiſtentia, qualitas verò hæc merum, purumq; eſt accidens, ac proinde ſolam, vix potis eſt, tribuere alimento alterationem. At calor vterq;, tàm inſitus, quàm influens, qui in radice vnus, idemq; ſunt, præ animæ imperio, & proprijs ſubſtantiæ viribus promouent, quin promouet ſubſtantialem alimenti mutationem, vt aſſimiletur penitùs, & perfectè parti alendæ: quod verò aſſimilat, eſt forma ſubſtantialis, ac proinde anima, quæ forma æquè viuentis eſt, ac miſti animati. Nam ſecùs daretur miſtum animatum, quod non haberet animam, vel

eam ſaltèm in ſui formali ratione non includeret, quod tamèn Ariſtotelis auribus inauditum. Etenim mortuum hominem æquiuocè hominem dixit, non ſecusàc pictum. Temperamentum igitur non vertit miſtum corpus aliméti in aliud miſtum corpus animati, quod nobis ſuadere irrito conatu tentaſti: proſequere.

Elp. Quæ duæ mutationes formaliter tantum ad inuicem differunt, non autem re: namque ſunt vna numero mutatio: quod etiam de nutricatione, & augumentatione monebat Ariſtoteles.

2 *de An. t.* 47.

Tyr. Vt per primam animæ participationem cum calore conſtituitur corpus in eſſe viuentis, ſic eadem ſubeunte forma miſtionis vices, fit & animatum, & viuens, & tale viuens, puta os, vel caro. Haùd enim neceſſe eſt, vt ſingulis attributis rei, ſingulæ reſpondeant formæ, ſecus verò aurũ, quod eſt miſtum, bis eſſet miſtum. Vnica igitur eſt illa mutatio, qua promouetur alimentum ab innato calore, tanquàm inſtrumento proximo vegetantis animæ, non vna tantùm numero, verùm & re, eaq; realitate, quàm Scholæ dicunt non ſolius exiſtentiæ, verùm & eſſentiæ. Ne verò ſuſpectum ſit tuo palato, quod græcos non ſapiat latices, audi Alex. Aphr. in præfat. libb. Prior Reſ.. *Poſſe enim inter ſe ratione diuidere ea, quæ licet ſubſtantia differant, ſubſiſtentia tamen, & exiſtentia eſſe ſeparata à ſe mutuò non poſſunt, ad philoſophicam contemplationem perquàm neceſſarium eſt.* Controuerteret forsàn aliquis membra tuæ diſtinctionis, cum formæ *res* non opponatur; immò cum *re* identificetur, adeo vt *eſſe rei, & per quod res eſt* formæ debeat referri acceptum: præter id, quod *re; vel ratione* aliquid diſtingui iam ſit receptum. At reuocat me grauius tuum erratum, quùm tradis mutationem miſti corporis in aliud miſtum, & mutationem in viuens corpus formalitèr tantùm differre, prout *Nutritio ab Augumentatione*, non

Alex in præf. cit.

ſecusàc

ſecusàc ſi verè darentur duæ illæ mutationes, realitate eſſentiæ inter ſe diſtinguerentur, quamquàm vnum eſſent ſubiecto, & exiſtentia. Vter noſtrûm Nouitius eſt in re philoſophica tractanda?

Elp. Cæterum calor habens accidentis naturam, qui coctionem promouet, ac præparat alimentum ad aſſimilationem, etſi vegetus adeo ſit in animalibus perfectioribus, vt ſenſum afficiat, in plantis tamen, & imperfectis animalibus hebes eſt adeo, vt ſenſum, ſenſu duce non afficiat.

Tyr. Quartus emicat tandèm calor, qui nè tuo frigidiſſimo ſinu recens excluditur, ſcilicèt, *habens accidentis naturam*, qui *habituali, actuali, & accidentario* iunctus, torpidum te relinquit, geluq; rigentem. Si *naturam habet accidentis*, cur non accidens? An forsàn accidens eſt ex modo, re autem ſubſtantia? At verò præmonuerat Præceptor, *quod verè eſt nulli accidere*. Peto inſupèr, cuius reſpectu *habet naturam accidentis?* Forsàn coctionis? quam calorem hunc promouere dicis. At coctio, non per accidens, verùm per ſe, proximè abſoluitur ab innato calore, qui ſubſtantia eſt. Repete, quæ opera præſtet nouus hic calor.

Elp. Coctionem promouet, ac præparat alimentum ad aſſimilationem.

Tyr. Cur animam præteris? vt tibi tua verba reddam, quæ verè promouet, & principalitèr coctionem. Promouetur calor, atq; euehitur, vt formam inducat in alimento ſubſtantialem, promouet verò, atq; perficit coctionem anima. Prætereà calor hic tuus, vel per coctionē præparat tātùm alimētū ad aſſimilationem, vel per alias mutationes, quas hucuſq; præ incuria, vel inuidia ſuppreſsiſti. Quod ſi coctionem illùc dirigit, vt aſsimilet, finis igitur, & terminus huius viæ erit aſsimilatio, quæ tibi eſt nutritio: erit igitur coctio formalitèr nutritio, ſi à termino vnumquodq; denomi-

nominari debet ex tuis decretis. Tandèm verò calorem hunc, *qui accidentis habet naturam* egregiè à prioribus ſuis collegis diſtinguis, rationemq; nomenclaturæ ſubnectis. Nam vt *habitualis* nunquàm ſenſum afficit, *actualis* nunquàm non afficit, ſic recentiſsimus hic, in quibuſdam afficit, in alijs non afficit. Quodſi vbi afficiat accidentis habet naturam, reliquum eſt, quod quandò non afficit ſubſtantiæ habeat naturam. Coibunt igitur ſimul in vnam naturam accidens, & ſubſtantia, ſenſile, & inſenſile, tuęq; exymiæ in poſterùm debebitur eruditioni, quod intentatum, quin inexcogitatum à quoquam huc uſq; fuit intra Naturalis Sophiæ cancellos. Tunc Plautus.

—— O Lyde es barbarus,

In Bacch. *Quèm ego ſapere nimio cenſui plus, quàm Thalem.*

Ly. *—— Illùc ſis vide*

Non pædagogum iam me, ſed Lydum vocat.

de Senſ. Senſ. c. 4. *Auc. Si certum eſt ſubſtantiæ contrarietatis experti omnem denegari actionem.*

Elp. Dum Ariſtot. ait in loc. à te citato, rationabiliter itaq; &c. multo ſecus, ac à te fiat eſt intelligendus &c.

Pl. in Bacch. *Tyr. Satis hiſtoriarum eſt.*

In vnum tua colligam. Declinas, vel diſſimulas euidentiſſimum Ariſtot. decretum, qui ſubſtantiæ omnem denegat actionem, eamq; contrarietatibus reſeruat: primò quidèm, quoniàm Ariſtot. nomine actionis, & paſſionis *indicat puram, putamq; alterationem, adeòq; mutationem inter accidentia*. Eſtò. *modò aſſimilatio eſt mutatio ſubſtantiæ nutrimenti in ſubſtantiam corporis viuentis*. At quum in Galeni doctrina, quam dudùm ſequebaris, alteratio ſit commune genus ad Coctionem, Nutritionem, & Aſſimilationem, dubioprocùl ad hominem argumentum concludit, quòd *calor habitualis*, qui te fatente promouet aſſimilatio-

lationem, futurus ſit qualitas tactilis; ſi alteratio, vt modò dicebas, fieri dicitur inter qualitates, & accidentia, & Ariſtot. aliquando ſanciuerit, *ſecundùm enim ipſius tactus paſſiones alteratio eſt*. 2. de G.C. t. 24. Quantùm vero congruat hæc tua explicatio cum ea, quam ad eundem cont. ſuperiùs adduxiſti, tute meditare, eſſet enim hominis ocio abutentis, p. 20. ſingula tua errata curioſè proſequi. Subſtituiſti tandem aliud tegmen, cum priori, ex meritò, parùm fideres: improbaſq; quod extenderim ad omnem actionem Philoſophi dogma, quod tamen *coarctatum eſt ad alterationem, qualis eſt generatio ſaporum*. Redargutio hæc, vel eadem eſt cum ſuperiore, vel nulla. Coarctetur effatum Præceptoris ad ſolam alterationem, hoc tibi detur, quid indè maioris lucri expectas? At Aſſimilatio, vt totiès audiſti, eſt alteratio, erit igitur qualitas, & purum, putumq; accidens *calor* ille *tuus habitualis*, qui hanc promouet, necnon paſſiua qualitas ex Ariſtot. decreto.

Auc. Solaſq; primas qualitates verè banc abſoluere.

Elp. Ain tu, ſolæ primæ qualitates vere nutrimenti aſſimilationem, aut actionem abſoluunt.

Tyr. Quis homo ſt, qui dicat me dixiſſe iſtud?

Refer tu coniunctam ſententiam, non friuolis ſegmentis deartuatam, iam omnibus eris ridiculus. Audi. *Si certum eſt ſubſtantiæ cõtrarietatis experti omnem denegari actionem,* l. cit. *ſolaſq; primas qualitates verè banc abſoluere*. Solæ primæ qualitates, quæ primę ſunt quinetiàm contrarietates ex edicto Ariſtotelico, actionem abſoluunt. Mala fide interpretaris noſtra, atq; illud imponis, quod dixerim primas qualitates *vere abſoluere nutrimenti aſſimilationem*. Haud eram præthereà ita veri aſtrictus, vt hyemem deſpicerem, in quo non ſecùs ac vere, viſcera ſunt natura calidiſſima, vberrimiq; alimenti feracia: neq; inſuper reliquis anni ætatibus

fuiſſem

fuiſſem iniurius, in quibus non dubito perpetuas fieri alimẽti aſſimilationes. Hinc Venuſinus Vates.

2. Sat. 1. *—— Siquis*
Opprobrijs dignum latrauerit integer ipſe
Soluentur riſu tabulæ, tu miſſus abibis.

Auc. Dum autem calorem hunc in habitu ſubſtantiæ nomine honeſtat, refractarios ſibi ſuſcitat Peripati aſſeclas.

Elp. Nihil minùs, ò bone, memineris à me ſupra relatos Alex. Ammonium Philop. &c. Tu verò celebres illos Peripateticos, aut non videns, aut diſſimulans, ad pauca reſpiciens de facili enunciaſti falſam ſententiam aduerſus Vlyſſem.

Tyr. Quid profuerint tibi inducti teſtes, iam recolis, ni penitus obliuioſus. Nam aduorsùm illum cauſam dixere, cui venerant aduocati. Quid ego præſtiterim, quaſue in anguſtias te adegerim, iudicabunt periti. Quid ſi *ad multa* tua errata, nedum *ad pauca reſpiciens*, deſpicabilem iam te præſtiti Litteratorum Senatui, ſuſpectumq; Nouatorem?

Ter. in Adel.

Auc. A quibus ſuſpicor, ne vt degener explodatur ab eſſentiæ nobilitate.

Elp. Suſpicio ſcientiam non affert.

Tyr. Tantòq; minùs temeritas. *Nihil eſt à grauitate ſapientis errore, leuitate, temeritate diſiunctius. Cauendum eſt* Tulij præcepto, *ne incognita pro cognitis habeamus, ijſq; temerè aſſentiamus, ſed adbibeamus ad conſiderandas res, & tempus, & diligentiam.* Felix tu, cui pleniſſima, eaq; extemporanea contigit Sapientia.

4. Accad. 1. off.

Elp. Tu ſuſpicionibus agens, non autem probationibus vis cum Vlyſse Veterano congredi, ſperaſq; victoriam in campo Litterario?

rio? ſat ego tibi demonſtraui Claſſicos Peripateticos Græcos &c.

Tyr. Deforme eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. 1. Offic.

Auc. Omnis namq; ſubſtantia ſi hoc aliquid ſignificat &c.

Elp. His tu mihi videris tres afferre rationes, quibus ſuſpiceris calorem non eſſe ſubſtantiam; prior eſt, quia calor non eſt hoc aliquid, poſterior, quia calor denominat ſubſtantiam calidam poſtremo quia calor ineſt in ſubiecto.

Tyr. Excluſurus ego à ſubſtantię dignitate *calorem* illũ *tuum habitualem*, debebam, vti par erat, è primarum ſubſtantiarum ſubſellio illum exturbare; quùm prima ſubſtantia ex Ariſtot. *propriè, principalitèr, & maximè* talis dicatur. c. de Sub. & *in rebus omnibus* Alexandro conſultore, *id quod propriè, ac præcipuè aliquid eſt, cæteris cauſa eſt, vti eiuſmodi ſint.* 1. de An. Hoc tibi repetere, rurſuſq; inculcare viſum eſt ex vſu, qui nouerim, quàm ſis obliuioſus. *Hoc age.*

Elp. In primis non benè ſupponis omnem ſubſtantiam abſolutè hoc aliquid ſignificare, nam Ariſtoteli quadruplex eſt ſubſtantia &c. 2. de An. t. 2. Præd. Subſt.

Tyr. Conſulebam hoc in negocio Ariſtotelem, cuius ego fideliter verba olim tranſcripſeram, vt normam in præſenti diſputatione mihi præſcriberet: at ille, *putidum, & ſtultum eſſet omnia expendere*, illudq; incunctantèr repetit, *Omnis autem ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare, in primis igitur ſubſtantijs indubitabile, & verum eſt, quod hoc aliquid ſignificant, indiuiduum enim, & vnum numero eſt illud, quod ſignificatur, in ſecundis verò ſubſtantijs videtur quidèm ſimiliter appellationis figura hoc aliquid ſignificare.* Quùm igitur ſubſtantia per priùs dicatur, atq; poſteriùs, ſat fuit Ariſtoteli, ſi *etiam hoc aliquid* adamuſſim 1. Top. c. 9.

congruat ſubſtantiæ illi, quæ *principaliter & maximè* talis erat, cæteris verò huius participatione, vel ſimilitudine. Calor verò, te non diffitente, non eſt hoc aliquid, igitur nō ſubſtantia prima, quod mihi modò aduersùs te probare erat in votis. At vero, non tàm audio, quàm peruertas Ariſtot. placita, qui 2. de Anima trium tantùm, meminerit ſubſtantiarum, duarum vero in Prædicamento ſubſtantiæ (quas tu citaſti auctoritates) quàm quòd tu calorē hunc habitualem dicas ſubſtantiam compoſitam,& ſimplicem,in pag. 58. habes, *Nonne vides calorem hunc eſſe naturam communem, adeoq; ſubſtantiam ſecundam, nonne vides deindè calorem hunc habitualem in Elementis, miſtiſq; corporibus non eſſe ſubſtantiam compoſitam, ſed ſimplicem*. At vero in pag. 56. partitus eras ſubſtātiam compoſitam in primam, & ſecundam. Idem ne tibi eſt ſimplex, & compoſitum? *Nonne vides*, iàm penè luminum vſu orbatus, quàm tibimet oculos mentis perſtringas, qui ſimplex, & compoſitum vnum idemq; iudices, & duplicem Ariſtotelis quadruplicem exiſtimes.

Auc *Ineſſe proindè huic debebat, quòd primæ ſubſtantiæ competit, vt neq; de ſubiecto aliquo diceretur, neq; in ſubiecto aliquo eſſet*. Cur hanc particulam mala fide ſuppreſſiſti modo, non ſecusàc ſubſequentia verba.

Maximè namq; ſubſtantia ſubiectum primum eſſe videtur
7. Met. t. 9. *Ariſtot. Præceptore. At verò calor hic corpus denominat calidum &c.*

Elp. Hæc tua ſecunda ratio falſo nititur in primis fundamento, calorem habitualem, ſi ſubſtantia ſit, eſſe debere ſubſtantiam primam, quod nuperrime confutauimus.

Tyr. Malè ſit tuæ obliuioni; adhuc ne eſt mihi illud repetendum,quod probādum in exordio diſputationis aſſumpſeram? nempè *calorem tuum habitualem*, qui diuturno

contu-

contubernio exuccum te, iamq; penè hecticum reddidit, non eſſe ſubſtantiam primam, quod tantùm abeſt, vt confutaueris, vt nuperrimè irrefragabili huic veritati ſubſcripſeris. Quapropter neq; attributa primæ ſubſtantiæ calori huic debentur; ſunt vero, *non dici de ſubiecto, neq; in ſubiecto eſſe*. Quid tu?

Elp. Deinde falſo ſupponis prædicari de ſubiecto, non diſtingui ab eo, quod eſt denominare ſubiectum.

Auc. Quid eſt, quod *falſo prædicatur de ſubiecto?* quiduè falſius veſtris falſimonijs? adegit te contradicendi oeſtrum, vt longo, inordinatoq; curſu à pag. 59. ad p. 63. in præceps feraris, maledictis impetas, impoſturis certes, quod nempè, vt ſentis, confuderim, *prædicari de ſubiecto cum eo, quod eſt denominare corpus*. Nam quod ſubſtantiæ repugnet de pluribus prædicari monebit te Alexander. *Nulla ſubſtantia de pluribus prædicatur*, & rationibus ex Ariſtot. petitis dubioprocul illud conuincet. Deuora, ſi potes, tu rem duobus bolis; ſin ſecùs, hæreat perpetuò tuis in faucibus, & inanes compeſcat latratus. Duplex eſt prædicatio, recta, & denominatiua: primam nobis indicat Philoſophus in prædicamēto ſubſtantiæ, dum ait. *Eorum verò, quæ in ſubiecto ſunt, in plurimis quidem, neq; nomen, neq; ratio prædicatur de ſubiecto*. Alteram tunc. *In aliquibus autem nomen quidèm nihil prohibet prædicari aliquandò de ſubiecto, rationem verò impoſſibile eſt, vt album*. Quæ duo ſimul, vnum attributum conſtituunt, quod ſoli primæ ſubſtantiæ conuenit. Nam cum ſit prima, nihil infrà ſe, de quo dicatur, continet: quià verò denominatio intrinſeca dependet ex *alteri ineſſe*, vt prima ſubſtantia nullo modò ineſt, ſic nec poteſt denominare. Nos ad vtramq; prædicationem exprimendam, poſtquàm diximus, tuo calori, ſi eſſet ſubſtantia prima, debere illud competere, quod primæ ſubſtantiæ competit, vt neq; de ſubiecto aliquo di-

12. Met. c. 45. 46.

ceretur, illud addidimus, *at verò calor hic corpus denominat calidum*. Quæ tamèn ex induſtria, ſummoq; ſtudio elaborata, tua procacitas haud obſeruans, paralogiſmum credit, quem nec debitis caracteribus ſcribere noſti: & qui gloriaris in tua malitia, acuens linguæ nouaculam, hæc habes.

Elp. Deinceps autem tibi, qui calorem adeò pellis extra ſubſtantiæ aream quin denominat corpus calidum, anima tua non erit ſubſtantia quùm denominet corpus tuum animatum, vel ſi eam cum Ariſt. ponis eſſe ſubſtantiam, ab ea corpus tuum non denominabitur animatum; decenter igitur à Circe mutatus es in Mulctrum, quod corpus eſt non animatum.

in Lal. 1. off.

Tyr. O ſuperbiam inauditam in facinore gloriari. Quapropter tàm inurbano ictus ſono M. Tullius obuiat, tibiq; ſuccenſet. *Monitio acerbitate, & obiurgatio contumelia careat. Omnis animaduerſio, & caſtigatio contumelia vacare debet. Ira procul abſit, cum qua nihil rectè fieri, nihil conſideratè poteſt. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec conſtanter fieri poſſunt, neq; ijs, qui adſunt probari. In primis prouideamus, ne ſermo vitium aliquid indicet ineſſe moribus, quod maximè tum ſolet euenire, quùm ſtudioſè, abſentibus detrahendi cauſa, aut perridiculum, aut ſeuerè, aut maledicè, cõtumelioſèq; dicitur.* His iure in te cõcitus Simplicius iudicabat ex tuimet depoſitione, te nonniſi æquiuocè dici poſſe animatum; nam anima quùm ſit forma, ſi in ſubiecto, non erit exors ab illo progreſſu. *Item hoc modo Ariſt. ſyllogiſmum efficit. Quæ ſunt in ſubiecto æquiuocè prædicantur.* Qua proptèr carpebat tuam falſiloquentiam P. Socinas non ignobilis Logicus. *denominans non eſt (* inquit *) de eſſentia denominati, licèt poſſit aliquandò per ſe prædicari de denominato: vt patet, quia propria paſſio denominat ſuum ſubiectum, de quo tamen per ſe prædicatur. Patet ex ijs, quod denominatio propriæ accepta eſt tãtùm ſecundùm for-*

in Præd.

mas

mas accidentales, quamuis impropriè, & largo modo ſit etiàm ſecundùm formas eſſentiales. Homo enim denominatur ab humanitate, quamuis extenſo vocabulo. Seneca verò, qui tragicos non ignorabat euentus, accurrit ſpontaneus tui in auxilium.

Precor furorem ſiſte, teq; ipſe adiuua in Hipp.
Pars ſanitatis velle ſanari fuit.

abnuebat ridens Plautus

Non poteſt hæc res ellebori iugere obtinerier. in Mena.

Auc. Neq; in ſubiecto aliquo eſset.

Elp. Profectò ſubſtantia, differentiaue ſpecifica non eſt in ſubiecto accidentium more &c.

Tyr. Polypi in morem adhuc *hæres ſcopulo*, neq; noſtræ nauigationis curſum adhuc obſeruas, quæ illùc properat, vt aſſequatur *calorem habitualem tuum* non eſſe ſubſtantiam primam, quia non eſſet in ſubiecto. Huic velitationi auxiliarem nanciſcor Præceptorem, qui liberè profitebatur, quòd *affectus, motus, relationes, diſpoſitiones, ac rationes nullius rei ſubſtantiā ſignificare videntur, omnia namq; de aliquo ſubiecto dicuntur* (nota) *& nihil hoc aliquid eſt*. Habeas & hæc ſuperpondij loco, quæ idem ſtatim ſubnectit. *Quæ verò maximè ſubſtantiam ſignificare videbantur, ſunt ignis, aqua, aer, atq; terra, ex quibus corpora compoſita conſtant, horum caliditates quidèm, frigiditates, ac tales affectus non ſunt ſubſtantiæ* Quòd verò per *dici de ſubiecto, & non dici* differunt ſubſtantiæ in Peripato ab accidentibus, audies me indicante. *Subſtantiæ dicuntur & ſimplicia corpora, vt ignis, terra, & aqua, & quæ ſunt ſimilis generis, & corpora omninò, & ea quæ ex hiſce conſtant, animalia, inquam, & dæmonia, parteſq; iſtorum, atq; hæc omnia propterea dicuntur ſubſtantiæ* (nota ſomniculoſe) *quod non de ſubiecto dicuntur, ſed de his cætera dici ſolent*. Tu verò probare modò

(margin: 2. Metaph. t. 56. ex Alex. part. — 4. Meta. t. 14.)

dò

dò ſatagis, omniq; nixu contendis, calorem hunc eſſe in ſubiecto: infer ergo, quod intendimus, tuq; ſuperiùs conceſſiſti, *habitualem calorem* non eſſe ſubſtantiam primam. Hoc mihi in præſentiarum ſatis eſt, nil moror reliqua tua errata.

7. Met. t. 9. *Auc. Maximè namq; ſubſtantia ſubiectum primum eſſe videtur Ariſtot. præceptore.*

t. 44. *Elp. Nihil de propoſito dicit Ariſtot. in loc. à te cit. ſed multò prius ea protulit, quæ tuum hoc argumentum plane dirimunt, nempe ſubſtantiam eſſe, tum materiam.*

Tyr. Verùm ad propoſitum egregiè Ariſt. in 9. cont. 7. metaph. quem citaui, licet Typographus, vel Amanuenſis quod non infrequentèr hucuſq; contigit, vitiauerint numerum altero addito charactere. Inſtas verò tu ſubſtantiam primam non eſſe maxime ſubiectum, quoniam non eſt primum ſubiectum, hoc enim eſt prima materia ex primo Phyſ. t. 82. Quô verò tibi fiat ſatis, noſtriq; progreſſus vim commodè percipias, animaduertas neceſſe eſt Ariſtotelis progreſsû in lib. cit. Pręfatus enim ſubſtantiam primam eſſe ens, atq; propriè ens, quùm ſit hoc aliquid, & ſeparabilis, & commemoratis, tum priorum, tum ſuorum æqualium ſententijs de ſubſtantia, diſſerendum eſſe ait, quid rectè, & quid perperàm ab ipſis tradatur. Subſtantia ergo, inquit, ſi non pluribus, certè quatuor modis dici fateri conuenit. Quos ſedulò tu animaduerte, quùm non vulgari dignus ſis animaduerſione præ tua impudentia, & familiari falſitate:
t. 1. 4. audi denuò Alexandrum. *Vno enim modò quidditas ſubſtantia dicitur, altero vniuerſale, vocat autem vniuerſale, vel Ideas, quod quidèm magis puto, vel id, quod à multis, vt multa ſunt, diuerſum eſt, illud dico, quod per ſingulorum abſtractionem abducitur, tertiò genus cuiuſq; quartò, quod omnibus ſubijcitur, & de quo cætera dicuntur, ipſum de nullo alio.*

Satis

Satis hucùſq; damnarunt erroneàm tuarum ſubſtantiarum ſeriem Ariſtot. & Alex.,damnamus, & nos tuam audaciam quin inpoſturam,quòd Ariſtot. ſubiecti nomine ſolam materiam indicet, quùm tamen ibi locorum euidentiſſimè duplex conſtanti ſententia agnoſcat. *De duabus itaq; dictũ eſt,etenim de ipſo quod quid erat eſse,et de ſubiecto,quod dupliciter ſubijcitur, aut quodquid exiſtens, vt animal paſſionibus, aut materia actui*. Nomine verò ſubiecti noſtro in cont. magis indicari primam ſubſtantiã monet D. Thomas. *Patet autèm, quòd ſubiectum hic dicitur, quod in prædicamentis nominatur ſubſtantia prima ex hoc, quod eadẽ definitio datur de ſubiecto hic,& ibi de ſubſtantia prima*. Fidem inſupèr faciunt, quæ annectit Alex.,ſubiecti nomine,non ſolam ſignificari materiam. *Quamobrem de ſubiecto, inquit, omniũ,de quo cætera dicuntur, illud verò non item de alio, quodnam ſit definiendum eſt. Hoc enim potiſſima ſubſtantia eſſe videtur. Id porrò, quod eſt omnibus ſubiectum, nec dicitur de alio, vno modo dicitur materia, altero forma, tertiò quod ex materia,& forma concernitur*. Poſtquàm verò pro materia dixit,ius tandèm dicit pro ſubſtantia prima in tex. à nobis allato, eamq; materiæ præfert. Erit igitur, vt maximè ſubſtantia, ſic & maximè ſubiectum. Quòd etſi materia prior ſit origine compoſito, poſterior tamèn eſt natura, iureq; originis ſic fruitur, vt non primum ſubiectum dicatur ſimplicitèr, *ſed ex quo ſit aliquid*. Dum autem addit, *quum inſit*,ſatis euidenter ſignificat aliud ſubiectum dari,in quo ipſa inexiſtit; quòd neq; tu negare vales, qui *partem eſse in toto* tueris, ni tamen materiam eſſe partem compoſiti neges. Tale verò eſt ſubſtantia prima, quæ *propriè principalitèr, & maximè dicitur*, & ab iniuncto ſibi officio nomen promeretur. Patet igitùr quo iure compoſitum extorqueat à materia primi ſubiecti dignitatem, quod Ariſtoteli hæc conſonent, & quòd *calor* ille *tuus habitualis*,quùm de ſubiecto dicatur, & in ſubiecto ſit (quod idem plerumq; ſonat ad aures Ariſtot.) non ſit maximè ſubſtantia, compoſita,

t. 44.
9.
r de G.C. t. 23.
4. Metap. t. 14.
de long. & breu. v.

poſita, ſcilicèt, atq; indiuidua, quæ ſubiectum primum natura, etſi non origine, propriéq; & abſolutè ſubiectum di-
t 66. ci meretur. Vter noſtrum ex Ariſt. magis philoſophatur?

Auc. At verò calor hic corpus denominat calidum,

Elp. Et ideo tu putas calorem hunc non eſſe ſubſtantiam &c.

7. Met. t. 31. *Tyr.* Repetita hæc tua cantilena omnes, quot aderant, tædio non tolerando affecerat, præcipuè verò Inſignem illũ Maurum, qui acri vultu te alloquitur. *Et intendit, quod ſecundùm quod ſunt paſſiones ſubſtantiarum, poſſunt prædicari de ſubſtantijs, ſecundum quod nomina, non ſecundum definitionem. Secundum enim definitionem, non poſſunt prædicari de ſubſtantijs, & hoc dicit in categorijs.* Sic tibi obſtructum eſt os probè.

Auc. Suſtentat verò alterum calorem, quem dicebat accidentalem: hoc autem inopinabile, vt calor calore fundetur.

Elp. Ita quidem olim dicebat Vlyſſes &c.

Tyr. Inopinabile eſt, quin erroneum, vt calor calore fundetur, quùm vterq; qualitas ſit: at verò accidentium fundamentum, atq; ſuſtentaculum eſt prima ſubſtantia, quæ à ſubſtando, minimè controuerſa deriuatione ſic appellatur. *Quoniam ſubſtantiæ peculiare eſt per ſe conſiſtere*, vt dicebat Alex., adeòq; peculiare, vt *non exiſtentibus primis ſubſtantijs, impoſſibile ſit aliquid aliorum* eſſe Summi Præceptoris
6. Met. t. 46. obſeruatione. Nonne hic te monuerat? *Nam omninò quidem ineſſe calidum, aut rectum contingit, alicubi autèm eſſe im-*
in Præd. de long. br. *poſſibile, aut calidum, aut rectum, aut album, erunt enim paſſiones ſeparatæ.* Præmonuerat inſupèr te Ariſt. primo Phy-
t. 13. ſices in liminari. *Sin autèm ſunt omnia quantitas, aut qualitas, ſeu ſit ſubſtantia, ſeu non ſit: eſt abſurdum, ſi abſurdum*

dum

dum dicendum eſt, quod fieri non poteſt. ab alijs enim nihil poteſt ſeparari, præter ſubſtantiam. Dicuntur enim omnia de ſubiecta ſubſtantia. Hinc Simplicius in commento. *Nullum enim ex alijs generibus poteſt conſiſtere abſq; ſubſtantia: quandoquidèm alijs ſubiecta eſt generibus ſubſtantia, vt gignantur, & illa ſuam in ipſa eſſe habent.* Quod ni recuſes præ ingentibus negocijs vlteriùs progredi, docebit te idemmet Simplicius, quid ſit illud *abſurdum*, cuius meminerat Philoſophus. *Etenim abſurdum quidèm eſt, & quod eſt planè falſum. Falſi autem intenſio eſt id, quod fieri non poteſt.* Quod ſi calor ille, qui emanat ab *habituali*, accidens eſt, vt non ſemèl fateris, erit igitur *calor* tuus *actualis* in ſubiecto inhæſionis, quod aſſeris p. *69.*, igitur *calor habitualis* erit prima ſubſtantia. Audi temet differentem. *Quod eſt ſubiectum inhærentiæ, eſt ſubſtantia compoſita.* *p 66.* Tuus ille *habitualis* eſt ſubiectum, cui inhæret *calor accidens*, ergo *habitualis calor* eſt ſubſtantia compoſita; erit igitur ſimul, & ſemèl in tua Schola ſubſtantia ſimplex, & compoſita, quæ aberratio tibi non eſt inſueta.

Elp. *Præterea vero, nonne tibi quantitas quantitate fundatur, linea ſuperficie &c.*

Tyr. Minimè quidèm, *nam accidens accidenti non aduenit, niſi quia vtrumq; eidem aduenit.* Subiectum enim omnium accidentium, verùm, immediatum, non imaginarium, eſt ſubſtantia compoſita, ſeu compoſitum ex materia, & forma ſubſtantiali, quod neq; ignorant, qui à primo limine Logicam ſalutarunt. Pudet in re certiſſima Claſſicum canere, vel vltroneos introducere Claſſicos Auctores.

4. Met.
Alex. 2. de An.
Them. 1. poſt. c. 39.
Amm. in Præd. Subſt & deenunt fo. 14.

Elp. *Quinimo, nonne forma corruptibilis materia ſuſtentatur, adeoq; ſubſtantia ſubſtantia.*

Tyr. Ex forma, & materia fit vnum per ſe, ſiuè forma ea ſit

corruptibilis, ſiuè incorruptibilis. Nonnê tibi hominis anima eſt incorruptibilis? qui librum promulgaſti de *Animæ immortalitate*, tanquàm omnis anima ſit im mortalis. At verò in eſſe formæ non differt anima à reliquis formis ſubſtantialibus, ex quo Ariſtot. poſt exactam diſputationem, intulit animam eſſe ſubſtantiam ſecundùm formã, (ni tamen damnatum amplexeris cõfugium, quod anima ſit forma aſſiſtens, non informans) tibi igitur anima humana ſuſtentabitur à corpore,& non ſubſtẽtabitur. Tantùm verò abeſt, vt forma,etiam corruptibilis, ſuſtentetur à materia, vt ipſa materiam ſuſtentet, eaq; ablata,pereat propria materia, quæ nihil habet actu, quo ſuſtentet. *Materia enim nullum habet eſſe in actu in rebus naturalibus, ſecũdùm quòd eſt materia, & eſſe non eſt in actu, niſi formæ*. Idem vero Cordubenſis tuæ inſcitiæ miſertus, hæc monet. *Natura, & habens naturam ſcilicèt materia, & forma, vtrumq; eſt ſubſtantia. Natura enim, quæ dicitur de materia eſt ſubſtantia, quia eſt ſubiecta, natura autem, quæ eſt forma, eſt ſubſtantia, quia eſt in ſubiecto, quod ſuſtentatur per illam*. Iàm ab *Aſino decidit* tuus Therſites.

2. de An.

Auer. 2. de An. com. 8.

2. Phyſ. c. 4.

Auc. Vel vterq; corpori ineſt, quod propriè dicitur eſſe in ſubiecto, & ſapere accidentis naturam.

Elp. Vere calor vterq; ſubſtantialis, & accidentalis ineſt corpori, etſi placet vterq; proprie dicitur eſſe in ſubiecto.

Tyr. Si vere,cur, non & hyeme? Nonne audis tibi ſuccenſentem Coum ſenem,*qui ventres hyeme,& vere natura cali diſſimos* eſſe docet, *& ſomni longiſſimi*, quibus temporibus hæc te exaraſſe veriſimile eſt,qui ſomnians delira loqueris. Si verè calor vterq; corpori ineſt, ergo calor vterq; eſt accidens; quod facilè ſic euincam. Quod aduenit actu exiſtenti accidens eſt, corpus actu exiſtit, igitur quod corpori aduenit accidens eſt. Adueniunt autẽ corpori vtriq; calo-

1. aph.

calores, verè igitur ſunt accidentia ex tuimet depoſitione. Rurſus rem eandem alia via à te extorquebo. Quod propriè eſt in ſubiecto accidens eſt; nam per hoc ſubſtantia ab accidente diſtinguitur Ariſtoteli: ſed calor vterq; tuus propriè eſt in ſubiecto, erit igitur vterq; calor accidens. Quid verò limitas tu, *ſed diuerſimodè. Serò ſapiunt Phryges.* Quod propriè alicui competit, vnico modo competit, ſecùs non eſſet proprium. Percunctabatur Terentius.

Cedò quid portas, obſecro, atq; id potes, vno verbo Expedi. *in Phor.*

Elp. *Nam calor accidens eſt in ſubiecto inhæſionis, calor habitualis eſt in ſubiecto conſtitutionis, quod eſt materia. Tu vero nunc falſo ſtatuis, quicquid eſt in ſubiecto, ſapere naturam accidentis.*

Tyr. *Tu ædepol re es turbulentus*, dicebat Plautus.
At æquom eſt per fidem, quod creditum eſt tibi *in epid.*
Ne bene merenti ſit malo benignitas *in Ciſtel.*
Noſtra, hæc calumnia tua profectò eſt.

Si calor vterq; *verè ineſt corpori, & propriè dicitur eſſe in ſubiecto* ex tua depoſitione, cur nouos comminiſceris anfractus, altiùs vt ruas. Audi, ſicut commune eſt ſubſtantiæ non eſſe in ſubiecto, ſic accidentis proprium eſt in ſubiecto eſſe: ex quo forsàn defluxit illud vulgatum in Scholis, *Accidentis eſſe eſt ineſſe*. Quapropter Auerroes. *Accidentium radix eſt, quòd ab alijs ſuſtentantur, & quidditatè habent*. Explicans verò quandoq; Ariſt. illud decretum, *Accidentia dicuntur entia*, dicebat, quòd *licet hoc nomen ens dicatur multis modis, tamèn in omnibus dicitur ens, quia attribuitur primò enti ſubſtantiæ, & iſtæ attributiones in vnoquoq; ſunt diuerſæ. Prædicamenta enim attribuuntur ſubſtantiæ, non quia eſt agens, aut finis eorum, ſed quia conſtituuntur per illam, & ſubſtantia eſt eorum, & vniuerſaliter non dicuntur entia, niſi quia ſunt diſpoſitiones entis.* Quin Ammonius, cui plurimum omnes deferunt *Deſtr.* *7. Met. t. c. 2.*

in Præd. ſubſt. Græci hæc habet loc. ſuperiùs à me indicato. *Quandoquidèm enim per ſe ſubſtituere qualitates, haud quaquam valebant, ipſum eſſe qualitas omnis habet in corpore, corporis*
1. Top. c. 4. *eguere &c.* Neq; prætereà te fugiat, quod Ariſtot. laudibus extulit eſſe accidentis definitionem, quæ traditur per *ineſſe, & non ineſſe*, quem obſecundauit egregiè Porphirius, dum enuclearet accidentis naturam, & in Iſagoge, & lib. Prædic. vbi ſic habet. *Accidentia verò ſunt, quæ per ſe quidem non ſunt, ſed in alijs, aut cum alijs, omnia igitur ſubſtantiæ accidunt, quemadmodum demonſtratum eſt; quoniam ſecundùm magnitudinem, quale, ſecundùm aliquid, quod ſit in ipſa, vel cum ipſa, vt dulce, aut pulchrum.* Symbolum contulit, & Boetius. *Ipſa verò ſubſtantia per ſe*
in Præd. *conſtat, atq; ideò dicitur ſubſtantia, nec vllo ſubiecto alio nititur, ſed cunctis ipſa ſubiecta eſt. Alioqui ſi ſubſtantia in vllo ſubiecto eſſe poſſet, eſſet accidens. Omne enim accidens in ſubiecto eſt, & quicquid in ſubiecto eſt, illud eſt accidens. Quodſi ſubſtantia eſſet in aliquo ſubiecto, continuò fieret accidens, ſed ſubſtantia accidens eſſe non poteſt, ſicut ſuprà docuimus, quãdò accidens, quare in ſubiecto eſt, ſubſtantia verò accidens non eſt, ſubſtantia in ſubiecto non eſt.* Iure igitur quicquid eſt in ſubiecto *ſapit accidentis naturam*, quùm prætereà forma ſubſtantialis æquiuocè ſit in ſubiecto ex Cordubenſi, quod mòx exactè videbimus.

Sit ne ſubſtantialis Forma in Subiecto.

MALE' quinetiàm hanc *exornaſti Spartham*, diſtrahiſq; Præceptoris placita. Verùm feciſti prouerbium, *nihil eſt, quod malè narrando non poſſit corrumpi.* Eià agè rumpe moras.

p. 69. 2. Phyſ. t. 4. Elp. *Nonne te ſuprà docuit Ariſtoteles, tum formam ſubſtantialem, quæ natura eſt, eſſe in ſubiecto, quod materia, & alia natura nuncupatur.*

Tum

Tum maximè τὸ eſſe in ſubiecto, geminum eſſe, vnum, quod eſt proprium accidentium, quod dicitur eſſe in ſubiecto inhæſionis, & paſſiones dicuntur eſſe in animali, & alterum, quod eſt propria forma ſubſtantialis, quæ vt actus eſt in materia, velut in ſubiecto conſtitutionis. 7. Met. t. 41.

Tertio loco ſic inſtas.

Elp. *Cæterum diſcas ab Ariſt. neceſſe eſt, calorem habitualem eſſe in ſubiecto conſtitutionis more formarum ſubſtantialium in materia degentium, vt alibi latius explicauit Vlyſſes &c.*

Tyr. *Feciſti officium iàm tuum, me meum nunc facere oportet.* Pl. in epid.
Dum vero aciem contra te inſtruunt præſtantiores Philoſophi, primipilus introducitur à Simplicio Architas Tarentinus de re Logica optimè meritus, qui tua ſic arguit. in Pred.

1 *Nam quandò vnum cum alio æqualiter conficit vnum aliquid, alterum non eſt in altero, vt in ſubiecto, quare nec forma erit in ſubiecto.*

2 Miniſtrauit inſupèr Simplicius inter haſtatos Peripateticos inſignis, quæ te confoderent arma. caue tibi. *Quæ ſunt in ſubiecto, non conferunt aliquid ad ſubſtantiam ſubiectorũ*; igitur, vel calor tuus non eſt in ſubiecto, quòd modo tutabaris, vel ſi eſt in ſubiecto, non confert aliquid ad ſubſtantiam ſui ſubiecti, quod negare abſq; turpi contradictionis nota haud vales.

3 Item ea, quæ ſunt in ſubiecto queunt corrumpi ſeruato ſubiecto, in quo ſunt, igitur forma ſubſtantialis, vel non eſt in ſubiecto, vel ſi eſt, *calor habitualis* corrumpetur integro, ac ſuperſtite igne. non eſt igitur forma ignis, quod tu omni nixu contendebas.

4 At veritus Ammonius tuam peruicaciam, incunctanter hæc protulit. *Deinde verò formam aſſerimus cuiuſq; eſſe rei ſubſtantiæ completiuam, ſublataq; forma ſubiectum tolli; at accidens, neq; ſubſtantiam complet ſubiecti, neq; corrupto eo, ſubiectum interit.* in Prad.

5 Sym-

in Praefat. 5 Symbolum contulit Porphirius. *Quare accidens in ſubiecto eſſe tantum dici debet, partes verò ſubſtantiarum in totis cum ſint ſuis, in ſubiecto nullo ſunt. ſunt enim in toto, vt ſubſtantiæ, non vt accidens.*

6 Præoccupauit & reliquorum in me officia Alex. Aphr., Pręceptori intimus, atq; à ſecretis, qui è re ſua fore exiſtimauit, vt quæ me olim erudierat, aduersùs te tutaretur. Id verò facit ex profeſſo primo ſuarum Quæſt., præfigitq; capiti titulum. *Ad id, quod non ſit forma in materia, vt in ſubiecto* Inſtruit verò nos tali raciocinio. Subiectum eſt aliquid, quod eſt actu, & poteſt etiam ſine eo eſſe, quod eſt in eo ſubiecto, ſed materia non eſt actu, niſi per formam, neq; ſine forma ſubſiſtere poteſt, igitur materia non eſt ſubiectum formæ, ac proindè forma ſubſtantialis non erit in ſubiecto. Verùm quæ hominis eſt auctoritas, & in rebus tractandis dexteritas, congruos nactus auditores, ſic eſt exorſus. *In materia igitur, ſi per ſe ſumatur, nunquàm eſt forma, idcircò nec vtique quæretur modus, quo ſit in eo, quod neq; ab initio eſt in eo, quoniàm autèm eſt in compoſita ſubſtantia talis forma, oportet tale quid præaſſumentes de ipſa quæſtionem facere, atq; quamcumq; ſumpſerimus compoſitam ſubſtantiam, in ipſa eſt forma, quæ eſt in ea, vt pars compoſiti. nam & anima eſt in corpore organico, in quo eſt ita, vt pars; ſi autèm vt pars, minimè fuerit vt in ſubiecto exiſtens hoc, in quo hoc modo eſt, nec anima ipſa, neque aliqua omninò forma.* —— *huiuſcemodi enim eſt forma naturalis: ſiquidem ſecundũ formam eſt vnicuiq; eſſe hoc, quod eſt, in compoſito igitur, & eo, quod eſt hoc aliquid, propter hoc forma non eſt in ſubiecto: eſt enim pars ſubſtãtiæ vniuſcuiuſq; hoc pacto in ipſis exiſtens, & non in materia ſolum: cum neq; à principio ipſa ſit ita ſubiectum, vt hoc aliquid, non habens aliquo pacto formã in ſe: in his autèm, quæ hoc modo ſunt, eſt id quod in ſubiecto: aliquid enim, & hoc aliquid eſſe oportet id in quo eſt illud, quod in ſubiecto, huiuſcemodi enim eſt, quod habet partes. Amplius ſi ſubiectum quidem ab eo, quod eſt in ipſo ſubiecto differt,*

c. 8.

eò

eò quod ſubiectum poſſit abſq; ijs eſſe, quæ ſunt in ipſo ſubiecto; nam etſi non poſſit cera eſse abſq; figura, abſq; tamen hac figura, quam nunc habet, poſſibile eſt ipſam eſse: quod autem eſt in ſubiecto, non poteſt ſeparatũ ab eo ſubiecto eſse, materiã verò, & formam impoſſibile eſt ſine ſe mutuò eſse, cum ipſa ad ſe mutuò dicantur; quæ vero ad ſe mutuò dicuntur, ſimul ſunt natura: ſiquidẽ ad aliquid ea ſũt, quibus id eſt eſſe, eò quià ad aliquid quodãmodò ſe habeant: neq; etiam hac ratione erit forma in ſubiecto ipſa materia. An poteſt & de materia dici, quòd abſq; forma quidem eſse non poteſt, quemadmodùm nec cera abſq; figura, ſed abſque hac forma poſſibile eſt ipſam eſse, quemadmodùm, & ceram abſq; hac figura. An ſi anima non poteſt in aliquo alio corpore ab organico eſſe, aut facta iri, huius autem eſt pars, minimè fuerit in ſubiecto: figurarum autem vnaquæq; non ſit in determinato corpore. Ampliùs homo quidèm eſt, & cum anima, eſt etiàm cum colore, atq; figura, ſed non eodem modo. ſed cum anima quidèm, vt parte, & quæ maximè ei confert, vt ſit homo: in quo enim fuerit huiuſmodi anima, hoc eſt homo. Non eſt item color, & figura hoc modò in homine, non enim omne, quod habet huiuſcemodi figuram, aut colorem, eſt homo; idcircò hæc quidèm in ſubiecto ipſo ſunt, non item anima ipſa. Eadem quoq; ratio, & in alijs naturalibus formis.

7 Inſupèr conſtanti ſententia illud repetit Alexander cap. 17 eiuſdem libri, *quod non ſit forma in materia, vt in ſubiecto.* Cõmoda aures diſſerẽti. *Si aliqua forma alicuius eſt in ſubiecto, aut eſt in materia prima in ſubiecto, aut in corpore, cuius eſt forma, aut in corpore, quod in hoc mutatur. Sed neq; in prima materia poſſibile eſt, vt in ſubiecto eſſe, quia neq; a principio ſupponitur talis materia actu, ſed indiget ad exiſtẽdũ ipſa forma: neq; .n. materia ſine forma poſſibile eſt ſubſiſtere, neq; formã ſine materia: vtraq; .n. ipſorũ altera indiget ad eſſe actu, & ad exiſtere: oportet autem id, in quo eſt aliquid, vt in ſubiecto, ipſum eſſe primum actu, nihil adiutum, vt ſit id, quod ſubijcitur, ab eò quod eſt in ipſo ſubiecto. Sed neq; in corpore, in quo eſt,*

eſt, & cuius eſt forma, poſſibile eſt in illo eſſe, vt in ſubiecto: eſt enim pars huius, ſiquidem ſecundùm hanc eſt eſſe illi. Sed neq; in corpore, quod in hoc mutatur, vtiq; fuerit; quia neq; illud eſt, quod à principio, ſed eſt corruptum, mutatio enim corruptiua ſecundùm formas eſt corruptio. Nullam itaq; formam materialem, & alicuius exiſtentem, poſſibile eſt eſſe in ſubiecto. Si autem hoc forma quoq;, & anima animati corporis, neq; ipſa vtiq; fuerit in ſubiecto; nam neq; in animali, eſt enim pars principaliſſima animalis ipſa anima: neq; in corpore, quod in animatum corpus mutatur, quomodò enim in corrupto? nam corruptio in illo eſt facta mutatio in animatum corpus, omninòq; impoſſibile eſt animam in aliquo eſſe, quod animam non habet. Quod autem ab initio non eſt in aliquo, neq; vtiq; in ſubiecto ipſo fuerit, ſi autem in quo eſt quidem corpore, forma illius eſt, & pars, in quo autèm ab initio non eſt, nec in ſubiecto illo erit: non erit vtiq; anima in ſubiecto aliquo.

8 At primo de Anima c. 3. talem habet propoſitionem Quicquid in ſubiecto quopiam eſt, eidem ſubiecto cauſa eſſe nullo modo poteſt, cum vel abſque eo ſubiectum per ſe ſubſiſtere valeat. Annecte modò tu minimè controuerſam minorem, ſed forma eſt cauſa cur ſubſiſtat ſubiectum, igitur forma ſubſtantialis non eſt in ſubiecto.

9 Et lib. 2. de Anima c. 27. vbi probat nullam animam in ſubiecto eſſe.

10 Ac tandèm euincam formam non eſſe in ſubiecto ex eadem, quam tu producis Ariſt. auctoritate. *In ſubiecto verò eſſe dico, quod quum in aliquo ſit, non ſicut quædam pars eſt.* Sed forma ſubſtantialis per te eſt *pars conſtitutiua compoſiti naturalis,* igitur *forma ſubſtantialis non eſt propriè, & verè in ſubiecto,* quod tu ventoſus dudùm iactabas.

Supereſt, vt quæ proponebas modo diſſoluam; quamuis iàm ſatis, ſupèrq; amici auctores funditùs tuum euertiſſe errorem ſapientibus videri poſſit. Vt ergo tuam obliterem peruicaciam, inuitus nouum hunc ſubibo laborem.

Repete,

Repete, quæ tunc proponebas.

Elp. *Nonne te ſupra docuit Ariſt., tum formam ſubſtantialem, quæ natura eſt, eſſe in ſubiecto, quod materia, & alia natura nuncupatur.* 2. *Phy.*4.

Tyr. Pace tua non hæc habet ibi Ariſtot., at illud tantùm *ſubiectum enim quoddam, & in ſubiecto quoddam eſt natura ſemper*. At ego, qui tibi maiora condono, & hæc condonabo; eſto vt libet. In tua manu eſt ſcopulum euitare, ſi ſapis, ſecùs præ nimia feſtinantia rues in præceps. Depone confidentiam, conſule probos auctores, atq; integerrimos Ariſtot. Interpretes, docebunt te nullum ineſſe nodũ in recitata ſententia, ſed vniuerſam Philoſophi doctrinam egregiè ſecummet congruere. Audi rursùs Auerroem. *in com.* *Natura enim quæ dicitur de materia, eſt ſubſtantia, quia eſt ſubiecta, natura autem, quæ eſt forma, eſt ſubſtantia, quæ eſt in ſubiecto, quod ſuſtentatur per illam, & hoc intendebat, quum dixit ſemper. Non quia eſt in ſubiecto, per quod ſuſtentatur, ſicut accidentia, & ex hac declarabitur, quòd vtraq; natura eſt ſubſtantia.* Adducit verò Simplicius duas Alexandri ſpeculationes pro recta huius loci explicatione. Notat autèm Alex., quod, formam, & naturam, etſi eas velit eſſe ſubſtantias, dicit eſſe in ſubiecto, cum dixerit in prædicamentis, nullam eſſe in ſubiecto ſubſtantiam. Mitigat autem obiectionem, dicens. *Vel earum, quæ illic dictæ ſunt ſubſtantiarum nullam in ſubiecto dictum eſſe, neq; enim illic verba facit de ſubſtantia, quæ eſt per formam, ſed de vtraq; ſimul, cui quidem, neq; contrarium eſſe dicit, vel non id, quod propriè dicitur eſſe in ſubiecto nunc dicit, cuius meminit in prædicamentis, ſed quod ad hoc, vt ſit, opus habet aliquo ſubiecto, in ſubiecto nunc eſſe dicit, quemadmodùm in multis rurſus accidens de ſubiecto.* At vero Alexander non inuitus hæc comprobauit. *Aut de ſubiecto dicere poteſt, non quod in ſubiecto eſt, ſed cui opus eſt, vt ſit, ſubiecto aliquo ita* 2. *de An.* c. 17.

quoq; ſi habet forma in materia. His te delinitum eſſe, non vereor præ ſuadentium auctoritate, quod ſi ſecùs euenerit, actum eſt.

Elp. Tum maximè τὸ eſſe in ſubiecto geminum eſſe.

Tyr. Quærebant Spectatores, ecquid tu, qui à Græcis abhorres vocibus, importunè modò insereres neutrum Græcorum articulum? Vt neutrius æquè ſe gnarum idiomatis diuendat, reſpondit neſcioquis è turba. At ego grauiori negocio implicitus, tuiſq; contumelijs irritatus.

Elp. Tu certe non diſcernens hæc duo eſſe in ſubiecto falſo putas quicquid eſt in ſubiecto accidens eſſe.

Tyr. Reſpondeo ſat conſtare ex præcedentibus, vter noſtrũ geminum hoc *eſſe in ſubiecto* agnouerit modò, produxerit, vel corruperit. Quùm verò neq; Alexandri monitis, aliorumue Græcorum adhùc reſipueris, quorum doctrinã olim, etſi perperàm, iactaſti, onus ſubit rurſùs Auerroes tuam eliminandi peruicaciam, aſſerens eſſe in ſubiecto, vt propriè competit accidentibus, ſic formæ nonniſi æquiuocè deberi. En illum te alloquentem. *Et etiam æquiuocè dicitur forma eſſe in ſubiecto, & accidens eſſe in ſubiecto. Subiectum enim accidentis eſt corpus compoſitum ex materia, & forma, & eſt aliud exiſtens in actu, & non indiget in ſuo eſſe accidenti. Subiectum autem formæ non habet eſſe in actu, ſecundum quod eſt ſubiectum, niſi per formam, & indiget forma, vt ſit in actu.* Quæ optimè conſonant cum ijs, quæ ſuperiùs monuerat Alexander de ſubiecti natura. Malè hucuſq; ceſſit tibi pugna, deducta iam eſt ad Triarios; educ è cuſtodia ſtrenuos pugiles.

2. de An. c. 4.

Elp. Ceterum diſcas ab Ariſt., neceſſe eſt calorem habitualem eſſe in ſubiecto conſtitutionis more formarum ſubſtantialium

in

in materia degentium, vt alibi latius explicauit Vlyſſes agens de Natura primo monente; calorem autem actualem nuncupatum eſſe in ſubiecto inhæſionis accidentium more. lib. 2. et 3

Tyr. Quis erubeſcet diſcipulus Ariſtot. eſſe, & haberi? Nonniſi forsàn, qui nouis impoſturis ſcientiarum dignitati inſidiatur. Verùm tuus ille Therſit-Vlyſſes, qui publicis, violentiſq;, vt audio, ſtipendijs, Ariſtotelis doctrinæ elucidandæ dudùm accerſitur, cur non locum ſaltèm in margine indicauit, vbi Ariſtot. duplicis huius caloris meminerit, quoue loco, alterum formam, accidens alterum appellauerit. Non eſt nobis tuus Therſites, quem citas in margine Ariſtoteles, neq; bonorum cuiquam; quin de Ariſtotele malè merito, vt olim ex me audiſti, immeritò committitur Ariſtotelicum ærarium. Proindè caue in poſterùm, ne pro *Theſauro nobis carbones* obtrudas. Iàm igitur vides, quod forma non eſt propriè, & verè in ſubiecto, quòd tu mordicùs affirmabas, ac proindè ſi calor per te propriè, & verè eſt in ſubiecto, non *ſapere* tantū *accidentis naturam,* quod ego tunc dicebam, at purum putumq; eſſe accidens ſimul & cum compari calore, *verum corpori vtrūq; ineſſe, quod proprie dicitur eſſe in ſubiecto, & accidentis ſapere,* quin præferre non dubiam *naturam,* vt ijſdem denuò te alloquar verbis, quibus & in principio diſputationis, malo euentu, te monere ſtudueram.

Elp. Alia tu modò perfer in medium, ſed his Logicalibus meliora, in quibus non ita decebat Vlyſſis, & horum Sapientum aures detineri.

Tyr. Pergit in mea maledicta, quaſi verò, & pulcherrimè priora proceſſerint; quem ego iniuſtum veriſſimis maledictorum notis, tradam hominum memoriæ ſempiternæ.

Auc. Præterea ſecundùm ſubſtantiam non eſt motus, propte- 5. Phyſ. 10.

reaquod nullum eſt entium ſubſtantiæ contrarium: at verò calor hic à contrario patitur, deperditus per gradus inſtauratur.

Elp. Nihil meliora ſunt hæc è Phyſicis deducta ijs, quæ dudum attuleras è Logicis.

Pl. in epid. in miſ. *Tyr.* *Tua iſtæc culpa, non mea.*
tunc Plautus ſubridens
Reſponſiones omnes hoc verbo eripit.

Integer Ariſtoteles eludit Sophiſtæ conatus.

QVI potuiſti dudùm impunè aduerſari Alexandro, tanquàm præ temeraria Licentia egregiè tibi ceſſerit, deterior nunc euadens, in Præceptorem magno periculo inueheris. Non dubia ſententia ſanciuerat hic proprio in loco. *Secundùm ſubſtantiam autem non eſt motus, quod nullum entium eſt ſubſtantiæ contrarium.* Tu verò quid blateras? (5. Phyſ. t. 10.)

Elp. *Non enim abſolute negat Ariſtot., vel motum in ſubſtantia, vel contrarium ſubſtantiæ, quod tu falſo reris.*

Tyr. Næ homo ludicrus nobis eris, atq; inſignis præſtigiator, ſi tantam rem obtinueris celeberrima impoſtura. Sine quæſo conſulam Ariſtotelem. Is poſtquàm determinaſſet de motu in communi in 5. Phyſ., iàm accedit ad diuidendum motum. poſtquàm verò motum per ſe diſtinxit à motu per accidens, diuidit mutationem, & motum per ſe in ſuas ſpecies, in germana nunc accipiens ſignificatione mutationem, & motum, quos in lib. 3., & alibi hucùſq; confuderat. Qùum verò mutatio, quæ tanquàm genus à Philoſopho præfertur, ex proprij nominis indole apud Græcos dicat tranſitum à quodam in quiddam, quadrifariam

proindè

proindè mutari contiget, quod mutatur. Aut ex ſubiecto in ſubiectũ, aut ex ſubiecto in non ſubiectũ, aut ex non ſubiecto in ſubiectum, aut ex non ſubiecto in non ſubiectũ: per ſubiectum aut intelligit, quod affirmatione monſtratur. Excluſa verò poſteriori, inquit, quod mutatio ex non ſubiecto in ſubiectum eſt generatio, quæ verò ex ſubiecto in non ſubiectum corruptio; quod ſupereſt, motus eſt ea mutatio, quæ fit de ſubiecto in ſubiectum. At verò, quòd nec generatio, nec corruptio ſint motus, tali medio probat. Quod ſimplicitèr non eſt hoc aliquid, non poteſt moueri, ſed quod generatur, ſimplicitèr non eſt hoc aliquid, ergo quod generatur ſimplicitèr non mouetur; igitur generatio ſimplex non eſt motus. Dic tu modo: hoc ne eſt *abſolutè* negare motum in ſubſtantia, necne? Prætereà idem alia via conuincit. Omne quod mouetur eſt in loco, ſed quod non eſt, non eſt in loco, ergo quod non eſt non mouetur; igitur generatio non eſt motus. Ampliùs idem probat de corruptione: motui non contrariatur, niſi motus, vel quies, ſed corruptioni contrariatur generatio, quæ neq; eſt motus, nec quies, ergo corruptio non eſt motus. Tandèm verò tria determinat prædicamenta, in quibus fit motus, & eum, qui *quantitatis, & eum qui qualitatis, & eum, qui ſecundùm locum*. Statìm verò ſubdit. *Secundùm ſubſtantiam autem nõ eſt motus, eo quod nullum entium eſt ſubſtantiæ contrarium*. Confice tu ſic ratiocinium. Omnis motus eſt inter contraria, ſicut ſuprà dictum eſt, ſed ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, ergo ſecundùm ſubſtantiam non eſt motus. Hæc molitur Ariſtot. in loc. à me cit., à te verò, quantùm video, peſſimè intellecto. Quid enim clarius, quid euidentius poterat Præceptor profiteri in loco proprio, ex proprio ſenſu? tibi verò, qui ſenſibus, & mente adeò hebes es, vt in meridiana luce caliges, non videtur Ariſtot. *abſolutè negare motum in ſubſtantia*. Agè Elpenor, profer tu ea, quibus fuiſti ſeductus, vel nos ſeducendos fore ſperaſti.

Elp.

Elp. Nam vt ommittam Alexandri commentationem hic ab Auerroe relatam, qui tuum hoc argumentum diluit, aſſerens Ariſtot. negare contrarium ſubſtantijs compoſitis, at ea concedere Simplicibus.

Tyr. Cur proponis, quæ tibi ommittẽda rectè propoſueras. Doles forsàn, quod mendicatum hoc patrocinium ex ore alieno, neq; diluat, neq; deleat firmitatem Ariſtotelici patrocinij? An non percipis, quod ſi admitteretur hæc fuga, inualidus eſſet Ariſtotelis præſens progreſſus? ſufficeret enim ad hoc, quòd motus ſit in ſubſtãtia, quod formæ ſubſtantiales ſint contrarię, eſt enim motus de forma in formã, quia & in alteratione ſubiectum non eſt contrarium ſubiecto, ſed forma formæ. Pergè ad meliora, ſi datur.

Elp. Ego cominus ad rem accedens, primum obſeruo motum ab
de Gene. *Ariſtot. clariſſime poni in ſubſtantia, dum ait. Sed hoc eſt, in quo errant omnia &c.*

Tyr. Tota àberras tu via, qui mentẽ peruertis Philoſophi, & defectuoſa loci citatione, deuios incaſsùm nos reddere ſtudes. Totus hìc eſt Præceptor in auerrucandis Antiquorum erroribus circa generationem, & vt euincat, quantùm patitur rerum præſentium ſtatus, quid interſit inter generationem, & alterationem. Statuit verò *tranſmutationem* commune genus ad generationem, corruptionem, & alterationem, nullo Interpretum illud controuertente. Benè ſit tibi, qui nouiſſimus, mutationem cum motu confundis, atq: vnum, idemq; vtrumq; tibi ſuades. Hæſitant ſpectatores, quorſum Camarinam hanc denuò moueas.

Elp. Ecce nunc iterum Ariſtot. ponentem in ſubiecto materiam.

Tyr. Igitur in tua ſchola materia erit in materia. Facilè illud
t. 66. quiuis abſte extorquebit. Materia vt alibi fateris, eſt primum

mum ſubiectum, ſed materia eſt in ſubiecto, igitur materia eſt in materia. *Nouum* equidèm *Inuentum*, verèque tuum.

Elp. *Sed multò prius euidentiſſimè ponit motum in ſubſtantia, dicens, ſed eſt mouens, & quod mouetur.*

Tyr. Si abſtineres à puerilibus gryphiorũ interpretationibus, atq; operam, vti par erat, impenderes in lectione interpretum Ariſtot., præcipuè verò F. Pedanſij tui præceptoris, profectò non tam grauitèr modò labereris.. Exprobrat tibi cordatus vir, quæ docuit quandoq; non dubia ſententia in reſponſione ad ſcrupulum à ſe excitatũ. *Reſpondere quidem poſſumus ex non ſubiecto ſumptum nunc eſſe communiter, ſicut etiam generationis, & corruptionis nomine communiter vtitur, cum poſteriùs ſint diſtinguendæ à motu propriè dicto.* Tex. Nat. l. 5. p. 4.

Elp. *Sed paulò poſt diſtinguens Ariſtot. motum generaliter ſumptum duplici diuiſione, tum conſtituens motus alios fieri inter contradictoria, cuiuſmodi ſunt generatio, & corruptio —— alios fieri inter contraria, cuiuſmodi ſunt alteratio, latio augumentum, & decrementum.*

Tyr. Duo illa, quæ probus quiſq; probro ſibi futura crederet, commitantur te modò incedentem, *Impoſtura*, ſcilicèt, & *Iactantia*: Vtramq; è Foro Litterario tuo fuſte abigam, atq; fugabo. Quò vero Ariſt. ſuccenſeas, qui motum negauit in ſubſtantia in allato à me 10. cont. 5. Phyſ., prædicas Ariſtot. conſtituiſſe motum, tanquam genus ad eum qui fit inter contradictoria, necnon & qui fit inter contraria. Quæ tamen falſiſſima ſunt: ſiquidèm Ariſtot. vbique *mutationem* conſtituat genus ad eam, quæ inter contradictoriæ, & eam, quæ inter contraria, & generationem, atq; corruptionem euidentiſſimè eximit à natura motus. Vide locum, quem tàm malè adfers, quàm inter-

5.Phyſ.9. interpretaris. *Quoniam omnis motus mutatio quædam eſt, mutationes autem tres, quæ dictæ ſunt: harum autem hæ, quæ ſunt ſecundum generationem, & corruptionem non ſunt motus.* Iàm luce meridiana clarius emicant, & Ariſtotelis mens, & pudenda tua impoſtura. Hinc patebit quàm ritè efferatur in poſterùm *Veterator* noſter *Glorioſus*.

Elp. Tibi ſuperiora non animaduertenti, vel inuitus dedit occaſionem labendi, mihi verò cuncta diligenter conſideranti magiſter præbet anſam detegendi tuum hunc lapſum. Nonne ſuperiùs vidiſti, quæ ſcribit. Quoniam autem omnis tranſmutatio eſt ex quoddam in quiddam &c.

Tyr. Et vidi, & obſeruaui turpitèr te eodem volutari in cæno, & longa tautologia, dum auctoribus fucum facere irrito tentas conatu, duplicare tuæ inſcitiæ opinionem. Etenim Ariſtot. in loco à te producto, euidentiſſimè conſtituit. *Tranſmutationem* genus. *Quare neceſſe eſt ex ijs, quæ dicta ſunt tres eſſe mutationes, eam quæ ex ſubiecto in ſubiectum, & eam, quæ ex ſubiecto in nonſubiectum, & eam, quæ ex non ſubiecto in ſubiectum.* Bis Aſinus iam recidit in foueam.

Elp. Cæterum latiori ſignificatione ſumpto vocabulo contrarij, prout aptatur nonnunquam contradictorijs &c.

Tyr. Quid comminiſceris tu communiſſimas *motus*, & *contrarij* acceptiones? importuno in loco, atq; tempore. proinde vt cumules nouo mendacio enormia tua mendacia, concludis.

p.74. *Elp. Duobus itaq; fundamentis Ariſtotelicis nupèr allatis rectè perceptis, vt ex Ariſtot. planè demonſtraui, tua ratio facilè diluitur, quæ illis in ampliſſima ſignificatione ſumptis malè vtitur.*

Tyr. Egon, an tu in ampliſſima ſignificatione, & *motu*, & *contrariò* vtimur? efflas ne *calidum*, & *frigidum* tàm breui temporis ſpacio? vt qui modo *in latiori ſignificatione* accipiebas nomen contrarij, mihi illud tribuas, qui priſcè, & in germana ſignificatione vtrumq; cum Ariſt. in x. cont. admitto. Infracta igitur viget Præceptoris ſententia, *quòd ſecundum ſubſtantiam non eſt motus, propterea quòd nullum eſt entium ſubſtantiæ contrarium*. Audi tu poſteà, quæ firmiſſimis ijs adnectam. 5. Phy.

Auc. At verò calor hic à contrario patitur, deperditus per gradus inſtauratur.

Elp. Et inde colligere te putas calorem habitualem non eſſe ſubſtantiam, quia patiatur à contrario?

Tyr. Quid ni euincam calorem habitualem non eſſe ſubſtantiam compoſitam, ſi patitur à contrario? quòd tu admittis modò, quùm tamèn re vera contrarium nihil ſit ſubſtantiæ, neq; ad eam ſit motus, qui tranſitus eſt de affirmato in affirmatum, vt docuit dudùm Ariſtot.. Quapropter motum neceſſariò conſequitur ſucceſſio, ſecùs verò in mutatione ad ſubſtantiam, quæ quùm fiat ex non ſubiecto in ſubiectum, omnem excludit ſucceſſionem, & per gradus acquiſitionem, ne inter contradictoria, & inter ens, atq; non ens aliquid mediet; quod nefas, atq; inauditum in naturali Sophia. Tu quibus hæc vellicas?

Elp. In primis Ariſtot. materia ponit eſſe ſubſtantiam &c.

Tyr. Compendio tuas recitabo, non minùs ridiculas, quàm prolixas euaſiones. Primum quia materia, quæ eſt ſubſtantia, patitur à contrarijs. Habet ne igitur contraria materia? nùm verò, quod ſecundo loco ſubdis, patitur illaſum vim contrariorum excipit? hoc equidèm mihi de-

Nn bes;

p. 11. beſ; ſiquidèm amplexabaris ſuperiùs hanc in Philoſophia hæreſim. *Materia non patitur, etſi diſpoſita ſit ad ſubeundam formam, quàm agens indere ſibi geſtit. Materia verò terræ, vt quæ prima eſt, nullam omninò diſpoſitionem habens peculiarem ad vllam formam ab vllo agente pati non poteſt.* Quòd etſi meis monitis hanc opinionem modò abiurauerìs, erras nihilominùs, *ſubſtantiæ, contrarij, & paſſionis* nomine abutens, & in æquiuocis, Sophiſtarum more, volutaris. Extermino ego à *ſubſtantiæ* perfectæ finibus tuum *calorem habitualem*, quid imperfectam, incompletamq; ſubſtantiam profers? Nomen *contrarij* nunc accipio cum Ariſt., non in communiſſima ſignificatione, quatenùs complectitur contradictoria, ſed quæ verè contraria, poſitiuè oppoſita, mutuiſq; ictibus ſe ſe laceſſentia. *Paſſionem* illam tandèm mihi propono, quæ actioni opponitur, non quæ aptitudinem, & ſuſceptibilitatem ſubiecti quandam dicit, cuius tamen prærogatiuam aliàs à me audiſti. Hiſtu malè fidens, diuertis tandèm ab incœpto, & conſueta inconſtantia, *calori actuali* concedis poſitiuè contrariam frigiditatem, *habituali* verò, & priuatiuè tantùm oppoſitã aſſignas frigiditatem: vtrunq; malè. Nam quod aliàs ex me audiſti de oppoſitione tuarum *habitualiũ*, non eſt cur nunc repetam, quùm ſat conſtet, & Græcis te aduerſari, & tolli hoc tuo placito ſpem omnem temperamenti, tantũq; abeſſe, vt duo prodeant ex tua theoria in rebus naturalibus tẽperamenta, vt ſupremũ illud *habituale* tuum penitùs elimines: ni tamen *Nouo*, & inaudito *Inuento*, quod tibi perquàm familiare, doceas nos habitum priuationi miſcere, ſimulq; contemperare. Alterum eſt, quod in hanc horam diſtulit emendandum Præceptor tuus F. Pendaſius; nam qui fateris *actuales qualitates* inter ſe contrarias, emanantes ab *habitualibus* proprietatum in morem, neceſſe habebis, & *habituales* contrarias dicere. *Fieri enim non poteſt mutatio in proprijs eſſentialibus, quin fiat in ſubſtantia, atq; ſicut rectè dicit D. Thomas, cum proprietates eſſentiales à*

Text. lib. 5. p. 9.

for-

formæ fluant, non poſſunt illæ eſſe contrariæ, niſi formæ quoq; contrariæ fuerint. E re tua igitur potiùs fuiſſet parùm perſpecta, ni penitùs deſpecta reuoluere Magiſtri volumina, quàm Philoſophi producere denuò auctoritatem tibi infenſam, quod aliàs te docui: quamquàm, vt video, *oleum, & operam* perdidi. 1.*de G.C.* *t.* 18.

Elp. Deniq; verò non animaduertis in hoc tuo ratiocinio vitium duplicis parallogiſmi.

Tyr. Tàm hebes ſum, vt neq; te indicante, in meis reperiam, quibus debeantur iudiciales tuæ animaduerſiones; quin penitùs ignoro quid ſit *Parallogiſmus*, & nouum mihi eſt dari vitio *Duplicem*, ſed forsàn admittit tua Schola impunè ſimplicem. Grauiùs equidèm eſt mea in meis fruſtrà me quærere, *ratiocinium* inquàm, quod damnas, credo te dicere voluiſſe Syllogiſmum. At ego ſolum indicaueram materiã, à forma verò penitùs abſtinueram, quàm tamèn cuiq;, vel modicè in re Logica experto, faciliimum, àtq; peruium erat, eritq; ſuperinducere. Quid igitur obtrudis tu paralogiſmum, vbi nullus ſyllogiſmus? Paralogiſmum dico, non *Parallogiſmum*, cuius ſcriptione non minùs Grãmaticis ridiculum te præbes frequenti, & inexcuſabili errore, quàm Logicis rei ſignificatæ ignarum. At Plautus

Nequam homo es Elpenor, *quoi tibi lubidoſt malè loqui*. *in epid.*

Elp. In Ariſtotelico dogmate tractatur de contrario, non à quo ſubſtantia corrumpatur, quod habet rationem generantis, ſeu corrumpentis, & eſt cauſa mutationis intrinſeca, ſed in quod ſubſtantia corrumpi valeat. 5.*Phyſ.* *t.* 10.

Tyr. Excludit Ariſtot. à ſubſtantia contrarietatem, & motum ea ratione denegat ſubſtantiæ, *propterea quòd nullum eſt entium ſubſtantiæ contrarium*, ita vt ſi ſubſtantia haberet aliquod contrarium, iàm in ſubſtantia eſſet motus; hæc eſt

Ariſt. mens in loc. cit. Quid tu modò nutas, atq; circumuerteris, aſſerens Philoſophum loqui de contrario, in quod corrumpatur ſubſtantia, non à quo corrumpatur. prætereo Multam, quæ tuæ debetur inconſtantiæ: nam qui dudùm materiā ſubijciebas contrarijs, non ſecusàc *contraria principia generationem molientia propriè non poſſe à ſe inuicem pati, ſed vtraq; agere in tertium*, modò comminiſceris contrarium, in quod corrumpi ſubſtantia valeat. Arcet Philoſophus à ſubſtantiæ finibus contrarium, quod *propriſſimè* tale dicitur, ſecùs nugaretur in re grauiſſima tantus Præceptor. Hæc verò contraria naturalitèr illud obtinuere, vt mutuò ſe laceſſant, pugnentq; ad inuicem pro materiæ poſſeſſione, vt quæ modò erat ſub frigiditate, mòx calorē ſuſtineat. Quapropter ſi in ſubſtantia eſſet cōtrarietas, exiſteret quinetiàm contrarium, per quod & corrumperet, & corrumperetur, haud verò in quod ſubſtantia corrumperetur, quod tu falsò reris; nam deſineret ſubſtantia eſſe ſubiectum, vt fieret terminus, & accidens noua metamorphoſi, fieret ſubſtantiæ ſtratum, atq; puluinar. Contrarietas igitur hæc ad efficientē, non materialē pertinent cauſam, efficiens verò, & finis externæ ſunt cauſæ Ariſtoteli, & vniuerſæ Philoſophantium Scholæ: non ſecusàc forma, & materia, intimæ, atq; intrinſecæ. Quid igitur tu contrarium generans, aut corrumpens, dicis cauſam intrinſecam? An forsàn *intrinſecè* res includit ſibi contrarium corrumpens in tua Schola? deſpicis minima hæc tu, qui pari eruditione idem faciebas modò *generans, & corrumpens*, & contrarium corrumpens dicebas habere *rationem generantis, ſeu corrumpentis*. Ridebat Perſius.

Sat. 5. *—— Diciſq;, faciſq;, quod ipſe*
Non ſani eſt hominis, non ſanus iuret Oreſtes.

Elp. *Tu verò loco minoris obtrudis eam poſitionem, qua dicis calorem pati à contrario, quum debuiſſes oſtendere calorem habitualem mutari poſſe in contrarium poſitiuè.*

Tyr.

Tyr. Pati à contrario, eſt habere contrarium. *Quare cui non eſt contrarium, & vbi non eſt, impoſſibile eſt vtiq; corrumpi. Quid enim erit corrumpens, ſi à contrarijs quidem corrumpi accidit ſolis.* Inſtaurari per gradus, ſignum eſt formam illam habere partes, inq; ſui natura includere imperfectionem, ex quo motus, & ſucceſſio. Rectè ne adhùc noſtra percipis, vel diſſimulas? Quid tu ſomnias *minorem*, vbi ſimplex diſcurſus, nulla forma ſyllogiſtica coercitus. Quos *quatuor* blateras, *quinqueue terminos* tu? qui nunquàm decori, & veritatis nouiſti terminos. Ad rem: ſi patitur calor hic à contrario, quod tu non negas, igitur & diuturna actione mutabitur in contrarium poſitiuum. Hoc ne tibi difficilè, quod omnibus eſt in confeſſo? Calor igitur, qui modo admittit aduerſarij inuaſionem, & contrario ſe expoſitum fatetur, mòx imparibus, ſi quandò dimicabit viribus, poſt temporaneam tandèm pugnam hoſtis in partes ſe conceſſurum non diffitetur. Pati igitur à contrario, eſt habere contrarium deſtruens, non conſtruens; quãquàm ad illius deſtructionem, ſuccedat neceſſariò in materia ſimilis in ſpecie cum deſtruente, formæ accidentalis introductio. Quæ tamèn à ſubſtantiæ limitibus longè, latèq; exulant, horumq; *calor* tuus *habitualis*, ſi eſſet ſubſtantia, exors penitùs, & omninò eſſe deberet. *de long. b. vit.*

Elp. Falſa quidem eſt, quoniam ſemel deperditus calor naturalis primigenius, ſiue in ſimplici corpore, ſiue in miſto inanimato, ſiue in viuente, nunquam inſtaurari poteſt.

Tyr. Deperditum calorem per gradus inſtaurari, tanquàm per ſe notum, notaui tantùm, haud probaui; neminem tàm bardum futurum exiſtimans, qui hæc controuerteret, vel in ſemet pluriès rei veritatem abũdè expertus. Tu qui *baſilica edictione* oppoſitum tibi concedi iubes, petiſq;, quod controuerſum, agè, dilucida nobis hanc tuam phantaſticam phantaſiam.

Elp.

Elp. *Quia deperditio caloris habitualis in inanimatis eſt eorum corruptio: quæ verò corrupta ſunt, iterum reſtaurari non poſſunt naturæ viribus.*

Tyr: Malum te Logicum, atq; Philoſophum præfers. Argumentaris à ſecundùm quid ad ſimpliciter: etenim quod eſt in fieri, non eſt in facto eſſe: nam corruptio, ſi pro aggregato, non pro termino, plurimùm diſtat, & natura, & euentu. Falſum eſt quamlibet deperditionem caloris in inanimatis eſſe eorum corruptionem, immò ex hoc neceſſariò infertur, quod calor nullibi ſit forma ſubſtantialis, nam labefactari nullo modo poſſet, ſed tantùm corrumpi, vel labefactatus per partes reſtitui. Ridiculum eſt inanimata per caloris deperditionem ſimpliciter corrumpi; extiterunt namq; olìm per formam ſubſtantialem, & per eandẽ modò ſunt, eruntq; eouſq;, dum fuerit hæc compoſitio. Omnia verò *inanima* abeunte calore corrumpi, non tàm ridiculum, quàm & deplorandum in tua ætate, quæ incircumſpectione ſua exponit ſemet vulgarium ludibrio. Elementa ſunt ne tibi inanima? At verò dic tu, quô calor abibit, quum terra, vel aqua corruptum iri debebunt? quin deperdi, aboleri, atq; exterminari omnem neceſſe eſt calorem, ſiquis adſit, vt propriæ conſulant integritati.

Elp. *Deperditio caloris habitualis in viuente pariter eſt cum conſumptione ſubſtantifici, ſeu radicalis humoris, qui non reſtauratur vnquam.*

Tyr. Igitur non diffiteris, quod niſi ſuccederet ad caloris deperditionẽ humidi corruptio, caloris deperditio nõ eſſet irreparabilis. *Calor* igitùr *habitualis* in viuente deperditus, quantùm in ſe eſt, reparari poteſt, quod ego contendo. His ſic ſtantibus reliqua tua aggredior. Quid eſt quod ſimùl deperditur calor, & conſumitur humidum in viuente? an neceſſariam ſemper exiſtimas hanc ſeriem?

Quæ

Quæ radicalis humidi conſumptio, vbi calor actutùm ſuffocatur? vel vbi à contrariò frigido perimitur, intacta & ſuperſtite vniuerſa radicalis humidi ſuppellectile, quin & in iugulatis, quod obſeruabat Gal. lib. de Marc., quē tamèn falsò producis tuæ opinioni ſuffragantem in c. 3. quòd nempè *humidum radicale nunquã reſtauretur, ſi eius in locũ alimentis reponatur aliquid eius vicem gerẽs.* Quũ tamèn ille diſertis verbis eodem lib. te non animaduertente etiã in morbo ſa ſiccitate, vbi perijt humidũ hoc, fieri poſſe humidi radicalis reſtauratione, non dubitauerit, ſi tale humidum radicale eſt ipſa ſolidorum corporum humiditas, & proprium eorum alimentum. Audite increpantem, qui non es aſſequutus docentem. *Igitur altera extenuatorum affectio oritur, quandò tàm ipſa ſolidorum corporum humiditas, quam proprium ipſis eſſe nutrimentum diximus* (nota refractarie) *perijt, tum teneræ carnes colliquatæ ſunt; altera verò corpora ipſa attingit, quæ ſanè, & prima ſimilaria appellamus. Hæc ipſa eſt, quę ſanari non poteſt, quemadmodùm ſanè nec ipſum ſenium. Altera verò periculoſa quidem, at nõ penitùs incurabilis.* Verumenimuerò quid prohibet, dum illa patiebatur innatus calor quin reuocetur, & deperditus reſtituatur membris calor, gradus? Alexander Macedo c. 6. gelu rigentẽ militem igne reſtituit; at nos ambuſta præ frigore membra, gradatim inſtauramus. Torpent hyeme ſuis in latibulis ſerpentes, qui tamèn igni ſensim admoti, vires antiquas reaſſumunt. Neque fabuloſum eſt, quod vulgò circunfertur, de hirundinibus Polonicis, quæ ſi quandò conglobatæ, geluq; compactæ è profundis eruantur fluminibus (nam illuc conceſſerant Natura dictante, præ futuræ hyemis ſæuitia) mòx in hypocauſto diſſoluta glaciali compage, reſpirant, mouentur, volitant, quod nuperrimè narrabat mihi Comes F. Conopaſchus nõ minùs Nobilitate, quam eruditione Illuſtriſſimus, & cuius ſingularibus in me officijs, leuidenſe hoc grati animi, perpetuæq; obſeruantiæ nunc deuoueo τεκμήριον. Reſtituitur igitùr, vt audiſti in præ-

prænarratis hiſtorijs deperditus, non abolitus calor, nulla intercedente humidi radicalis opera, vel ope: quapropter fictitia erit hæc tua calori denegata inſtauratio ob humidi radicalis abſentiam, vel conſumptionem. Illud interim noueris, quod calor reparatur, non ſolo radicali humido, verùm & alimentitio, quin & neutro, at ſolo motu, atq; dif flatione, ſi quandò fuliginibus obruatur. Agè dic nobis, differunt ne re calidum, & radicale humidum, an verò ſola ratione? At nos hucùſq; credideramus diſtinctas eſſe ſubſtantias, eaſq; compoſitas, officijs quinetiàm inter ſe ſe diſcrepantes, quamquàm in viuentis beneficium conſpirantibus. Quin tuus Therſites dicebat humidum radicale eſſe florem ex corporibus elementorum emergentem, innatum calorem florem ex qualitatum temperamento: *Quippè calor innatus temperamenti eſt apex, radicalis autèm humor eſt flos materiæ proximæ miſti*. Quàm verè, vel concinnè hæc dicantur, nihil moror. Quî igitur altero labefactato præ violentia, non poterit hic eſſe ſuperſtes? manumq; ſi dederis labēti, cur reuocari non poterit ad antiqua munera peragenda? Meliùs rem dijudicabis, ſi Philoſophum conſulueris, quà de miſti perfecti putredine. Ibi enim euidentiſſimè humidum à calido diſtinguit, non ſolùm quòd putredo calori tantùm debeatur, verùm etiam, quia prior hic auolet ab extraneo allectus, immò officium tractionis humidi nonniſi propriè aſſignet caliditati. Quòd ſi naturâ, officijs, plerumq; verò, & ſubiecto differunt radicale humidum, calorq; innatus, cur ſeueram hanc impoſuiſti legem calori innato, vt aliena ope proprias nequeat reparare ruinas. Quod verò habes de humido radicali, peculiari indiget dilucidatione, quam modò aggrediar.

3. de b. q. d. c. 41.

c. 45.

4. Meteo.

Repa-

Reparetur ne radicale humidum?

DVrus nimis es in humidũ radicale, cui omnem penitus denegas *reſtaurationem*, quod tamèn fatiſcens recreari permittunt, vel ij, quibus abolitum nulla arte reuiuiſcit. In re graui leuiter te geris, vix, ac ne uix quidèm lambis, & fugis. Idem numero ſarciri poteſt humidum, reſtitui non poteſt: augeri, propagari rerum naturalium priuilegio, cur non poterit eximia ſubſtantia? At vero, & augetur, & propagatur adeò, vt mirum ſit illud te fugere, quod vel Agricolæ norunt, qui præciſos ramos, mòx vberiori ſucco prægnantes renaſci obſeruant. Vnde quæsò, illud acceſſit nouum humidum, atq; proliferum? non à præciſo ramo, iàm enim fuerat olim ſeparatus, non à trunco, reliquiſue arboris partibus, ijs enim ſua ab exordio fuit aſſignata, atq; conſignata humidi portio, quam erogare abſq; proprio nequeunt periculo: Nouum igitur accedit è terrę ſinu prolectum, diuturnoq; incubatu perfectum, ſtatis anni temporibus, quod noſtri conſpicati Agricolæ, præcipuè quibus inſitio curæ eſt, plantas tunc eſſe dicunt *in ſucchio* præ turgentis ſucci vberrima affluentia. At vero qui Pinum adultam diuiti ramorum ambitu decoram ſpectat, imiſq; altiùs inſitam, reluctari ſua firmitudine procellis non minùs, quàm pingui humore temporis edacitati, atq; frequentibus iniurijs, vndè tantas illi acceſſiſſe vires ſpeculabitur? An ex Strobylo? ex quo primùm enata. At quæ proportio Strobyli ad tantam arborem? quæ illius portio potuit in tantam explicare ſe molem, & Strobylorum myriades pari ditare peculio? Minor Strobylo eſt ſemen Cupreſſi, Abietiſq;, è quo, & reſiniferæ, & proceræ producuntur arbores. Do manus humidum radicale, non aqueum, verùm eſſe oleagineum. At verò noſtro ſęculo curioſos, nec fugit modus, quo abſq;

extranea miſtura, vel adminiculo, vtrumq; valeas ſimul, & ſemèl extrahere humidum è quolibet naſcente, illudq; ſenſibus fidelitèr ſubijcere. Proh quàm exigua ex Abietis vnico ſemine, quàm vaſta exudat, aut emanat ab inciſa planta. Vndè quæsò acceſſit immenſa illa copia? quis tantos miniſtrat latices? Vnicum tantùm reliquum tibi video effugium, illudq; certum, quod radicale ſeminis humidum, ſemet veluti per traducem propagauerit, atq; propaget. Optimè. Igitur inſtaurari poterit radicale humidum ſuimet viribus, ni penitùs fuerit abſumptum. Non diffiteor humidum illud, quod ſequax magis, atq; trahenti obſequentius, aqueum eſſe, & nonniſi perfectione ab oleagineo diſtare, quùm temporis progreſſu, & naturæ, artiſue induſtria, ſensìm nobis non animaduertentibus, vel etiam nolentibus, in oleagineū degeneret. Fidem faciunt, qui exprimuntur ſucci ex fructibus immaturis, aut ſeminibus, qui cunctatione, & fotu, pro aqueo oleoſum ſuccum præbent, quod videre eſt paſsìm in oleæ fructibus, Amygdalis, nucibus, ſtrobylis, & frigidis ſeminibus. Vilia forsàn hæc tibi ſunt, è quibus certiſſima haurire experimenta recuſes, agè experiamur in homine, an poſt eius conſtitutionem reparetur humidum radicale, quod tu pernegas. Inducit Ariſtot. Embryum. *Mas, qui quadrageſimo die exierit, ſi in quoduis aliud mittatur, effunditur, atq; aboletur, ſed ſi in aquam frigidam, cogitur, conſiſtitq;, velut in membrana, qua rupta, fœtus ipſe apparet magnitudine formicæ maiuſculæ, & membra iàm inde diſcreta.* Tantulusne humor, & per totam durabit vitam, & in tantam extendetur molem, vt Herculi iàm adulto ſuffecturus ſit? At implebit, & Hercules hic, vel vnica nocte quinquaginta Theſpitij filias, æquamq; ſingulis radicalis humidi diſtribuet portionem cum ea, quam olim Alcmena à Ioue acceperat; Hercules non minùs poſt concubitum, & magnis aptus patrandis. Quis oro tantum ſimul erogauit humidum? vel indeficienti inſtillabat gutturnio? Valeant

7. de Hiſ. Al. c. 3.

proindè

proindè figmenta, & ſenſibilia ſenſu auſpice dijudicemus; *de G.A. 10.*
imprudentis enim eſt hanc propter fallaces relinquere rationes, tuncq; rationi fides eſt adhibenda, ſi quæ demonſtrãtur, conueniunt cum ijs, quæ ſenſu percipiuntur rebus. Fallaciſſima verò illa eſt, quam pro ſuo producũt illi, tuoq; forsàn Achille, fore inquam, vt ſi humidum radicale reparetur, arceri poſſit mors. Quæ illatio tàm vera eſt, quàm quod humidum radicale ſimplicitèr ſit cauſa vitæ, non autem anima, vti verè eſt. Hæc verò ſat abundè infirmauit Zimara, noſq; ſequuti doctiſſimum Pererium, *Theor. 17 91.* agnoſcimus humanum corpus intrinſecè corruptibile, *In Gen. lib. 3* quadruplici nomine; *quia ex materia, quia ex Elementis, quia ex partibus etherogeneis, contrarÿſq; coagmentatum eſt, quia deniq; calor eius debilior ſit in dies, & ex repugnantia alimenti, & ex impuritate humoris alimentaris, qui eſt pabulum eius*. Reparatur igitur in plantis, ac in homine radicale humidum, quin augetur, atq; propagatur, impos tamèn vitam perpetuare præ intrinſecis cauſis conſpirantibus in animalis perniciem.

Elp. Sed quis te docuit calorem habitualem habere gradus? actualis eſt, & accidentalis calor, in quo gradus inſunt euidentes: aſt habitualis more formarum ſubſtantialium ſimplicium ſine gradum multitudine forsàn conſiſtit in indiuiſibili.

Tyr. Græci omnes, & Ocellus Lucanus, quos tu recenſueras malo euentu, rident, atq; deteſtantur *duplicem* tuum *calorem*, atq; vnicum tantùm in Elemento agnoſcunt, vt ſuperiùs audiſti, qui certis menſuris, munere fungitur formæ ſubſtantialis. Acquiritur hic per gradus eouſq;, vt ſummum cum cõpari differentia attingat in Græca Schola. Quaproptèr ſi tua illa forma ſimplex eſt, & graduum exors, çur conſiſtit in indiuiſibili *fortaſſe*, non abſolutè? Tàm citò oblitus es, formas elementares per te ſtatui in- *in Theſi.*
tenſioni, & extenſioni obnoxias? an tibi intendi, & extendi

idem eſt, quod conſiſtere in indiuiſibili? At verò ſi Græcis etiam, vt audiſti, per gradus calor acquiritur, nam horum veſtigijs te inhærere ſimulas, cur noſtris ſuccenſes? Neuè rurſus introducam tibi aduerſiſſimos Græcos, facit F. Pendaſius Præceptor tuus, qui obliuionis te incuſans, monet.

5. Phyſ. t.9. *Nam ſicut dicebat Ammonius in prædicamento ſubſtantiæ, hæ differentiæ, non quomodocunq; ſe habentes conſtituunt ſpeciem, ſed vt ſunt plurimæ in proprio ſubiecto, ideſt vt certum gradum, certumq; ſubſiſtendi modum attingunt, in quo conſtitutæ, ſubiectum indeterminatum quadam in ſpecie collocant, vt ſit ignis, vel aqua, non quoddam ſolùm ad aquã, & ignem diſpoſitum, ſicut cum per ipſorum latitudinem ſecundùm magis, & minùs indeterminate vagantur. Species enim non dicitur, niſi cum poſita eſt in determinato quodam, certoq; gradu.*

Elp. Verumenimuero ſi tibi dedero calorem hunc habitualem eas formas ſubſtantiales æmulari, quæ compoſitam vtcumq; 2. Phyſ. t.30. & 7. Met. t.34 *naturam habentes ab Ariſtot. numeris comparantur, adeoq; multos habere gradus, veluti partes, & deperditum per eos inſtaurari poſſe.*

in epid. *Tyr. Tace modò eſt lucrum hic tibi amplum.* iubet Plautus, dùm modo ab Ariſtot. ſciſcitor, quid habeat de formis ſubſtantialis compoſiti 2. Phyſ. t. 50. At ille mendaciſſimum te dicit, tantumq; illud ſibi fuiſſe in votis adducto in contextu, vt poſtquàm declaraſſet quatuor communia genera cauſarum, produceret communia quædam eis competentia, nulla compoſitæ, vel ſubſtantialis formæ penitùs ratione, mentioneue habita. In metaphyſicis verò totus met t.34. eſt Ariſtot. in definitionis natura indaganda: vide proindè quæ apud nos futura eſſet opinio de tua fide, & peritia, ni priùs vtramq; nullam experti fuiſſemus. At vero non ſat t.10. percipimus, quî tu ex 8. Met. deducas, & inferas, *formas habere compoſitam vtcumq; naturam*. Quid ambit illud

vtcumq;?

vtcumq; ? tegitur forſàn ſuo Sepia attramento? In ſubſtantijs naturalibus incompletis, nulla præter vnicam datur cõpoſitio, quæ ex materia, & forma fit coeuntibus: at verò componentes partes ſimplices ſunt, ſimpliciſſima vero eſt forma, omniſq; compoſitionis expers: formam autẽ nunc intelligo partis. ne conſuetis inſidieris fallacijs. Numeris comparat Ariſtot. loc. cit. definitionem, non formam, idq; molitur, magis, vt ad bonam reducat frugem dicta Platonis, quàm quòd vt aliquid ex propria mente decernat, vel doceat formas ſubſtantiales ritè numeris comparari, quod tu incautus modo prædicas.

Elp. Adeoq; multos habere gradus, veluti partes.

Tyr. Nullos habet intrinſecè *gradus* forma; tantòq; minùs *partes*, quum ſimplici conſtet eſſentia, ſitq; incorporea penitùs. Quid vero ſibi portendat particula illa tua *adeoq;* nemo intelligit, ni tamen tu perperam Ariſtot. intelligas, quod tibi perquàm familiare obſeruamus. Definitionem numeris aſſimilauit Philoſophus, quod ſæpè in cit. t. ipſe reperit, neq; rerum eſſentias ſimplicitèr numeros dicit, verùm *ſicut numeri*; vt intelligas, non omnimodam, immò, nec veram ſimilitudinem, ſed proportionem. Hæc verò in hoc conſiſtit, quod ſicut numerus ex pluribus vnitatibus, ita eſſentiæ rerum materialium componuntur ex pluribus prædicatis quidditatiuis, licèt diuerſo modo: vnitates enim ſunt realitèr plures, prædicata vero ſolùm ratione. Prætereà ſicut vnitates in quolibet numero finitæ ſunt, ità & quidditatum prædicata. Quô etiàm fit, vt ſicut diuiſio numeri non procedit in infinitum, ità nec reſolutio ſpeciei in prædicata quidditatiua, ſed tandem ſiſtat in aliquibus ſimplicibus, & primis. Tandèm ſicut vltima vnitas determinat rationem talis numeri, ita & vltima differentia rationem ſpecificam. Quare ſicut addita vnitate mutatur numerus, ita & addita differentia mutatur ſpecies. Vide

proindè quantis erroribus te expoſueris: accidentali caloris dicebas ineſſe gradus euidentes, habitualem verò conſiſtere in indiuiſibili, mox gradus, & partes huic concedis; eſſe igitur diuiſibile, & non eſſe diuiſibile in tua ſchola, vel non opponuntur, vel æquè verum formas eſſe ſimpliciſſimas, & compoſitas. Hanc verò compoſitionē, neq; rei veritas patitur, neq; Ariſtot. à te productus aliud intendit præter quàm comparare, non formam, ſed definitionem, neq; veram ſimilitudinem, ſed proportionem illam elicere, quam ex me audiſti. Reliquum proinde erat, vt tuos errores nouo errore, atq; abſurdo cumulares.

Elp. Et deperditum per eos inſtaurari poſſe.

Tyr. Quid deperditur? Quis inſtaurat? deperdita ne pars, graduſuè reſtituitur à ſuperſtite gradu, vel gradibus? At quis vnquàm enectam vidit reuiuiſcere pecudem? cui tamèn nō ſtatim obliteratur vegetalis ex tua doctrina. Quibus nam viribus reſtituet hæc, quod ſuas longè, lateq; tranſcendit vires, quin & naturæ vniuerſæ? cui à priuatione ad habitum nullus datur regreſſus. Cur tibi inuiolabile erit *Temperamentum habituale*? aut deſperandam nobis ſuaſiſti eius reſtitutionem? ſi vnicus violatus gradus, per reliquos tàm facilè reſtitui poteſt?

Elp. An ideò credideris te poſſe mihi demonſtrare calorem hunc non eſſe formam ſubſtantialem, proindeq; ſubſtantiam? nihil minùs poteris.

Tyr. Quid ni? ſi *calor* hic tuus *habitualis* ſucceſſiuè acquiritur, & per gradus inſtauratur, quod proprium eſt accidentium, vel te fatente, cur non credam eum purum, putumque eſſe accidens? Tu verò quibus technis contrarium ſuadere modò conaris?

Elp.

Elp. Nam & anima humana, quæ gradus habet vegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectiuum, per quos in hominis generatione ſucceſſiue à generante homine, parente, ac Sole, ſeu Deo, forenſecus agente fœtui conciliatur, vt ait Ariſt., & luculentèr tibi demonſtrauit Vlyſſes. 2.de An. t.31.32. 2.Phyſ. t.26. 2.de G. Al. c.3.

Tyr. Plura hìc habes *digna*, non *Cedro*, ſed *Spongia*. Quùm enim nobis in præſentiarum ſermo ſit de vniuerſo genere formarum ſubſtantialium, contrahis tu modò diſputationem ad animam humanam, quod vitium & aliàs tibi prædicant familiare Auditores, remq; inſupèr controuerſam importuno exemplo, magiſq; dubio, implicare, non explicare ſatagis. Proindè mirabili hac tua methodo parùm abeſt, quin inducamur ad credendum, quod anima humana, quæ *ſucceſſiuè* tibi acquiritur, & habet gradus, non ſit ſubſtantia, quùm tu ſuperiùs gradus denegaueris formæ ſubſtantiali, accidentali verò *gradus* ineſſe dicas *euidentes*. Nemò non videt quàm turpitèr in æquiuoca voce *Gradus* modò labores. At verò tu, qui gradus, & partes formæ concedis ſubſtantiali, dic ſodès, *integrales* ne, an *eſſentiales*? Non *integrales* puto, & *quantitatiuas*, quas dicant, ſiquidèm tibi forma ſubſtantialis ſine graduũ multitudine conſiſtit *in indiuiſibili*, at quantùm indiuiſibili, & non quanto opponitur. Potioris ne igitur erit conditionis *calor* tuus *habitualis*, quam anima humana? & materiæ mancipabitur magis præſtantiſſima forma, quàm ignobiliſſima elementi? Sunt ne igitur *partes* hæ formarum *eſſentiales*? nihil minùs: ſiquidèm partes compoſiti eſſentiales ſunt materia, & forma; quòd ſi forma ex ambabus conſtat, iàm eſt compoſitum, non forma. Neq; formam formæ ſubiectum ſanus quis vnquàm dixerit, materia enim eſt, quæ ſubijcitur formis, & eſt *primum ſubiectum ex quo fit aliquid quum inſit*. Quod reliquum, erunt igitur plures formæ in eodem compoſito actu exiſtentes, & materiam informantes. Tot igitur erunt compoſita, atq; anima-

animalia dubio procul, quot animæ, quod conuicit olim Ariſtot. diſputans aduerſus Platonem. Vt vides exulant tuæ *partes* à forma ſubſtantiali, quùm intrinſecè, atq; per ſe indiuidua conſtet talis forma, eſſentia. Quæ habes verò de generante Sole, & Deo, particulare merentur examen, quod incunctantèr aggredior.

Quid ſit Ariſtoteli 2. Phyſ. t. 26. Sol, et homo generant hominem.

REuocauit nos aliò properantes prælonga illa tua ſeries generãtium, non hominẽ è triuio, ſed forsàn infeſtum illum nautis Orionem. Habes enim, *In hominis generatione ſucceſſiuè à generante homine, parente, ac Sole, ſeu Deo*. Nonne qui generat hominem homo eſt? cur & homo parens? Mirabilis tautologia, vel ignauia. Obuiat confeſtim Ariſt. & trucibus oculis interminatur, nunquàm ſe inuito, quin reluctante, extorturum te, quod per *Solem* Deum ſignificauerit, ſeq; materialem Solem, & quem cernimus tantummodo indicaſſe. Hærent Summo Præceptori fidi eius Interpretes, necnon ij, qui intrà extrauè Peripatum, Naturali Sophiæ operam varijs ſæculis nauarunt. Vix vnus, alterue tibi ſuppetias ferunt, Pſellus, & Fernelius, hiq; nutabundi ægrè tecum ſentiunt, quin in plurimis diſſentiunt. Neq; tamen illud vnquàm te nouiſſe præſefers, quod *probabilia ſunt, quæ videntur omnibus, aut pluribus, aut ſapientibus, & his vel omnibus, vel pluribus, vel maximè notis, & præcipuis*. At ego omnem abrumpens moram ſecum, nec conſentientem introducam primo loco Ariſtotelem, hinc verò exordiar. Sublunarem hanc plagam ſuperis lationibus neceſſario contiguã credidit Philoſophus, vt omnis eius virtus inde gubernetur. Vnde enim motus principium omnibus ineſt, illam cauſam putandam primã. Velut namq; materia quædam exiſtit corpus hoc ſublunare,

1. de abd. r. c. c. 5.

re,

re, potentia calida, frigida, ſicca, & humida, quæ actum ſuum expectat à Cæli motu, vel immobilitate. At verò quoniam idem, & ſimilitèr ſe habens ſemper idem natum eſt facere, alterum tantùm oppoſitorum faciet prima latio, quocircà generatio ſempèr erit, aut corruptio, neceſſe proindè fuit, multos eſſe, & contrarios motus, vt contrarijs contrariæ aſſignentur cauſæ: ideòq; non prima latio cauſa generationis, & corruptionis, ſed quæ ſecũdùm obliquum circulum. In hac enim & continuum vnum eſt, & moueri duobus motibus. Neceſſe enim, ſi erit ſempèr continua generatio, & corruptio, ſempèr aliquid moueri, vt non deficiant ipſæ tranſmutationes; duobus autem, vt non ſolùm contingat alterum. Continuitatis igitur, quæ eſt totius, latio cauſa eſt, accedendi verò, & recedendi, inclinatio: contingit enim quandòq; fieri longè, quandòq; verò propè. Inæquali verò diſtantia exiſtente, inæqualis erit motus. Quocircà, ſi in adueniendo, & in propè eſſe generat, & in recedendo, & longè fieri idipſum corrumpit, & in ſæpè adueniendo generat, & in ſæpe recedendo corrumpit. Contrariorum enim contrariæ cauſæ, & in æquali tempore corruptio, & generatio, quæ ſecundùm naturam. Ideò, & tempus, & vita vniuſcuiuſq; numerum habent, & hoc determinantur. Omnium enim eſt ordo, & omne tempus, & vita menſurantur circuitu, ſed tamèn non eodẽ omnia, ſed hæc quidem minori, hæc autem maiori: his enim annus, his autem maior, alijs autem minor circuitus eſt menſura. Apparent autèm, & ſecundùm ſenſum confeſſa his, quæ à nobis dicta ſunt, videmus enim quòd adueniente quidèm Sole, generatio eſt, recedente autem corruptio. Quamquàm verò à ſingulis aſtris calor, & lumen generetur, attrito aere ab eorum latione, attamèn vt fiat tepor, & calor, ſufficiens eſt efficere etiàm Solis latio tantũ, velocem enim eſſe oportet, & non longè eſſe. Quæ igitur aſtrorum eſt, velox quidèm, longè autem: quæ autem Lunæ, deorsùm quidem, tarda autèm, quæ autem Solis, am-

bo hæc habet ſufficientèr. Grauiſſima inquam hæc à Philoſopho ſparſim decreta, & è rei natura petita, vnanimi philoſophantium conſenſu *Soli materiali*, non miſtico, eam conciliarunt dignitatem, vt primas ipſi deferant in generatione rerum ſublunarium. Hinc Alexander referente Simplicio. *Cum autem dixiſſet verſaturum eſſe Phyſicum in formis materialibus, atq; adeò ad finem vſq; proceſſurum, eſſe materiales formas naturales oſtendit, ex eo quòd & earum cauſæ, tàm propinquæ, quàm ſuperiores, ſint ipſæ quoq; materiales. Etenim quod hominem proximè generat, homo eſt, qui ipſe quoq; eſt materialis. Et quæ eſt ijs ſuperior omnium, quæ ſecundùm naturam fiant, efficiens cauſa, Sol omnibus conſpicuus, eſt ipſe quoq; forma materialis. In ſumma autem, inquit Alex., quod natura fit, videtur ei ab eodem fieri, vel forma, vel genere, vel omninò ab operatione. A Sole enim fiunt, quæ ſic fiunt, & tanquàm ab opere: nempè calefacta, & refrigerata ab eius opere*. Et alibi hæc habet. *Corpora verò circumlata ortus, & interitus eſſe cauſas, ſenſuum patet argumento. Sol .n. dum ad Aquilonē accedit, generationis eſt cauſa, cum ad Auſtrum ſeſe refert, interitus*. Sic Olympiodorus. *Similis quoq; ratio in Sole eſt; neq; .n. alitèr aer reuiuiſcit, niſi quando à radijs, quaſi vitam accipiat, & amore maioris luminis incertus, magis, magiſq; moueatur, atq; incaleſcat*. Et Ioannes Grammaticus. *Prima ergo cauſa ſimul ordinata, atq; coniuncta cælum ipſum eſt, nam plurima quoq; cauſa frugum exiſtit, & agricola ſimul, & placida temperies aeris, & ſemen ipſorum animātium, & qui ipſum diſſeminauit, & aliæ quamplurimæ ſimul res. Sed harum rerum omnium cauſa prima eſt huius vniuerſi incitus, & celerrimus ſyderum curſus. Quòd ſi mundi huius celerrima reuolutio omnium rerum, quæ generantur cauſa prima exiſtit, ergo, & eorum quoq;, quæ in ſublimi &c.* Et Themiſtius in paraphraſi particulæ cit. hæc habet. *Quùm autem formæ materiales ſint omnes in materia cōſtitutæ, & ratio aſtipulatur, quòd quæcumq; gignuntur, oriunturq; ſimilia ijs proueniunt*

c. 19. 2. Phyſ.

5. Meta. c. 5.

c. 1. Meteor.

com. Meteor.

ueniunt vndè ſunt genita. Nam & hominem homo gignit, & Sol, vt videri poſſit vnaquæq; efficiens cauſa in materia eſſe collocata, tàm ea, quæ proxima, adinuentaq; eſt homo, quã ea, quæ remota, Sol. Non ignorauit hanc veritatem Cõmentator, quapropter hæc tradidit. *Sed homo generatur ab homine, & Sole, & vtrumq; eſt forma in materia.* Conſtanti vero ſententia inſinuat, & alibi. *Et iſte calor eſt in ſeminibus, & fit ab habente ſemen, & à Sole. Vndè Ariſtot. dicit, quod homo generatur ex homine, et Sole, & factus eſt ille calor ex terra, & aqua ex calore Solis admiſto cum calore aliarum ſtellarum, & ideò Sol, & aliæ ſtellæ. ſunt principium vitæ cuiuslibet viui in natura. Calor igitur Solis, & ſtellarum diffuſus in aqua, & terra generat animalia è putrefactione nàta, & vniuerſaliter omnia, quæ fiunt ex non ſemine, non quòd illùc ſit anima in actu inuenta in orbe decliui, & à Sole, ſicut narrat Themiſtius.* Poſteriùs vero idem auctor hæc profitetur, *Principium enim eorum, quæ non generantur ex ſimili, eſt Sol, & orbis decliuis: & eorum, quæ generantur ex ſimili, non tantùm eſt principium ſimile in ſpecie, ſed cum Sole, & orbe decliui. Vndè Ariſtot. dixit. Homo generat hominem, & Sol.* Non diſſimilia ſunt, quæ alibi profitebatur. *Sed ea, quæ eſt in ſemine, fuit in habente ſemen, & Solem, illa autem, quæ eſt ex putrefactione, à Sole tantùm; ideò dicit Ariſtot., quod homo generatur ab homine, & Sole.* Refert verò idem Auctor, quod *Antiqui Soli dant vitam*, & quod *vocabant iſtum dominum vitæ.* Non alia fuit mens ipſis Latinis. Albertus ſiquidèm Magnus in commento illius t.26.2.Phyſ. eliminat omne tuũ recens *Inuentum*, diſtinguens in generatione hominem, Solem, & motorem Solis. Audi loquentem. *Quod autem impreſſiones ſeparatorum à materia generabilium ſint in materia, patet per hoc, quòd ex materia hominis, homo generat hominem, & Sol, & motor Solis* (nota Elpenor) & alibi. *Idem autem vult, & illud dictum, quòd talis eſt intellectus in terrenis hominibus, qualem in die ducit, ſiue conducit pater Deorum,*

[Marginal notes: 2. Phy. c.26. — 12. Met. c.18. — c.40. — c.13. — c.44. — c.34. — com. l. c. — in 3. de An. tr.1. c.5.]

& virorum. Pater enim Deorum cæleſtium, ideſt Planetarum, eſt Sol, eo quod attribuit eis lumen, & motum, ſicut in Cælo, & Mundo oſtendimus: & idem eſt pater virorum, quia homo generat hominem ex materia, & Sol. Necnon 2. de
c. 5. Gen. & Corrup.. *Eſt autem obſeruandum, quòd non ſolus Sol eſt cauſa generationis ſed ipſe præcipuè ſit generans; niſi dicatur, quod ſolo lumine Solis ſit generatio, quia ſicut dicunt præcipui Philoſophi Ariſt., & Auic., Ptolomeus, & Megelapus, ſolus Sol lucet lumine proprio &c.* Tantis Præceptoribus audiens fuit, & D. Th. qui in commento cit. tex. ha-
2. Phyſ. t. 26. bet. *Sed homo generatur ex materia, & ab homine, quaſi ab agente primo, & à Sole, tanquàm ab agente vniuerſali reſpectu generabilium, vndè ſequitur, quòd anima, quæ eſt forma hominis ſit in materia.* Hæc verò, quæ probè meditatus eſt Ariſtot., & Græcorum, necnon Arabum, & Latinorum concinens Chorus ad noſtra vſq; tempora excepit, hæc omnia, inquam, defluxiſſe è Schola Ocelli Lucani non dubito. Habet verò nobilis hic Philoſophus. *Verùm cum ingenitus mundus, & interiturus nunquàm ſit, atq;, vt neq; initium ſumpſit, ita nec finem ſit accepturus, duo efficientia; quorum alterum in alio, alterum in ſe ipſo generet viciſſim conſtituantur neceſſe eſt, atq; quod in alio generat, & cenſetur etiam vniuerſa mundi pars, quæ ſuper Lunam poſita eſt, proprius verò Sol ipſe, qui appulſu ſuo, & abſceſſu, aerem continenter immutat, & variat, vt eundem modò frigidum reddat, modò calidum, cuius mutationem ſequitur terræ mutatio, & eorum, quæ ſunt in terra. Orbis etiam ſignifer, qui obliquus eſt ad Solis motum maximè confert, quum & ipſe generationis cauſa ſit, necnon vniuerſi ornatus, ac diſcriptio, idq; generatim efficiat, vt in eo alia res gignendi, alia patiendi vim habeat. Quod ergo in alio generat, ſuprà Lunam, quod autem in ſe ipſo, infrà eandem collocatum eſt: at quod ex ambabus conſtat partibus, ex vna ſcilicet diuina, & ſemper currente, ex altera verò genita, & mutationibus ſemper obnoxia, id certè Mundus eſt.* At Syrianus ille, qui de Præceptore ambi-

ambigit, poſteroſq; detinet ambiguos, an officioſus in Ariſtot. interpretetur libb. de Diuina Sophia, an verò ſuã pro Platone defenſionem minùs ſic reddat ſuſpectam, nõ dubia hæc protulit quandoq; ſententia. *Aliæ quoq; ſunt incorruptibiles generabilium cauſæ, quemadmodùm, & corruptibilis. Omninò enim ſi homo hominem generat, & Sol, manifeſtum eſt, quod corruptibilem cauſam habet homo, & incorruptibilem, idem quoq; in equo, & cane, & quocunq; horum, quæ ſic ſunt. Vnumquodq; enim ipſorum, & principalem cauſam habet, & vniuerſalem. Principium verò vniuerſalius corruptum iri, omnium maximè impoſſibile eſt; nunquàm enim ipſa, neq; alia ex ipſo generarentur.* Hæc ille. *in 1. Metap.*

Phyſici ex Macrobio Solem dixere *cor Cæli*, is enim plures huius rei rationes adducẽs concludit, *Iure ergo cor cæli dicitur, per quem fiunt omnia, quæ diuina ratione fieri videmus.* A Sole inſuper *omnia vitam mutuari*, & *terrenæ fœcunditatis eſſe auctorem*, non ſemel inſinuat. Qui Solis Encomia, vires, & effectus omnes rimari ſatagit, is perlegat integram *de Sole* tractationem Marſilij Ficini Eximij, atq; Candidiſſimi Philoſophi Platonici, & Mediceæ Accademiæ alumni, ex cuius ſola lectione tenebras omnes, quas tenebrio noſter perperàm effundere tentat, dubioprocùl diſcutiet, atq; profligabit. Poteram, & Platonem introducere pluriès pro Sole differentem, præcipuè vero Dial. 6 de Iuſto, *Solem quidem dices, vt arbitror, ijs quæ videntur, non modò videndi præbere potentiam, verumetiam generationem, augmentum, nutritionem*: poteram & illuſtria Orphæi, & Homeri accerſire teſtimonia, verùm ne nimiùs videar in re euidenti, *lucemq; Soli* velle conciliare, colophonem imponet Dionyſius ille Areopagita, pietate, & doctrina nemini ſecundus. *Sol hic noſter eſſentias, qualitateſq, ſenſibilium, quamuis permultas, ac differentes, ipſe tamen vnus cum ſit, lumenq; vnicum, ſuperluſtrat renouat, nutrit, ſeruat, perficit, diſtinguit, colligit, refouet fœcundat, auget, permutat, format, producit, excitat, viuificat omnia, & vnum-* *1. Satur. cap. 20. & Calc. in Tim Pl.* *de Diu. nomin.*

quodq;

quodq; natura Solis eſt particeps, & ipſe Sol cauſas omnium ante hæc vniformitèr in ipſo comprehendit, multò magis rerum omnium exemplaria exiſtunt in ipſa Solis omnium cauſa &c. Vt audiſti, iàm ſteti promiſſis; tuum eſt in poſterùm, ſi ſapias, reſipiſcere, ne inſcius ex *omniſcio* deprehendaris. *Quid autem euidentius eſt inſcitiæ argumentum,* dicebat Socrates, *quam ſi quis à ſapientibus viris diſſentiat?*

Elp. Licet in obitu hominis deperdita per corruptionem gradus vegetatiui, & ſenſitiui, & per ſeparationem intellectiui, ſi denuo reſtauranda ſit, quod ſupernaturaliter fit in actu reſurrectionis per gradus vegetatiui, & vegetatiui principij denuo creatos, non ideo deſinet eſſe ſubſtantia, nec ideo naturam accidentis induet.

Tyr. Rursùs damnant Critici malè cultum à te τὸ πρέπον; quid enim indecentius, quàm introducere Idololatram de altiſſimis noſtræ fidei myſterijs, reſurrectione, nempè, & creatione verba facientem? Plura hìc animaduertent damnanda Theologi. In primis, quòd in *hominis obitu anima deperdatur.* Qua facie hæc profers? quaue impietate *Apoſtolicæ* reluctaris *confeſſioni?* reſipiſce miſer, & abiura nefandum, execrandumq; mendacium. Neq; minoris eſt, quod tu animam humanā confiteris, atq; componas ex portionibus duabus, corruptibili, ſcilicet, & incorruptibili, quòd nō hìc tantùm affirmas, verùm & in alijs tuis euulgatis voluminibus. Neq; abſtinebo quin te fantem, ne dicam infantem, ſemel ſaltē producam, Lectorum in gratiam, qui tuis ſe onerare recuſant. Poſtquàm enim tu cap. 24. lib. 3. de Vita diſtinxiſſes *humanam Animam,* in eam, quæ ratione caret, & rationalem, mox cap. 28. hæc habes. *Licet enim pars animę humanę, quæ rationalis dicitur à corpore ſeparetur, hæc tamen non eſt forma informans completa, ſed pars formæ informantis corpus humanum.* Quùm tamen vnanimi Patrū obſeruatione, Sacris repugnet paginis, & Generalibus Eccleſiæ ſan-

lib. 3. de Vit. c. 24. c. 28. de Ort. A. b.

Geneſ. 2.

ſanctionibus. Audi monentes, quin execrantes. *Apparet quoſdam id temporis in tantùm impietatis veniſſe, vt duas in homine animas impudentèr dogmatizarent. quos omnes, & ſimilia ſentientes, cùm Vetus, & Nouum Teſtamentum, & omnes Eccleſiæ Patres vnam in homine animam aſſeruerint, Sancta, & vniuerſalis Synodus anathematizat.* Synod. Conſtant. 4.c.11. Et D. Auguſt. de Eccleſ. Dogmat. *Nec duas animas eſſe in homine dicimus, vnam animalem, qua animetur corpus, & immixta ſit ſanguini, alteram ſpiritualem, quæ rationem miniſtret: ſed dicimus vnam eſſe, & eandem animam in corpore, quæ corpus ſua ſocietate viuificet, & ſemetipſam ſua ratione diſponat.* c.15. Concludam cum Gregorio Niſſeno, *ex Licentia, atq; ad arbitrium prodita eſt de Anima commentatio, nos autem huius Licentiæ expertes ſumus.* lib.de Sp. & A.c.9. lib.de Fide, & Symb.

Elp. Si denuò reſtauranda ſit, quod ſupernaturaliter ſit in actu reſurrectionis.

Tyr. Cui nam ruinæ debetur hæc *inſtauratio*? Propenſio illa tibi inuiſa, neq; adhùc percepta, quam Anima humana ſeparata habet ad corpus, non ea eſt, vt tanta indigeat *reparatione*, neq; ſarciri animâ, verùm vniri antiquæ materię expetit. Indica tu nobis labem, atq; remedium.

Elp. Per gradus vegetatiui, & vegetatiui principij denuo creatos.

Tyr. Tria hìc habes non vulgari animaduerſione digna. Primum, quód diſtinguas *Vegetatiuũ* à *vegetatiuo principio*, ſecundum quòd non neceſſarium in reſurrectione credas *ſenſitiuum*, tertium quòd denuò creari *vegetatiuum, & vegetatiuum principium* aſſeueres: omnia malè. Exordiamur à primo. Prætereo, quòd tu importunè prodigus, gradus tribuas non ſoli *vegetatiuo*, verũ & *vegetatiuo principio*, quùm tamèn ſuperiùs omni gradu exueris formas ſubſtantiales. Peto ego, qui *Tyro* in re *Litteraria*, quam noſcat tua

Schola

Schola differentiam, inter *Vegetatiuum*, & *Vegetatiuum principium*? quùm tamèn Ariſtot. paſsim vtrumq; pro vno, eodemq; ſemper acceperit. Quî verò fieri valeat, ſciſcitor inſupèr, vt homo integer reſurgat, *vegetatiuo tantum, & vegetatiuo principio denuo creatis*? an non erat & animal? verùm *ex eo, quòd habeat ſenſum definitur animal*. Cur igitur non reparabitur, & *ſenſitiua*? *Animal enim ſecundùm quòd animal, impoſſibile eſt non viuere, ſecundùm autem quòd viuit ſic animal exiſtere, non neceſſarium*. Non integer igitur reſurget homo, ex tua doctrina, cui anima rationalis non potis eſt præcedentium formarum vires inſinuare. At illud noris tu, qui magno piaculo talia cõminiſceris, quòd & integer, & perfectiſſimo in ſtatu reſurrecturus ſit homo: quòd vt fiat, *nihil eorum, quæ ad perfectionẽ naturę pertinent* à corporibus reſurgentium auferetur, vt dicebat Sanctus Doctor; quinimò per reſurrectionem reparandi ſunt defectus Naturæ. At verò ſi tibi homo animal erat per *ſenſitiuam*, igitur hac non reparata, reſurget eſſentiali parte orbatus, eritq; homo, non animal, intelligens, non ſentiens, quin & ſenſu, & intellectione penitùs orbatus. Haùd ſatis profectò aſſequor, quibus tu ſuaſoribus ſenſitiuam neglexeris; ni forsàn inutilem, atq; ſuperuacaneam credas reſurgenti: quod tamèn falſiſſimum, & in reſurgente ad immortalitatem, & in Lazaro rediuiuo. Integer hic ſurrexit, ſenſuumq; munere, tàm internorum, quàm externorum perfungebatur; quaproptèr, vel intellectiua eminentèr abſque ſenſitiua hæc præſtabat, quod tibi ponenti tres in homine animas perquàm aduerſiſſimum, vel functiones ſolitarię tunc exercebãtur abſq; proprio principio à quo intrinſecè emanant, quod monſtrum inauditum hucuſque fuit in Philoſophia, & inuiſum erit in poſterùm. Sin verò deneges ſenſitiuam reſurgenti ad gloriam, minùs profectò ille vegetatiua egebat, vtpotè immortalis reſurgens, nulloq; alimento, venereorumue vſu egenus, nihilominùs hanc reſtitui par fuit, nequid deeſſe perfectioni pręſtan-

de Som. Vig. Iuu. Sen.

l. c.

D. Th. li. 4. cont. Gēt. c. 88.

ſtan-

ſtantiſſimi compoſiti. Præter verò hanc neceſſitatem, debuit rediuiuo homini ineſſe ſenſitiua potentia, vt eius miniſterio cuiq; pro merito ius tribuatur ſuum. Nam, etſi beati impaſſibiles erunt, quo ad moleſtans, *hæc tamen impaſſibilitas non excludit ab eis paſſionem, quæ eſt de ratione ſenſus. Vtentur enim ſenſibus ad delectationem, ſecundùm illa, quæ ſtatui incorruptiones non repugnant*. Reprobis verò præter pœnam damni, ſenſus etiam pœna debetur, *pœna enim ſenſus reſpondet culpæ, quantum ad conuerſionem inordinatam ad commutabile bonum*. —— *Remanebunt igitur eorum corpora paſſibilia, ſicut nunc, vel etiam magis, ita tamèn, quod patientur à rebus ſenſibilibus afflictionem, non tamèn corruptionem*. Iàm igitur vides, quàm neceſſaria ſit in reſurgente ſenſitiua potentia, & ad integritatem, & ad congruentiam. Supereſt tandèm tertium illud tuum examinandum, vel exterminandum, de noua creatione *vegetatiui, & vegetatiui principij*. Atq; vtinam conſilio Apoſtoli audiens tu, ac obſequens ex animo fuiſſes, qui malè de reſurrectione ſentientes quandòq; execratus, monebat, *prophana, & vaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum, vt cancer ſerpit*. Non vulgaris profectò temeritatis eſt argumentum, & nouas introducere opiniones, & exſibilatas reſarcire, atq; ſuſtollere, præſertìm ſi grauiores ſubſequturæ ſint difficultates. Nam vt prætercam, quòd hæc *anima Vegeta*, adde ſi libet, & *Senſitiua*, non creari, quod tibi ſingis temerario auſu, verùm produci tantùm videantur, quùm formæ ſint materiales, atq; educantur de potentia materiæ, etiam ſi tuum aggregatum animarum quis admitteret, illud magis vrget, quod habet D. Thom. ex propria ſententia. Ad hoc, quòd homo idem numero reſurgat, neceſſe eſſe, quòd partes eius eſſentiales ſint eædem numero: at vegeta, & ſenſitiua, quæ tibi partes ſunt eſſentiales eædem numero nequeunt reſtitui, igitur non reſurget homo idem numero. Quòd verò non reſtituantur, facilè erit ex doctrina

D.Th.l.4. c.6.

c.90.

4.cõ.gen. c.84.

4. Sent. Diſt. 44. S. Doct. illud conuincere. Habet verò, quod ſi anima ſenſibilis eſt diuiſa in homine ab anima rationali, eſſet corruptibilis in homine, ſicut in alijs animalibus. Vndè in reſurrectione non erit eadem anima ſenſibilis, per conſequens nec idem animal, nec idem homo. Ampliùs eodem Doctore, quod in nihilum abit, non redit idem nume-
54. Diſt. q. 1 art. 2 et 3. q. 77 art. 5. ro; en ipſum loquentem. *Si ſubſtantia panis, & vini ſit anihilata, non poteſt iterùm redire, quia quod in nihilum decidit, non redit idem numero.* Verumenimuero animarum illa tua creatio in reſurrectione, inaudita eſt veræ, ſolidæq; Sapientiæ cultoribus. Vrgent opportunè Theologi, & quod dicent de ſenſitiua, idem dictum intelligas, & de vegetante. In morte Christi, aut anima ſenſitiua eſt mortua, aut non. Si mortua, ergo mors non ſolùm fuit animæ Chriſti ſeparatio à corpore, ſed etiam alicuius animæ corruptio (quod vltrò tu fateris) & ita Sanctum eius vidiſſet corruptionē, & quod ſemèl aſſumpſit, dimiſiſſet, quæ ſunt erronea, & contra Patres, ac Sacras Litteras. Sin ſecùs, anima quinetiàm Chriſti ſenſitiua reſurrexiſſet poſt cor-
de Sp. v. cr. ruptionem: tum ſic, vel non fuit mortua, quod tu non negabis, nempè qui profiteris animam vegetam, & ſentientem latitare in cadauere cum gradu quodam ſuperſtite caloris innati. Tunc inferunt, igitur vnita eſt corpori, hoc verò ex eius præſentia erit viuens, non mortuum; quicquid tu blateres de præſentia animæ, & formarum in materia, tamquàm in vaſe nihil ſubiectæ materiæ tribuentium. Aut deſcenderūt vnà cùm rationali anima Saluatoris ad inferos, itaut eius ſenſitiua, & vegeta ſimul, & rationalis, tres inquam hæ animæ deſcenderint, vel permanſere alicubi ſenſitiua, & vegetatiua ſeparatæ, quæ omnia ſunt erronea. Nam poſſent ſeparari etiam vegeta, & ſenſitiua à corpore, & per ſe ſubſiſtere, & hinc etiam ſequeretur, non ſolam
in Quæſ. Diſp q. 3. de Creat. Art. 11. rationalem, ſed etiam vegetatiuam, & ſenſitiuam eſſe immortales. His tandèm Colophonem imponet Sanctus Doctor, dum verba faceret de vegetali anima, & ſentiente.

te. Habet verò. *Ponere autem eas ſeorſum per creationem fieri, videtur redire in opinionem eorum, qui ponebant huiuſmodi animas poſt corpora remanere, quùm vtrumq; ſimul in libb. de Eccleſ. Dogm. condemnetur.* Hæc illi. Verùm

Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit, nec ad ſapientes graditur. *Prou. c.15.*

Anc. Peruicacis animi eſſet, ſi quandò v.g. corpus muliebre ex longo ſanguinis profluuio natiui calorē nactum paupertatem, nouum adiſpiſcitur cal , adeptum hunc accidens dicere, quo tamen præſente naturalibus ſatisfacit officijs, abſente cachexiam fruſtrata hæmatoſi incurrit.

Elp. Ego ſi forem Oedipus vix ſatis intelligerem, quid hæc tua conferat allatis.

Tyr. Potiori te iure Oedipum, quàm Tireſiam, etſi luminibus penè captum, olim cenſueram, quòd gryphis, atq; ænigmatibus, vel perquàm ridiculis enodandis in hac tua ſenili ætate, eaq; altioribus meditationibus denodenda, tantopere inſudes: quùm tamèn hæc ſtudia puerili vix debeantur ætati. Eo iure permiſi meo filiolo inſtantibus iàm diebus genialibus, vt enodaret notum illud epigramma *Aelia Lelia Criſpis &c.*, quod tibi olim tantum faceſſiuit negocij. Perfecit, neq; vt opinor incurioſè: extant præ foribus compendiarij caracteres.

A. M. P. P. D.

hos explicat.

Anguillæ Manibus Pendulæ Petreæ Dic.

tandèm verò rem ſic enucleat.

Anguilla eſuriens læthalem deuorat eſcam,
Tectus vbi curuis dentibus hamus erat.
Decreſcit fluuius, perdit ſic pendula vitam,
Et lapis immenſo fit glaciata gelu.
LVCIVS ignoto PISCIS BONVS erigit anceps
Ancipites PISCI Funeris Inferias.

Vt vides in re ludicra, vel à puerulo illuderis.

Elp. *Peto vt probes calorem habitualem in elementis, & in miſtis animatis, de quo tractationem in hoc tuo cap. tibi propoſuiſti, perpeti à contrario; tu verò tranſcendis ad calorem natiuum viuentium.*

Tyr. Quid erat, vt in re euidentiſſima, & Græcis, atq; Latinis perquàm certiſſima, de qua nemo, niſi tu *Nouus Philoſophus*, hucùſq; dubitauit, fiſus malè intellectis Auctorum placitis, quod totiès ex me audiſti ſuperiùs, quid erat inquàm, vt improbum ſubirem laborem, ſubeamue in præſens? Sat eſt, vt memoriæ tuæ illa refricem, quæ in Græcorum teſtimonijs perperàm à te productis, notaui, tibimet aduerſiſſima, quibus pleniſſimè obtruditur tibi øs. Quòdſi noſtram, imploret opem, & operam tua hebetudo, petatq; doceri, quô noſtra colliment, faciam, onuſq; libentèr ſubibo, dummodò tu reſipiſcas, ſeròq; intelligas, me *intra Chorum ſaltare*, tibiq; *Clypeo* egenti, *gladium haud offerre*, ſed ancipiti minitari. Quaproptèr exemptus ſummo iure ab onere probandi, quòd calor à contrario patiatur, ac proindè quòd per gradus inſtauretur, quùm ſucceſſiua illa acquiſitio, nonniſi ob poſitiui contrarij remoram oriatur, ſuſpicatus te gradus aduenientes relaturũ *in calorem actualem*, qui accidens, & denegaturum nouam hanc ſupellectilem *calori habituali*, qui tibi ſubſtantia, opportuno exemplo indicaui *habituali calori* hanc deberi, vel ex tuis placitis, qui *calorem habitualem* cõfundis vbiq; cum *temperamento*, temperamentum cum *innato calore*; ita vt argumentum egregiè concludat ad hominem. Opportunum dixi exemplum, quia duplex tibi eſt *calor proprius rerum naturalium, tàm viuentium, quàm inanimarum, ſeu ſint in miſtorum genere, ſiue ſint in ordine ſimplicium elementorum*; ita vt par ſingulorum ſit ratio, non impar iactura, & compar tãdèm euadat in vnoquoq; horum infirmatio.

p. 61.

Licebat

Licebat mihi proindè potiore iure elicere è viuentibus exemplum, quàm tibi in hac eadem pagina, à calore ſimplicitèr, quem pati à contrario dixerã, delabis ad *calorem viuentis*, & ad *ſubſtantificum humidum*. Quòd ſi tibi quoquo pacto deuiare licuit, cur nobis ſuccenſes, qui noſtro in te vtimur iure abſq; iniuria, vt audiſti. Decreueram ijs colophonem imponere, at reuocat me tua inconſtantia in re graui, & quàm dudùm tantò nixu pernegaſti. p.76.

Elp. *Quia calor hic nouiter acquiſitus, nutricatu comparatus eſt per conuerſionem alimentorum, ſeu ſanguinis in ſubſtantiam viuentis: aſt alimenta calori viuenti adferunt, quin quum miſta ſint, & in ſe contineant elementarium calorem, hunc ſuum praexiſtenti natiuo calori viuentis adiungunt, vt propriam quantitatem quantitati viuentis adÿciunt, ſeu ſi mauis proprium calorem in calorem viuẽtis tranſire permittunt, vt propriam ſubſtantiam in ſubſtantiam viuentis concedere ſinunt.*

Tyr. Iàm igitur fateris calorem viuentis, & radicale humidum non minùs reparari, quàm augeri ætatis progreſſu, *quæ res malè vortat tibi.* Pl. in Capt.

Elp. *Ain tu, qui calorem in elementis, & alimentis omnem accidens eſſe putas, at acquiſititium nutricatu in muliere ſubſtantiam, qua Philoſophia noſti accidens in ſubſtantiam commutari poſſe.*

Tyr. Nulla profectò alia Philoſophia, quàm tua. Nam euehis accidentia ad formæ ſubſtantialis nobilitatem, tàm in elementis, quàm in miſtis animatis, & anima carentibus. Deprimis calorem influentem, quem fatebaris ſubſtantiã, p.113. ad accidentis ignobilitatem. Viuat veritas; calor, qui acquiritur in dies à viuente, ſubſtantia eſt compoſita priori congener, neque fieri dicitur ex accidente, vel accidentia

migrare

migrare in ſubſtantiam, quanquàm accidentia, quæ alimento inſunt afficiant ſubſtantiam viuentis: nam accidens ſempèr, & vbiq; accidens eſt, at ſubſtantia in ſubſtantiam cedit. Verùm etſi perridicula ſint hæc tua Auditoribus, ineptiora adhùc tuo è promo rursùs expe cto. agè, fare.

Elp. Nonne receptis à Medicis, & ab experimento, nutrimentis calidioribus caleſcere corpus humanum, natiuumq; calorem mulieris augeri, vegetioremq; fieri?

Tyr. Alimentis calidioribus caleſcere, non muliebre tantùm, verùm & virile corpus monent quotidiana experientia. At quo calore, Elpenor? à qualiuè calore? Si *accidentali*? nil tibi prodeſt; ſin *babituali*? erit igitur ſenſibilis, quòd toties negaſti. Innati verò caloris ſubſtantia in animalibus, non tàm calidis, quàm & frigidis augetur, dummodò in probum ſanguinem alimenta illa fuerint conuerſa, quòd & monent, & obſeruant primores Medici. At falſum eſt, quod aſſumis, natiuum calorem mulieris alimentis calidioribus augeri, vegetioremq; fieri: ſiquidèm ex reparata ſubſtantia illud ei contingit, vt ſeruetur, quantitate augeatùr, qualitate; propria eius qualitas non augeatur, verùm quandòq; intendatur vltra naturæ limites. Vide quantis erroribus. *Noua* tua *Philoſophia* ſit obnoxia. Deindè quid portendis, dum habes. *Quod verè eſt ſit accidens nulli. Verè entis nomine* ſubſtantiam, eamq; compoſitam intelligunt auctores, quæ *verè, & principaliter* talis eſt, cæteris verò ſubſtantijs deriuantur ab hac priuilegia. At ſignificet formam ſubſtantialem, ſimq; ego huius criminis reus, quòd calorem in elementis, & alimentis accidens eſſe putem, & calorem acquiſititium in muliere poſt hæmorragiam, ſubſtantiam, quid tum? nonnè percipis miſer, quòd in æquiuoco mero labores, terminumq; ignores adhuc, vel diſſimules. Quandoquidèm *calor* commune ſit nomen ad calorem vtrumq;, at verò *ratio ſubſtantiæ* in ijs diuerſa

penitùs

penitùs ſit. Nam calor in inanimatis accidens ſemper eſt, in animatis quandòq; ſubſtantia, eaq; compoſita, quod neq; Ariſt., neq; Gal. fuit vnquàm controuerſum. Siccinè nos captare tentas? tunc Plautus *de long. breu. v.*

—— ſcio

Sic habere, ſine, nugas agunt, noui ego malas illas merces. *in Caſ.*

Auc. Expetent inſuper aliam conditionem in hoc calore, priuſquam in ſubſtantiæ cenſu reponatur, ne ſcilicet magis, & minùs ſuſcipiat, præmonente Philoſopho conceptis verbis, ſed & ipſum ſe ipſo magis, & minùs dicitur &c. *in Præd.*

Elp. Omitto lubens à te peruerſam Ariſt. ſententiam &c. *p. 79.*

Tyr. Gratias tibi ſemihomini haberet Typographus, qui bis vocem *homo* reſtitueris, ſi ratione duce, duas ſuppleuiſſes, & voces *alia ratione*, quod tamèn, vel cuiq; modicè verſato facilè erat deprehendere ex vitiato loqutionis ſenſu; Quem ſic reſtitues. *Innatum verò ætate, anni temporibus, vitæ genere augeri, atq; imminui (alia ratione) magnus obſeruabat Hippocrates.* Plures irripſere mendæ, fateor, præ rediuiui tunc contagij periclis, quibus ſe exponere recuſabàt Corrector, at ego quamquàm alieni criminis abſte fiam reus, non eſt tamen quòd Ariſtot. peruerterim, vt falsò mihi imponis, vel quòd ſententia minùs veritatis habeat, ſi ad ſubſtantiam proximè ſuperiùs recenſitam referatur. Infœlix proindè es calumniator, modòq; conuictus, non leui *Multa* dignus, ex antiquiſsimis duodecim Tabularum ſanctionibus.

Elp. De quo calore loqueris? de calore viuentium, an de calore inanimatorum?

Tyr. Habituali tuo calori bellum indixi, huncq; modò è primarum ſubſtantiarum ſubſellio exterminare ſatago, quòd

nempè

nempè ſuſcipiat magis, & minùs, præter ſubſtantiæ non controuerſa priuilegia. *Corpus* namq;, *quum calidum ſit, magis, & minùs calidum dicitur, ſubſtantia verò non dicitur magis, neq; minùs.* Rem adhùc tenes? vel temet, *Lupum* ſcilicèt, *auribus tenes?*

Augeatur ne calor innatus.

p.10. *Elp.* T*Ertio autem quod ſtatuis ex Hipp. calorem innatum augeri.*

Tyr. Quùm euanidæ ſint duæ illæ tuæ cenſuræ, prior quidèm ob cauſam nupèr recenſitam, altera verò ob mendũ, ſuper eſt, vt te mendacem conuincam accuſatorem, & quod innatus calor ex Hipp. 1. Aph. quem lib. citaui tunc in margine, augeri poſſit, quinimmò augeatur. Primum occur-

aph.3. runt Athletæ pro me dimicaturi ſua *euexia* tuam *cacoithiam* dicere volebam, *cachexiam*, expugnaturi. Non enìm humorum multitudine tantùm redundant, quòd certiſſimũ, verùm & corporis proprij adauxerunt molem. *Humoris*

Gab.con. l. c. *enim apparatus ſunt toti corpori nutriendo, qui ſi ipſi præſtò non adſint, fieri non poteſt, vt corpora ad molem immodicam perducantur.* Augeri ne tibi poteſt corporis moles, & ſubſtantia, quìn ſimùl, & ſemèl innati caloris & ſubſtantia augeatur? An non & vires robuſtiſſimas habent Athletæ? quas & exercitatione, & alimentis ſibi acquiſiuerunt, necnon in immenſum adauxerunt? Ignoraſnè corpora illa ab Hipp. celebrata *impetum facientia*, quibus noſter calor inſidet? Quid eſt igitur quod augeri in Athletis dubites innatum ca-

com.aph. 15. lorem? Subſcribam ergò potiùs cum vniuerſo Medicorum choro ipſi Galeno, qui apertè hæc quandoquè protulit. *Pueri ſiquidèm, quià calorem plurimum habent, idcircò & pluribus indigent, & plura concoquunt. Athletæ etiã, quia exercitijs augent calorem natiuum, ob id multis frui poſſunt alimentis.* Difficile non erit cuilibet Philiſophanti aſ-

ſequi, quòd ſi corpora Athletarum, & optimè nutriuntur, & renutriri poſt euacuationes debent, quòd calor innatus nutritione his augeatur. Neq; ſola Athletarũ corpora hoc perfruentur beneficio, verùm & quodcumq; animal augumentum proprij caloris lucrabitur ex proprij corporis exercitatione, quod docuit olim Galenus. *Exercitando verò, inſiti caloris augumentum animalibus ex ipſorum corporibus excitatur*. At eximiæ tuæ Philoſophiæ ratum eſt, neq; reparari calorem innatum, quin neq; humidum radicale, nilq; præſtare alimentum, atq; nutritionem, præter diuerticulum quoddam, ſegnemq; occupationem ipſimet calori. Fœlix qui ſolus tibi ſapis, ſimùl, & deſipis Hippocrati, & Galeno, quin ſolidè vtriſq; es ridiculus. Cur in adoleſcente non augebitur, & innatus calor? cuius non dubia experimur opera. Quomodò *plurimum habebit caloris*, qui minorem nunc habet calorem? Malè igitur aph. 14. conſideraſti, at peſſimè 15., in quo Hipp. aſſerit, *Ventres hyeme, & vere natura calidiſſimos*. Percepiſti ne quid ſibi importet vox illa *Natura* apud Hipp.? quodue ſit *Natura calidiſſimi*? Haud credo equidem, non enim tàm pueriliter modò ineptires, dicens Hippocratem agere *de calore influente, qui creſcit ad incrementum ſanguinis ex maiori nutrimentorum copia*: nam pudenda eſt fuga hæc tua; quandoquidèm calor influens, non minùs fit *innatus*, atq; *natura*, quàm implantatus, & cùm Hipp. euidentiſſimè dicat, *Etenim tunc calor innatus copioſior eſt*, vtriuſq; caloris, & augumentum: & communitatem ſignificat. Accuratior te Galenus obſeruauit. *Quid autèm ſit, quod Natura dicitur, & quod non fruſtrà, id verbum adijecerit in hoc aphoriſmo. ipſe paulò poſt explanauit, inquiens, etenim tunc calor innatus multus, plurimo igitur egent alimento. Ventres itaq; hyeme, & verè calidiſſimi ſunt, non ſimpliciter, ſed calore naturali, cuius ſubiectum anteà oſtendi*. Percurre, verùm non more tuo tãquàm *canis ad Nili fluenta*, quæ inferiùs idem habet auctor, deprehendes

1. de T. F. 89.

Rr pro-

profectò archigonon illum calorem, de quo præter tuam opinionem nunc habetur ſermo, copioſiorem reddi hyeme, & vere. *Neq; enim aliud quicquam animal ab initio efformauit, ſicuti neq; rurſus adauxit, atq; vſq; ad mortem nutriuit, præterquam iſte calor innatus* (nota) *de quo nunc habetur ſermo. Hic igitur quum ſit omnium operationum naturalium cauſa, qui copioſior eſt hyberno tempore* (audi, non obaudi) *idcircò cibi appetentiam intendit, coctiones auget, & plus ſanguinis accumulat, & craſſius corpus efficit* (quod ſuperius te monebam quâ de Athletis, *& vt ſuperfluitates excernantur prouidentiam habet*. Abunde ſteti promiſſis, attamen & hæc à me, quin à Galeno accipe ſuperpondij loco. *Iam verò magis nutriuntur, & carnem augent corpora hyeme, & plus boni ſanguinis cumulant, niſi malo prorſus vtantur victu. Nam ſi conſideraueris, vt corpora noſtra paucum habentia ſanginem autumni tempore, atq; extenuata, ſuſcipiens hyems bonis implet humoribus, & craſſiora efficit, percipies puto, nos gubernantis robur facultatis, quæ eſt calor innatus. Verùm niſi hic abundans habeat, quo fruatur alimentum, primus ipſe à circumſtante frigore ſuperabitur, tàm ab eo, qui extrinſecùs ingruit, quàm ab illo, qui per inſpirationem attrahitur: cum ipſo verò, & coctio ciborũ debilitabitur, & boni ſanguinis generatio, & partium animalis exutritio, & ſuperfluitatum vacuatio*. Animum modò aduerte. *Si verò tantum abunde habuerit alimentũ, quantum poteſt euincere, & ipſe magis augebitur, & omnia, quæ anteà diximus circa corpus animalis perficiet*. Neq; nouum eſt in Gal. doctrina, calorem innatum nutriri, vt aliàs ad-
c.18. notaui, & Gal. apertiſſimè fatetur conceptis verbis *oſtendens cibos plures ſanis dari hyeme oportere, quoniam plus ineſt innati caloris quem nutriri oportet*. Augebitur proinde alimentis, ſi quando ille *plurimus*, quod tibi hucuſq; inauditum, vel diſſimulatum. Vt hæc credam facit tuus Therſites, qui lib. 4. de H. qui diu. c. 60. 61. *Sed nos vt libentèr aſſentimur decernenti alimentorum vſu augeri ſanguinẽ,*

ſpiritus,

ſpiritus, & ſolidarum partium quamlibet, ac proindè ſubſtantiam, ſeu materiam caloris natiui, ſic negare nõ poſſumus alimentis caloris calidioribus vim, ſeu qualitatem, & gradũ etiã intendi tribus potiſſimum rationibus, prima eſt &c. Augetur proindè, quod inuitus audiſti, calor innatus, vel eo fatente, cui legatitiam commodaſti operam. Quid ſi ex nupera illiùs depoſitione ius *habitualis caloris*, ac proindè veſtri *natiui* controuertam, vel abdicem? quem audio præter morem ſubſtantiarum, quorum in cẽſum perperàm hucuſq; conſtituere illum tentaſti, gradus propriè, & per ſe admittere, intendi, atq; remitti, quod ille conuincere tentat loco citato. Satin ne tibi hæc ſunt?

Auc. Quod verò maximè proprium eſt ſubſtantiarum in hoc deſiderabunt calore, vt quum vnus, idemq; numero ſit, contrariorum ſit ſuſceptiuus. Verùm quo pacto calor hic admiſſurus ſit frigidũ, incolumi, atq; ſalua propria natura, tranſcendit ingenioli mei vires.

Elp. Subſtantia, quæ vna, & eadem numero exiſtens Ariſtoteli, dicitur ſuſcipere contraria, non ſuſcipit contraria ſibi ſuſcipienti, quia docuerat ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium, ſed ſuſcipit ea, quæ ſunt contraria inter ſe. 81.

Tyr. Beoticum adhùc *canis*? An ſperas tuo cum *Tricone tricas* nobis te diuenditurum *Atellanas, nugas impeditiſſimas*? Subſtantia, à qua relegamus *calorem* tuum *habitualem*, & quam modo illi denegamus, eſt ſubſtantia prima, quæ *primò, principaliter, & maximè* ſubſtantia dicitur ab Ariſtot. *in Præd.* Hæc vero illud habet ſibi apprimè proprium, vt contrariorum ſit ſuſceptiua. Quid ſomnias tu *contraria ſibi ſuſcipienti*? aut quis vnquàm ſomniauit contrariorum vnum alterum ſuſcipere, atq; ſuſtinere? Subſtantia compoſita illa eſt, quæ contraria ſucceſsiuè recipit, ac ſuſtinet; talis vero non eſt *calor* ille *tuus habitualis*, qui frigidum ſibi

contrarium, non admittit, incolumi ſuimet ſuſcipientis natura; non erit igitur ſubſtantia compoſita,eaq; prima,quod
p. nunc probare intendo. Dic amabò, ſi tibi ſordeāt *Logicalia*, cur modò hæc ſpecularis? quin Ariſtot. introducis in Prædic. aduerſùs te loquentem, noſtriſq; patrocinantē. *Subſtantia verò, quùm vnum, & idem numero ſit, ſuſceptiua contrariorum eſt, vt quidam homo, quùm vnus, & idem numero ſit, aliquandòquidèm albus, aliquandò ſit niger, & calidus, & frigidus.*

Elp. Vide quam belle probes calorē non eſſe ſubſtantiam, quia non recipiat in ſe frigidum incolumi ſua natura? An tibi non erit ſubſtantia rationale, quoniam non admittit irrationale ſalua eius natura?

Tyr. Bellum Ariſtoteli, non mihi indicis, Elpenor, cuius nomine hoc tibi reſpondeo, duplici lapſu temet reddere ridiculum Auditoribus, & quòd *rationale*, quoquomodò ſit ſubſtantia, non ea tamen eſt, quæ modo examinatur, & quòd *rationali* nihil verè ſit contrarium; ac proindè, neq; *rationale* habere contrarium, quod recipiat, neq; ſi haberet, poſſe illud recipere. Tunc Iuuenalis ſeriò te monebat.

— *Tecum prius ergo voluta*
Sat. 1. *Hæc animo ante tubas, galeatum ſerò duelli*
Pœnitet.

Elp. Deinde ſcire te oportuerat, Ariſtotelem conditionem hanc recipiendi contraria, dediſſe ſoli ſubſtantiæ compoſitæ, non autem ſimplici, qualis eſt forma ſubſtantialis, cuiuſmodi nos dicimus eſſe calorem habitualem.

Tyr. Quinimò te non ignorarē decebat; vel diſsimulare prorſùs dedecebat, illud quod totiès te monui, nempè excludere me nunc tuum *habitualem calorem* è ſubſtantiæ compoſitæ laribus, poſtàc verò exulabit quinetiàm mea

opera

opera è ſimplicis ſubſtantiæ finibus, quod ſuo experieris loco: dummodò illud tibi non excidat, quod dudùm Ariſtot. ſuadente admiſiſti, *Subſtantiæ nihil eſſe contrarium*.

Elp. Et ratio quidem huius eſt, quoniam ſuſcipere eſt pati, paſſio verò quælibet eſt à materia, quæ ſola ſufficit ad patiendum ab omnibus contrarijs.

Tyr. Confer modò hæc tua cum ijs, quæ olim profeſſus fuiſti pag. 21. *Terra ſecundùm materiam nulla formæ ratione habita non patietur*. Iterum. *Materia terræ, vt quæ prima eſt, ab vllo agente pati non poteſt*, atq; poſt debitum tuæ conſtantiæ encomium, ſerò delibera, vtri tandèm oppoſitarum ſententiarum adhæreas.

Elp. Verumenimuerò animi gratia quid mihi dederis, ſi tuum, quod vocas ingeniolum attollam ad id, vt percipiat calorem habitualem, ſalua propria natura ſecum admittere frigidum? in aere calor ineſt habitualis &c. p. 81.

Tyr. Proh ſpeculationem profundam, dignamq; magno illo ingenio, qui noſtrum modò *ingeniolum* ſe attollere pollicetur. Agè experiamur quibus machinis. *Quoniam calor habitualis aeris incolumi propria natura, ſecùm admittit intenſiſſimam frigiditatem hyemis, & illi contrarium intenſiſſimum calorem æſtatis*. Infœlix perpetuò es in exemplis adducendis. Dic tu quo cum tibi res? quid inter nos controuertitur? *calor habitualis*, ſcilicèt, ille tuus: nam accidentarium nemo non nouit. Cur igitur petis, quod controuerſum? immò iàm euerſum, penitùſq; ſubuerſum. Falſum igitur eſt, quòd *habituali* incolumi alteretur aer; nam forma, per quam eſt aer, nobis non eſt calor, ſed peculiaris forma ſubſtantialis, & innominata. Falſum prætereà eſt poſſe aerem *intenſiſſimè* frigefieri, atq; calefieri; nam *intẽſiſſimè frigida* tantùmodò eſt aqua, *calidus* verò *intenſiſſimè*

eſt

eſt ignis. Aer igitur, quod tu pollicebaris, non erit tunc *incolumis*, verùm in aliud iàm tranſierat elementum. Excludebam ego præterea *habitualem calorem* è primarũ ſubſtantiarum dignitate, quod contrariorum non eſſet ſuſceptiuus: tuæ erant partes oppoſitum probare, quòd nempè *calor habitualis* more primarum ſubſtantiarum reciperet contraria, quod neq; præſtas; neq; præſtare vnquàm poteris; quinimò à veritate coactus fateris, aerem ſuſcipere peregrinas qualitates, & caloris, & frigoris, & nuper falſus eras Ariſtot. aſſignare conditionem hanc recipiendi contraria ſoli ſubſtantiæ compoſitæ. Quid igitur nunc longo verborum ambitu, & conſueta *prolixitate* nos circumuenis, præterq; rem vagaris? Strenam pro inani tua opella petijſti, quamquàm proditoria phraſi, *quid mihi dederis*, dabo, non argentum, at ſanum conſilium, quo te ſummoperè indigere boni omnes intelligunt, nempè vt præſentibus renuncies moribus, fœtuſq; edas in poſterum viro Litterario, non Elementario dignos: nam *qui mala pro bonis rependit, ex eius domo non eÿcientur mala.*

Nilus ex Stob.

Auc. *Officere inſuper ea videntur, quæ monebat aliquando Philoſophus, impoſſibile, inquit, eſt ſubſtantiam ex ſubſtantÿs eſſe: repugnat ſiquidèm ſubſtantiæ vnitati multiplicitas. At verò calor hic, quamuis ſimpliciſſimus in elemento, ſi conſtituitur ſubſtantia, impoſſibile eſt, quin duplicem agglomeret, ſui, & elementi.*

7. Met. t. 9.

Elp. *Culpabis igitur Ariſtot., qui ſuæ doctrinæ huius à te propoſitæ prorſus oblitus, alibi ſæpe tres agglomerat ſubſtantias in vnum &c.*

Tyr. Apagè tantùm facinus; ſed Præceptorem Summum admiratione proſequar, te verò obliuioſum adigam in anguſtias, ſi *calorem habitualem* dixeris primam ſubſtantiam, quas neque euitas, neque euitare vnquàm poteris. Maiorem

lorem attendebam ſubſtantiarum acetuum è tuo Condro; nam præter materiam elementorum, & miſti formam, quę mihi non ex elementis (quanquàm illud perperàm tu ſupponas) expectabam quinctiàm vegetatiuum, & vegetatiuum principium, necnon ſenſitiuum, ac tandèm rationale. At nihil ad rhombum. Tandèm poſt inanem digreſſionem, & vernaculam tibi tautologiam, vbi diù multùmq; temet torſiſti, fateris inuitus, me de ſubſtantijs actu verba feciſſe: Noſtra igitur conſonat ſententia Ariſtoteleæ, quam produximus ex 7. Met. integram, non mutilatam, quod mihi falsò imponis; ni tamèn mutilare tibi ſit, non trãſcribere integras Auctorum paginas. At verò quoniàm probare niteris formam contiuere materiam, idq; triplici Ariſt. teſtimonio p. 84. confirmare ſatagis; quorum primum tantùm illud probat, reliqua duo nihil minùs, non ero tui ſimilis, qui præmium pro falſa merce poſtulabas, ſed ingenua, & philoſophica liberalitate, tibi veros indicabo locos. Sunt vero 4 Phyſ. t. 14. 15. & 35. Inſupèr 4. de Cæl. t. 23. & 35., primo de Anima t. 90., 2. de Anima t. 39. p.84. p.77.

Auc. Huic etſi damnat abſurdo Summus Præceptor ſolas ſubſtantias actu, minimè tamèn ſuffragatur expoſitæ opinioni potentię refugium; quùm talis calor conſtituatur in habitu, neq; ocioſus.

Elp. Ita ne? ad hoc vt potentiæ refugium ſit opinioni noſtræ tutum aſylum, ô bone, ſufficit, vt materia elementi? &c. p.85.

Tyr. Quô diuertis Elpenor? Admittis ne *calorem habitualem* nõ eſſe ſubſtantiam compoſitam? quod modò ex Ariſt. cõuincere tento. ſi admittis, nullum inter nos nunc eſt diſſidium; ſin ſecùs tuum eſt a lato ſatisfacere raciocinio. Cur igitur te torques, vel diſputationẽ diſtorques ad formam ſubſtantialem, præter noſtræ diſputationis præſens inſtitutum. At pernegant, qui ſpatiantur in Peripato agglome- p.84.

raſſe

raſſe vnquam Præceptorem tres ſubſtantias, quod tu ſuperiùs fatebaris; in elemento præſertìm, quùm ex duabus præcedẽtibus ſubſtantijs, vnam tantũmodò emergere ſubſtantiam vbiq; fateantur, vel in locis à te allatis; tuq; veritate cogente modò depones. *Quare damnans, Ariſt. opinionem dicentem ex duabus, vel pluribus ſubſtantijs actu ſubſtantiam vnam conſtitui poſſe, docenſq; ſubſtantiam vnam conſtitui poſſe ex vna ſubſtantia, quæ potentia ſit, & altera, quæ ſit actu*: Tutius proindè tibi erat confugium antiquã in Haram diuertere incunctanter Plautus,

At Harus in Hara, haùd ædibus habitat.

p. 25. *Elp. Sed heus tu, quomodo calorem habitualem probare contendis non eſſe potentia, quia ſit in habitu, & non ocioſus; certè refertur ocium ad operationes, quæ decretis Ariſtot. ſunt actus ſecundi.*

Pl. in Ampb. *Tyr. Homo hic ebrius eſt, vt opinor.*

Quæ ſupereſt alia potentia *calori* tuo *habituali* ad hoc vt fiat vnum cum elemento, ſi vtrumq; actum primum, & ſecundum obtinuerit? Erit igitur ſubſtantia actu, euaneſcitque propterea *potentiæ* omne *refugium*. Vigeat Ariſtot. ſententia, *Impoſſibile ſubſtantiam ex ſubſtantijs eſſe*, & proindè calorem tuum non eſſe ſubſtantiam primam, quod probandum aſſumpſeram.

Elp. Mi iuuenis quando Philoſophus ait ſubſtantiam vnam conſtare ex duplici ſubſtantia, quarum vna ſit potentia, & altera ſit actu, vel potius actus nominare actus non intelligit actum ſecundum.

in Philip. *Tyr.* Exarſit Tullius. *Iuuenem appellat, quem non modò virum, ſed etiam fortiſſimum virum ſentit, & ſentiet. eſt iſtud quidèm nomen ætatis, ſed ab eo minimè vſurpandum, qui ſuam amentiam huic præbet ad gloriã.* Nonne tibi prædixi vtrãq;

me

(mi Caſce) me excludere potentiã à *calore habituali* præ vtriuſq; actus præſentia, vel ex tui depoſitione. Sat equidē erat, ſi cū homine cōpoſito res mihi foret, producere, quod feci, *calorem* tuum in *habitu* actu iàm exiſtentē, at verò cum refractario, neq; ſuperſtitem permiſi potentiam illam, quæ reſpicit actum ſecundum, & operationes, ex quo, & primum adeſſe intelligeres, huncq; perfectum, non mutilum, iàmq; erumpentem in proprias functiones. Rident omnes inertiſſimas tuas artes, ac inſulſas animaduerſiones *ex Hara productas, non ex Schola*. *Cic. in Piſ.*

Auc. Ac tandèm quùm triplex ſit ſubſtantia, materia, forma, & compoſitū, cuius generatio ſolius, & corruptio eſt, quo ſub cenſu reponat nouum hunc calorem in elemento ignis non inuenio.

Elp. Ita facile fuiſſet Diogeni Cinico vulcanum in cornu gerenti reperire virum in meridie in platea populo Athenienſi refertiſſimā, vt facile tibi fuiſſet inuenire apud Ariſtot., & apud Græcos illius Interpretes calorem habitualem eſſe differentiam ſpecificam ignis &c. *p. 86.*

Tyr. Vt difficilè fuit Diogeni Cynico, non *Cinico*, meridie, non *in meridie* in platea Athenienſi vaganti, hominem inuenire, ex qua vacuus tandèm proprium in dolium conceſſit, ſic ſano cuiq; impoſſibile hucùſq; fuit, eritq; in poſterùm, è productis à te Ariſt., & Græcorum teſtimonijs, aucupari confirmationem *caloris tui habitualis*, vel *Duplicis caloris*, quòd tibi in principio probandum aſſumpſeras: at ſubſtituiſti magnificis illis pollicitationibus *ex rei natura, & ex Ariſt. doctrina, nugas impeditiſſimas, Lolium pro tritico*, *p. 1.* neq; potis fuiſti diſcernere aduocatos à te Patronos aduersùs te ius dicentes, quod ſuperiùs me indicante audiſti. Terentius verò, qui ophtalmicus iactarat olìm

Meridie ipſo faciam, vt ſtipulam colligat. *in Adel*

Deſperat modò, vel trabem obuiam te declinaturum mero meridie.

p.85. *Elp. Sed iterum heus tu, quomodo nunc tres agglomeras in vnum ſubſtantias materiam, formam, & compoſitum ex ijs, qui non ita pridem abſurdum exiſtimabas in elemento duas agglomerare ſubſtantias, elementi, nimirum, & caloris habitualis.*

Tyr. Diſtinguere ſubſtantiam, eſt tibi agglomerare ſubſtantiam? idem profectò tibi erit adiungere, quòd diſiungere, implicare, quod explicare. Egregius pol es Grammaticus parq; Philoſophus. Abſurdum iure proindè exiſtimabam, ſi *calorem habitualem*, quia prima eſſet ſubſtantia, elemento adiunxiſſes, nam & glomeraſſes, & agglomeraſſes plures in vnum ſubſtantias actu, quod nulli, atq; nullibi non abſurdum, præterquàm in tua Schola.

Auc. Arrogare forsàn ſibi poſſet locum materiæ, ſi admitteretur tanquàm pars compoſiti.

Elp. Pulchra conſecutio: an non tibi pars compoſiti eſt forma? hæc certè materia non eſt &c.

2. de An. *Tyr.* Triplicem audiſti ex me, quin ex Ariſtot. ſubſtantiam, compoſitum, ſcilicèt, materiam, & formam, quarum poſteriores, illius ſunt partes, quæ completa dicitur, atq; abſoluta. Meum proindè erat, ex quò deieceram *calorem tuum habitualem* è ſubſellio primarum ſubſtantiarum, quę primò, & principalitèr tales ſunt, vt omnis tibi denegaretur in poſterùm *refugij*, & fugæ locus, illum quinetiàm excludere è dignitate ſubſtantiarum, quæ partes ſunt; quam anchoram ſæpiùs hucùſq; iactaſti incaſsùm tu naufragus. Probo modo *calorem* tuum *habitualem* non eſſe materiam, mòx exterminabo illum è formarum ſubſtantialium poſſeſsione.

ſeſsione. Quid blateras tu ſtolide? quamue ſomnias *conſecutionem?*

Auc. Verum multa turbant hanc poſſeſſionem.

Elp. Ego quidem gratis tibi do calorem habitualem non eſſe materiam ignis: at animi gratia videamus illa tua multa argumenta, quibus hoc demonſtrare poſſe te ſperas, num habeant aliquid coloſtri, an diffluant omnia penitùs in inſulſum Ichorem Seri.

Tyr. Inclinabat animus, vt tuis perfruerer fictis muneribus, ni vetuiſſet Tragicus Sophocles, monens

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα· οὐκ ὀνήσιμα. *in Aiac. maſtig.*

Tu vero mòx data cur repetis? *& videre*, ſed limis oculis, *mea multa argumenta* ambis? Cautè te geras, nam *Coloſtrum* valdè perniciosum eſt Aſinarum pullis, quod tibi aliàs indicaueram. *Phy. Lac. An. c. 33.*

Auc. Primùm quod talis entitas ſit in modo, non in re.

Elp. Delio natatore mihi nunc opus eſt ad eruendum ſenſum horum verborum in propoſito, ad eruendam vim huius tuæ conſequentiæ &c.

Tyr. Fruſtrà imploras *Delij natatoris* operam tu, qui præ deuorato *Coloſtro* iàm iàm ſuffocaris; indigum re vera te omnes exiſtimant homine, qui *acetum habeat in pectore*, *Pl.* illudq; *acidiſſimum*. Nouus Morpheus profectò es tu; nam olim ſcruporum Oedipus, dudùm Epeus, nunc verò in furciferum te vertis Dauum. Inſignium pòl myſteriorum vbiq; es baiulus. Haùd ſinam te diutiùs periclitari, verùm auxiliarem tibi præbebo manum, indicans, vel te fatente, iàm ſatis ſuperq; proſcriptum fuiſſe tuum *calorem habitualem*, & è primarum ſubſtantiarum finibus extorrem, in

accidentium ditionem vix ſibi reliquum locum adiuueniſſe. Supererat proindè, vt è ſimplicium ſubſtantiarum ſerie, & materia præſertim, illũ eliminarẽ. Quùm verò hunc tu iàm recenſueris inter formarum ſubſtantialium ſeriem; nequit ille nonniſi ex modo eſſe materia, at re forma erit. Quid *modus*, quid *res* importent, docebit te ſolertiſsimus F. Bonamicus, cui iurè plurimùm tribuis; eodemq; ſi vtaris Conſultore, non ignorabis in poſterùm, quid ſit *re*, vel *modo* differre. Audiſtin quandòq; Tetragonum ex dùplici conflari Trigono? at Trigonum ex modo tantùm materia eſt, re autèm forma, & figura. Iàm vides, ni penitùs orbus, quid ſit *entitatèm habere in modò, non in re*, & quid ſibi portendat indicatus locus 2. de Anima, quæuè huius decantatiſsima particula in Scholis meæ *faueat poſitioni*. Acclamarunt Spectatores.

lib. 3. de motu c. 21. in f.

ib. 8. c. 18

Ilienſis Tragœdos conduxit.

Auc. Oppugnat naturam corporis ſimplicis, quod non ex integris, ſed integrantibus, ac penè dimidijs conſtituitur ſubſtantijs.

Elp. Non diſcernis hic tu partes integrales, quæ quantitatiuæ vulgo nuncupantur, quales dimidia ſunt ergà totum, à partibus eſſentialibus, cuiuſmodi ſunt materia, & forma.

Tyr. *Loqueris nunc nugas ſciens,*

Vel tibi non permittit domeſtica *integritas* voces noſse, vel res per voces diſtinguere. *Integrum* eſt, quod perfectum, atq; abſolutum, hinc Comico dicebatur illa

Egregia forma, atq; ætate integra.

Ter. in And.

Integrantia ſunt quæcumq; ad integritatem abſoluendam conueniunt. *Partes integrales* in Scholis ex recentiorum impoſitione, quod notat B. Pererius, illæ ſunt, quæ faciunt ad rei quantitatem, non qualitatem; hac enim diſtinguendi norma vſus eſt quandoq; Cordubenſis, monitus, credo, ab Alexandro. Corpori igitur ſimplici repugnabit ex integris,

in Geneſ.

4. Phyſ.

tegris, atq; perfectis conſtitui ſubſtantijs, ſecùs, non ſimplex corpus, verùm compoſita diceretur. At verò *integrantia* corpus hoc, ſunt materia, & forma, quas dicunt Scholæ *partes eſſentiales*. Qùum verà vnicum ex ijs ſimul iunctis conſtituatur compoſitum, quod perfectum, & abſolutum eſt, quid vetat quominùs ego materiam, & formam *ſemi-ſubſtantias* iudicem, atq; *dimidias ſubſtantias*, cum cautione illa *penè* appellem impunè, vnius compoſiti reſpectu, cuius in conſtitutionem ambæ conſpirant. Vberrimam dictis, atq; dicendis fidem facit Simplicius, qui alicubi hæc habet. *Num ergo materia, & forma, ſiue eius oppoſitiò, quæ ſunt elementa eius, quæ eſt propriè ſubſtantia, ea eſt autèm cōpoſita, ſubſtantia quidèm per ſe vtraq; non ſunt, ſed tantùm ſubſtātiales, & corpora quidem non ſunt, ſed corporea, vt etiā ſignificat Eudemus vocans corpoream materiam. Cùm autem conuenerint* (nota) *ſunt, & ſubſtantia, & ſubſtantiam conſtituunt. Quocircà neutrum per ſe, neq; eſt ſubſtantia, neq; ſubſtantiam conſtituit.* Hinc Auerroes, materiam dixit ſubſtantiam diminutam, quia eſt in potentia, & Ariſt., nonne materiam *propè, & quodammodò ſubſtantiam appellabat*. An excidit, quòd tu ſuperiùs dixiſti, *Sed tamen fateri ſubſtantiam vnum conſtare poſſe, tum ex pluribus ſubſtantijs potentia, vt ex pluribus dimidijs duplum*. Prætereo lubens, quod D. Thomas appellet materiam *partem integralem rei*, & ideò de re prædicari non poſſe, illud ſciſcitorà te, reſpuantne materia, & forma quoquomodò ſub quantitate cenſeri? negabis forsàn tu peruicax? at ego quùm illas numerari non ſemel à Philoſopho obſeruem, ſintq; cuiuis numerabiles, compoſiti etiàm reſpectu, dubioprocùl ſub diſcreta continentur quantitate. Præter id quòd & continuæ mancipat tuus Therſites, dum formas omnes, vna vix excepta, coextenſas materiæ probare contendit, *at extenſio* ſoli debetur quantitatem habenti, Cauefis, ne quæ modò audiſti vellices, aut controuertas, te-

1. Phyſ. c.51.

7. Meta. c.9.

1. Phy. t.79. p.84.

7. Met. t.43.

2. Phyſ. metaph.

lib. de A coex.

lib.5.de Int.Ag. c.18. refractarius namq; eris tuo Pſeud-Vliſsi, qui palàm quandoq; profeſſus eſt. *Si igitur in anima, vt in toto integrali diſcreto, qualis numerus eſſe dicitur, cui formæ rectè comparantur, quin vt in toto integrali per accidens continuo, quippè coextenſo ad ſubiecti corporis dimenſiones, intellectus humanus eſt particula omnium minima.* Hæc profectò non diſcernit

De verbis meis venator.

p.88. *Elp.* *Deinde non repugnat corpori ſimplici duplicem vtrumq; materiam habere.*

Tyr. Mira in te conſtantia. Nam qui pridèm ſtatueras materiam terræ primam eſſe, atq; proindè non diſsimilem omnium elementorum, modò duplicem aſsignas igni, p.21. primam, & ſecundam: neq; propulſas, quod olim ſibimet obijciebat tuus Therſites, *quòd duæ materiæ in eodem om-* lib.3.de Vita. n.Phyſ. t.56. *nem tollit Philoſophum, in qua docemur ab Ariſt. ad patiendum ſufficere vnum.* Non minor profectò in te eruditio. qui *duas* te diſtinctas admittis *materias* in compoſito, & primam, atq. ſecundam ſolis diſpoſitionibus diſcriminas, inq. duas diſsilire permittis ſubſtantias. Mira nouaq. accidentis energia, vel tui ingenij parergon.

p.89. *Auc.* *Officeret, vel ſibi, vel formæ venturæ, cuius nobilitas ſordeſceret in accidens.*

Elp. *Nihil minus, quin ſi diſputandi gratia ſuſcepero calorem habitualem in igne eſſe materiam ſecundam à prima in eodem vtcunq; contradiſtinctam &c.*

Tyr. *Volutabro* eodem dùm turpiter adhùc *volutrais,* accipe rursùs noſtram explicationẽ. Officeret ſuæ dignitati calor hic, ſi materiæ vices ſuſtineret, quùm ſecundùm rem ſit actu ſubſtantia, vel ſaltèm actus ſubſtantialis, ſecundùm modum

modum, potentia, reſpectu formæ ſubſtantialis aduenientis: quoniam, quod aduenit enti actu iàm exiſtenti, accidens eſt. Subſtantialis igitur formæ nobilitas degeneraret in accidens, quòd tuis ſubterfugijs minimè cauere potuiſti.

Auc. Ac tandem, quoniàm commune conſtituitur elementis ſubiectum materia prima, ex qua, & in quam reſoluuntur.

Elp. Materiam eſſe ex qua elementa reſoluuntur, nemò tibi concedet &c.

Tyr. *Væ tibi nugator* *Pl. in Mil.*

Siccine irrides noſtram, quin Ariſtoteleam loquendi phraſim? neq; pudet homuncionem Summo Naturæ Interpreti dicere conuiciũ? obſerua loquentem. *Aut quòd hæc quidèm magis ſenſibilis eſt materia, ex qua, & in quam, illa verò minùs.* Commune ſubiectum elementis tandem materiã primam fateris, quin pudet forsàn in re certiſſima ab Ariſt. diſſentire. *Materiam primam ſubiectum vniuſcuiuſq; ex quo fit aliquid quùm inſit, non ſecundùm accidens, et ſi corrumpitur aliquid, in hoc abibit vltimum.* Nihil igitur in noſtris, quod non Ariſtotelicum, nihil in tuis, quod non antariſtotelicum. *1. de G. C.* *1. Phyſ.*

Elp. Præterea debueras ex eodem magiſtro nouiſſe, nihil proxime fieri poſſe ex materia communi, ſed actus, formaſq; omnes fieri in propria vniuſcuiuſq. materia, & patiente diſpoſito ſolummodo, cuiuſmodi non eſt materia prima.

Tyr. Pudeat igitur te, qui ſecùs dudum ſentiebas. Verùm quoniàm Græcanicum inſcijs in principio te iactaſti, quòd non ſemèl magna impoſtura repetis, oppoſui iam tibi Alexandrum, qui poſt Ariſtotelem Græcæ Sophiæ Anteſignanus ab omnibus ſalutatur. Is verò olim te docuit ex prima materia, & Cælo operante poſſe aliquid conſtitui; *& proximè*

-ximè poſſe aliquid ex prima materia cōſtitui, repetit idem
lib.2.c.14. Auctor: *Primis corporibus prima, & proximè materia ſubijcitur, ſed in corporibus compoſitis, quia ijs non ampliùs ſubijcitur proximè prima, & propriè materia, ſed ipſorum materia ſunt his ſubiecta corpora*. Itá vt egregiè ſingula hæc cum Præceptore conueniant, à tuis verò longè latéq; diſſentiant. Illùd inſupèr monendus es nomine Themiſtij, Simplicij, Boethij, & Alexandri, quòd materia ſecunda non ampliùs materia remanet; nam ſecùndùm ſe informis eſt, & ſpeciebus omnibus caret: aduenientibus qualitatibus materia abit in ſubiectum. Inſupèr Auerroes non permittit diutiùs te ignorare, *quòd materia non prima eſt compoſita ex materia, & forma*, & quòd non competit illi Naturæ nomen, ſed habentis naturam. Et alibi. *Quæ enim ſunt pręter primam materiam, & vltimam formam cuiuslibet rerum naturalium; ſunt materię compoſitę*. Abunde igitur te inuito, vel quod ſuſpicor, non adhùc noſtra percipiente, probaui, quod calor ille tuus fictitius, non ſit materia in elemento, vel ſubeat materiæ vices: mòx verò audies, cur nequeat eſſe forma, quod totiès effutiſti.

2. Phyſ. c.10. — 1. Phyſ. c.1.

Auc. *Multò minùs formę locum vindicabit, quùm hęc indiuidua conſtet eſſentia.*

Elp. *Quaſi calor habitualis non habet eſſentiam indiuiduam pariter ac forma: ſed explica hęc tuum æquiuocum eſſentię indiuiduæ, an tibi forma eſt indiuidua, quia vnà numero in vnoquoq; compoſito.*

Tyr. Quid pronūcias tu de re æquiuoca? priùs quam impetres precarius explicationem eſſentiæ indiuiduæ: quamquàm haùd tantam in te ſperabant hebetudinem Spectatores, vt ignorares, quid ſibi velit, *forma indiuidua conſtat eſſentia*. Verùm Alexander Aphr. tui ſuſcepit defenſionem, cauſatus, *Sobrij ebrijs intellectu expeditiore noſcuntur*. Quæſtio nobis

de An.

nobis eſt modò de forma ſubſtantiali, ab hac excludo *calorem tuum habitualem*, quià non *conſtet indiuidua eſsentia* more formarum ſubſtantialium; quid tu vanas tibi confingis ſpecies *vnius numero*, ex mero mera ebrij ſomnia? An nō & forma accidentalis eſt vna numerò? Profectò ridiculus hìc non minùs es, quam dùm mòx annectis.

Elp. Sic in vnoquoque elemento, miſtoue calorem habitualem habente, calor hic obtinet vnam numero naturam, ſiue vnus eſt numero prorſus. p.91.

Tyr. Si *vnus eſt numero prorſus* calor hic tuus, qui tibi forma ſubſtantialis, igitur *vnumquodq; elementum, miſtumue*, erunt vnum idemq; numero, quùm actus ſit, qui diſtinguit, & per formam res ſit id quod eſt, Alexandro doctore: vacabit igitur illud tuum *in vnoquoq;*. Non abſtinebo, quìn tuam promulgem, & cōſtantiam, & inconſtantiã, vtramq; tamèn cachinnis explodendam. Poſteriorem quidèm; nam reuocas modò, id quod iure donationis liberè olim conceſſeras *calori habituali* in vnoquoq; miſto, vt miſcibilia, & temperanda (nam hæc prę ingenij tui acumine nunquàm non confundis) contineret, & *apex* eſſet *temperamenti*. At neſcio quofato, cenſum extenūas, *miſtoue calorem habitualem habenti*, & ditionem *Apicis* controuertis adeò, vt dubites, an in vnoquoq; miſto inſit *calor habitualis?* Emicat doctrinæ tuæ conſtantia, dùm ſancis modò, vnum numero *calorem habitualem* in vniuerſo: nam qui pridèm docueras, vnum numero ignem ſempèr perſeuerare, atq; propagari in nouam materiam, *non producit nouum ignem in eadem ſpecie numero diuerſum à ſe ipſo*. & paulò inferius, *aut ex eo nouũ indiuiduum ignis diuerſum à ſe ipſo in numero ſolùm generare*; par erat vt eadem numero perſeueraret forma illa, per quam tibi ignis eſt ignis. Neq; ſupprimam, quæ tu eodem cap. dicis, non doces. *Quod autem allatum eſt de igne, idem prorſus intelligendum eſse arbitramur de cæteris inanimatis, ſic enim aqua, vbi fuerit*

de An.

lib. 3. de Vita c. 15

lib. cit.

Tt

rit potentior, aerem in ſui naturam conuertere poteſt, & ex eo adaugeri: nouã autem aquam à ſe ipſa numero diuerſam in eadem ſpecie producere non poteſt. ſic aer potentior ex aduerſo aquam, vel ignem, in ſui naturam tranſmutare valet, & vtroque illo ſuo modo augumentari; nouum tamen aerem à ſe ipſo numero diſcretũ generare non valet: ſic in ſumma cuncta naturalia efficientia, quę anima, vitaq; priuantur, actione ſua poſſunt quidem materias, in quas agunt conuertere in ſuam cuiuſq; naturam, ſed nouum indiuiduum in eadem ſpecie ab efficiente numero diſcretum procreare non poſſunt. Dum nouo
2. de An. t. 35. perculſi ſono Auditores hærent, magna confidentia infers tu in fine cap. *Quocirca inanimata non generant quid ſibi ſimile*, Ariſt. verò nõ tam viuentibus *naturaliſſimũ* eſſe prędicabat *facere aliud quale ipſum*, verùm, *& omnia*, præ diuini deſiderio, illud appetere, eiuſq; cauſa agere *omnia, quæcumq; agunt ſecundùm naturam*. Agant ne verò ſecundum naturam in-
com. 1. c. anima, ſintuè præter entia, tuum erit diudicare, noſtrum verò deliberare ſimùl & cum Aquinate Naturaliſſimo hoc inſtinctu inanima non orbari, ſatiuſq. futurum, nos Ariſtoteli, quàm tibi ſubſcribere, à recto deflectenti. tunc Plautus,

Non mirum, vetus eſt maceria.

Elp. *Aut forma tibi habet eſsentiam indiuiduam, quia non ſit diuiſibilis in gradus, vel partes eſsentiales.*

Tyr. Forma mihi habet *eſsentiam indiuiduam*, quià, eſſe formæ ſubſtantialis, conſiſtit *in indiuiſibili* (quod & tu ſuperiùs veritate cogente faſſus es) neq; eſt quanta, quod tibi negare pudendum foret, qui iàm bis huic veritati ſubſcripſeris,
in Theſib. ſcilicèt, *forma eſt ſecundum ſe non quanta*, & alibi. *Licet forma in abſtracto. ſiue ſolitarie ſumpta, & ſecundum ſe non habeat partes quantitatiuas, ſitq; indiuiſibilis.* An percepiſti quid ſit habere *indiuiduam eſsentiam*, vel à temet monitus,

Elp. *Quia non ſit diuiſibilis in gradus, vel partes eſsentiales.*

Tyr.

Tyr. Tàm hebes nè egò ſum, vt hæc cogitem, nedùm profeſſã, etſi centonem formarum vnica in forma non repudiet veſtra Schola? forma ſubſtantialis nullos habet gradus, nullas partes eſſentiales. Gradus namq; propriè ſolis debentur accidentibus, quod tu olim faſſus es, mòxq; fateberis. Partes verò eſſentiales, quùm ſint tantùm materia, & forma, ſi partes eſſentiales habet forma, ſarcienda rurſùs hæc erit ex alia forma, & materia, & ſic deinceps in infinitum quis progrederetur. Tàm verò hæc repugnant formæ ſubſtantiali, quàm & repugnabit partes habere quantitatiuas.

Elp. Deinde ſi tu contendas nulla probatione adhibita calori habituali quoq; multos aſſignare gradus &c.

Tyr. Nullam ne tibi facit *probationem* Pendaſius, quem *Diuinum* aliquandò dixiſti? *nulla* tibi eſt *probatio* Græcorum? qui à te inducti teſtes, aduersùs te iudicium tulere. At victus tandèm, ſimulas liberalitatẽ, & neceſſitate iàm vrgente, non recuſas *calori habituali quoq; multos aſſignare gradus*, & affirmas futurum, vt ego calorẽ hunc ea de cauſa excluſurus minimè ſim extra formarum ſubſtantialium aleam, in acciden tium ſeriem. Agè experiamur, an *tuis capiaris laqueis*. Accidens ſolùm ex tua doctrina, habet *gradus euidentes*, talis modò eſt tibi *calor habitualis*, igitur *calor habitualis* eſt accidens. Quid nunc inaniloge? *ſ. de Vita c. 8.*

Elp. Quia formæ, quas numeris comparauit Ariſtot., indiuiduã eſſentiam, vti tu ponis, abſolutè non habent &c. *8. Met. t. 10.*

Tyr. Extemplò Plautus

— Caue iſtud feceris, *in Men.*

Dicent te mendacem, nec verum eſſe, fide nulla eſſe.

Vt retractes, quæ dudùm veritate cogente faſſus eras, turpemq; palinodiam canas, maiori turpitudine, & falſa comminiſceris, & *putrem recoquis Cramben*. Pluribus technis in- *p. 91.*

Tt 2 ſrin-

fringere tentas modò, quòd forma ſubſtantialis ſit indiuiſdua, quòd numeris formas comparet Ariſtoteles, & quòd partes ipſis tribuat, *& eſſentiam in eas diuiduam.* Sat ego ſuperiùs te monui, quæ mens fuerit Philoſopho 8. Metaph., quàm deuius tu, ne dicam demens. Vlteriùs proindè dùm
t. 35. progredior, obuiat Ariſtoteles, qui in 7. Metaph. à te citato, fatetur ſe definitionis in gratiam, quam ſibi propoſuerat, partium meminiſſe, aliamq; à tua deberi verbis Ariſtotelicis interpretationem, monet ſeriò te Alex. *Nam cum rationes, inquit atq; definitiones formarum ſint partes, profectò rationis formæ ſolùm partes ſunt, non etiam totius. Ratio verò nihil aliud eſt quàm vniuerſale.* Vt vides, nihil ad propoſitum, præſertim verò, ſi cum Auerr. legamus, *Forma verò eſt pars.* Vt probes rursùs formam habere partes, inducis
2. Phy. 31 iterùm Ariſtot., tànquàm ijs verbis tibi ſuffragaturum. *Harum autem aliæ quidem ſunt vt ſubiectum, vt partes, aliæ autem vt quodquid erat eſſe, & totum & compoſito, & ſpecies.* Hæc vero prætérquamquòd minimè tibi ſuffragantur, quin maximè refragantur, vel ex ipſamet verſione, quàm ſequeris, atq; producis, quamquàm I. Cauſaboni interpretatio nullum faciat reliquum dubio locum, habet verò. *Atq; horum quædam ſunt vt ſubiectum, veluti partes. Quædam vt quidditas, totum inquam, compoſitio, atq; forma.* Sequamur vulgatam, quæ te non vulgaris erroris, neq; noui reum conuincam, impoſturæ nempè, vel inſcitiæ. Philoſophus namq; in loc. à te citato, neq; formæ tribuit partes, quod tibi erat in votis probare, & partes reducit ad materialem cauſam, atq; ſubiectum, prout cauſæ formali è diametro opponitur, & ab ea diſtinguitur. Non tàm *rudens*, igitur eras, tunc, quàm rudis tunc, & arrodens.

Elp. Et vere nulla forma completa, ſeu totalis in noſtratibus habet eſſentiam penitùs indiuiduam.

Tyr. Conſuetudo tua peccandi facit, ne dicant Auditores no-

ua

ua te producere, qui,& falſa, & pugnantia modò inducis. Notant inſtitui diſputationem de forma ſubſtantiali conſtituente ſimul,& cum materia compoſitum, quapropter nullus poteſt dubio ſupereſſe locus, quòd quælibet forma huiuſce conditionis ſit ἐντελέχεια, atq; perfectio: quapropter vt falſum eſt, formas ſubſtantiales non *habere eſſentiam penitùs indiuiduam*, quod & tu ſuperiùs fatebaris, paripacto *incompletum* nequit illud eſſe, quod cauſa eſt perfectionis, quin ipſa compoſiti perfectio. Alterum, quod notant, eſt illa *forma totalis*. Quid ſibi hoc vult? An *forma totius?* At totus ego nunc ſum in forma partis: ſin ſecùs; quæ *tota'itas* hæc eſt, cui partes cum tanta cautione vix aſſignas? *non penitus*. An neſcis totum dici ad partes? Verùm dic tu, quo iure nunc profers *nullam formam habere eſſentiam penitus indiuiduam*? qui paulò ſuperiùs in reſponſione dixeras. *Quaſi calor habitualis non habeat eſſentiam indiuiduam pariter, ac forma?* Elpenor, *Mendacem oportet eſſe memorem*.

Elp. Nam anima humana coaleſcit ex vegetali, ſenſitrice, ac rationali.

Tyr. Vt probes formas noſtrates eſſe compoſitas, inrroducis primò *animam humanam*, quam ex tribus vnam fieri per coalitum aſſeueras. Duo obſeruant hìc Spectatores, alterum, quòd rem maximè controuerſam, iamq; penè è Scholis exploſam, vt certiſſimam tibi aſſumas, alterum verò, quòd formam nobiliſſimam, Summiq; Opificis imaginem, centonem facias pluriam animarum, quæ per ſolum coalitum in vnam euadant animam. Profectò vel vocem, vel rem, vel quod tandèm ſuſpicor, vtrumq; ignoras. Dic quo glutine inter ſe coaleſcunt? quoue inſitionis genere Animæ hæ iunguntur? Inſeritur ne Intellectiua anima vegetæ, & ſenſitiuæ, quaſi trunco? nam tu haùd abnuiſti Intellectiuam in capite inſediſſe, indèq; fieri doces, vt præciſa ceruix loquatur

Matura ſatio ſæpè decipit, ſera ſemper mala eſt.

De

De Partibus Animæ humanæ, & quæ ſuperſtites, deq; formis, quæ in vaſe continentur ex Aduerſarij ſententia.

p.91. *Elp.* IN *quas diuidua tandem reſoluitur à natura phyſice in hominum interitu.*

Pl. *Tyr.* *Nunc homo inſanire inceptat, de illis verbis caue tibi.* Actu igitur erant in forma humana? quandò compoſitum reſoluatur ſempèr in ea, ex quibus actu componitur, vt domus in lapides, lateres, & ligna. Quomodò *diuidua* forma, quæ
p.90. dudùm tibi erat indiuidua? Quę *Natura* ipſam reſoluit? an non & ipſa eſt Natura? immò toties natura, quot formas per te complectitur. Cur *natura reſoluit*, quod tantò molimine compoſuerat? vel quomodò Anima, quæ natura, ſibimet parat exitium? Dic amabò, quod occultas myſterium in ijs verbis? *reſoluitur à Natura phyſice*. Poteſt ne natura, quæ φύσις, non phyſicè operari? Agè videamus, quid ſit illud; quod *natura naturaliter reſoluit in hominum interitu?* ecquis reſolutionis modus, & ordo? *reſoluitur*, dicis tu, forma hæc compoſita ex pluribus animis in ſua componentia. Quis modus, quæro ego? quis ordo? Secedent ne ſingulæ ſtatìm animæ ſolitariæ? an verò poſtrema abeunte, duæ priores reliquæ materiæ incubabunt? Si primùm, quorsùm abiêre? Sunt ne omnes à corruptione immunes? ecquis corruptibiles ſuſtentabit, ſi corruptioni obnoxiæ? Quòd ſi, vel per temporis momentum materiæ exortes ſunt, poterunt & abſ-
2. de Sp. que materię contubernio in poſterùm per ſe conſiſtere. At
v. 0. verò, ne euolent, tu prouidus vegetam, & ſentientem arcula coerces, vel *vaſculo*. Hoc audito D. Sennertus infit. *Ma-*
Hypom. 5. *gnum petitum hoc eſt, in animalis cadauere poſt mortem animam remanere, vt & has formas in ſpecies alienas transmu-*
tari.

tari. Quin abſonum, & rationi, & tuo Therſiti, qui alicubi
hæc profeſſus eſt. *Forma enim ſpecifica non poteſt ab aliquo* 4. de H. q. d. c. 23.
tolli citra eius corruptionem, quùm natura corruptionis conſi-
ſtat in ſeparatione, ablationeq; formæ ſubſtantialis. Quini-
mò, neque formam poſſe reſeruari futuro compoſito, tanquã
inauditum in Peripato, vel eiuſdem depoſitione: *Siquidem*
Ariſtoteli nulla forma caduca præcedit tempore id, cuius eſt 1. de Sp. v. o. c. 45.
forma. Alibi prætereà hæc habet. *Vbiq; formam omnem, tum*
ſubſtantialem, tum accidentalem in proprij ſubiecti corpore lib. 4. de h. q. d. c. 63.
conſiſtere, nec inde ad alienum corpus tranſmigrare poſſe vetus
eſt in Peripato axioma, & adeo verum, vt non indigeat commu-
ni probatione, quod ſcilicet inſeparabilis ſit quæcumq; materia-
lis, & elementaris forma à proprio ſubiecto. Vide quàm bellè
cohęreat tua doctrina. Verùm ſiquis percunctetur, quibus
inſideant tenuæ hę ſuperſtites; quibuſuè compedibus ſor-
dido carceri mancipentur? tu qui eas excluſiſti iàm ab omni
corporis contubernio, & tanquàm in loco inibi morari teſta-
ris, durus, diruſq; tortor, aliud vinculum *caloris naturalis*
vix micantis, quandòq; comminiſceris. At cui nam ſolido l. c.
alligabis hoc vinculum? ne ſubſultantes, ni curſitantes, au-
fugiant formæ miſeræ tuis è Latomijs? Nam calor naturalis
tibi eſt Temperamentum, impotens eas, & illaqueare, & ſu-
ſtentare. Sed grauiora me reuocant tua errata: percepimus
tandèm, quid tibi ſit *Animam humanam diuiduam reſolui à*
natura phyſicè in hominum interitu; credis enim inuerſo, quo
venerant ordine, formas illas antiquis eſt ſedibus concedere;
ità vt primò abeat *rationalis*, ſubſequatur ſuo tempore *ſenſi-*
tiua, poſtremò *vegeta* longum vale laribus dicat; tuncque
conclamatum verè ſit de Anima humana. Quoto verò tem-
pore abſoluatur hęc trãſmigratio, docet ille. *Quare in huma-* 2. de Sp. v. o.
no cadauere non remanet phyſice rationalis anima vllo tempo-
ris, quantumuis breui curriculo, nec vt in loco, ad ſentientis,
& vegetantis animæ diſcrimen, quæ in cadauere diu cum calore
debili ſupereſſe poſſunt, vt in vaſe. Neq; ſolùm diu illic mo- c. 38.
rari aſſeueras, verùm, & ſemet poſſe eaſdem numero commu-
nica-

nicare nouo viuenti. En te loquentem. *Anima vero illa, quæ in cadauere, ſeu excremēto, at omnino in materia ſpontaneæ viuētiū generationi dicata, velut in vaſe reſidet, ſiue in eo genita fuerit, ſiue à priſtino viuente relicta, ſpontaneum animantiū exortum promouet, non quidem ſibi ſimilem aliam à ſe ſolo numero diſtinctum procreans, ſed ſemetipſam illi materiæ, in qua, vt in vaſe ineſt, in formam actuantem, & in animam viuificantem exhibens, vbi ab ambiente illum nactum fuerit caloris gradum, qui vitæ neceſſarius eſt.* Quibus comprobandis totum cap. 38. miſerè impendis. In fine verò ſubſequentis cap., & animari excrementa, & degenerare huiuſmodi animas quandòq; aſſeueras. *Sic ex humani corporis ſubſtantia in excrementa, calore viuido ſpoliata, dum velut in cadauera mutatur, ſentientis, ac vegetantis animæ humanæ partium natura degenerat in viliorem eſſentiam, à qua pediculi, pulices, vermes, & alia homine longe imperfectiora viuentia ſponte naſcuntur. Ita ergo cauſa efficiens proxima ſpontanei viuentium ortus, à qua immediate ſortiuntur animam, & generantur viuentia cuncta ſponte naſcentia, nihil eſt aliud, quam anima vegetalis, aut ſentiens, degens in cadauere, aut in excrementis à viuentibus profectis.* Mira pòl narras, & inaudita hucùſq; Eruditorum cœtui, quin inuiſa paradoxa: quapropter malè de te muſſitabant Litterarij Fori Primates. Ridebat Aphrodiſeus exantlatos perperàm à te labores, *Nouum* nempè illud *Inuentum*, quo formas à materia ſolutas in pyxide aſſeruare te poſſe iactaſti, inibiq; deiectis faſcibus, anguſta in ſede locare. At quem aſſignas locum rei penitùs incorporeæ, atq; in nobili *ſuaptè natura? quæ conditio eſt in omni ſpecie.* Maiori proſequebatur riſu, quòd formas euocare ſperaſſes, inq; noſtrum conſpectum ſolitarias ſiſtere. *Materiæ ingenita ſpecies,* inquit, *nullo pacto*
1. de An. *poteſt per ſe ipſa ſubſiſtere. Quinimò ſpecies magis hoc patitur, quamquàm enim materia per ſe ſubſiſtere ſine forma non poſſet, tamen in compoſitis corporibus continentèr excipitur, non quòd ſimplicitèr materia ſit, ſed quòd alicuius materia*

ria

ria cùm ſit, per ſe ſubſiſtere videtur: cuius generis materiam in ijs, quæ artificio elaborata ſunt reperias: ſpecierum autèm, quæ in materia fiunt, nulla vnquàm poteſt per ſe ſubſiſtere, ſiuè ſimplices, ſiuè compoſiti corporis eſſe deprehẽdatur. Poſtq; ſeriam diſputationem concludebat Alexander. *Quandoquidèm, velut oſtendimus, non poteſt ipſa per ſe ſeorsùm à materia ſeparabilis, & abiuncta ſubſiſtere.* Audiuimus Egregium virum conſtanti ſententia denuò hæc pronunciaſſe. *Species, & forma alterius eſt. Talis enim eſt entelechia, & perfectio, quæ abſq; eo, cuius eſt, eſſe non poteſt, quemadmodum neq; terminus, abſq; eo, cuius eſt terminus.* Carpebant alij, quòd tu *Senſitiuam*, & *Vegetam* damnaſſes *ad excrementa*, quùm tamèn, neq; quod concoctum (hoc verò tibi accidentalem tantùm induit formam) fruatur animæ contubernio, quouſq; concedat in partium ſubſtantiam, & aſſimiletur. Recrementum igitur illud, quod eſt cocti excrementum, te Dictatore, illud aſſequetur, quod neq; obtinuit pręcariò hucùſq;, beneficus, intimuſq; familiaris. At quorsùm, dicebant, ſeceſſerunt Animæ hæ à rationali? quibuſue artibus cuſtodem defraudarunt? Pediculis igitur, qui *ex carne* doctore Ariſtotele, triplex Anima debebitur, ſi *excrementis duplex* à te conceditur. Benè ſit Poro Indorum Regi, quidam ait, qui Bucephalum M. Alexandri ſua in regione confodit, ſecùs Bucephalinis afficeremur veſpis: quamquàm vnam, alteramue calcitrantem, atq; refractariam, auolaſſe in Apum ditionem teſtarentur periti; at præ Climatis diuerſitate breui duraturam. Suſpicabantur alij, te animam credere corpoream, vel ſaltèm non aliam à Temperamento; idq; non vulgaris ſuadebat coniectura: vt qui eam labaſcere, degenerare in peiorem, vilioremq; animam, & ſpecie diuerſam, apertè tradideris. Verumenimuerò qui exactiori trutina tua penſitabant, grauioribus obnoxium te faciebant criminibus. Riſi ego dum inconſtantiæ te accuſarent, quod tibi pluſquàm vernaculum eſt vitium. *Formam poſt compoſiti corruptionem eſſe in materia, & non eſſe in materia.*

5. de Hiſt. Al.

lib. c. c. 39.

Hoc verò ex tuis placitis. At ego aures excipiendæ accuſationi in te latæ tùnc accomodaui, quùm te auctore nouam
lib.c. c.36 hanc formarum ſtationem dirui intellexi. Tentaſti equidèm nouam mercem in Philoſophiæ emporium introducere, quod & tu fateris: audi. *Quod licet ſenſui reſpondere non videatur, & conſenſui, conſuetudiniq; philoſophandi repugnet.* Quis vnquam adulterina hæc, vel per ſomnium admiſit? admiſſuruſue erit in Peripato poſthac? verùm neq; in Accademia?
l.c. *Quòd forma ſit in materia, non vt eam perficiens, nec vt anima in corpore ipſum viuificans, ſed nihil ſubditæ materiæ præſtans, nihilq; ad illam attinens in ea ineſt, vt in loco, & vaſe, ac ex neceſſitate materiæ.* Hæc illi euertere, vel tua depoſitione pleniſſimè ſe poſſe, & ad Lydium veritatis lapidem improba dogmata reuocantes, indigna hęc excludere, & antiquam, inuiolatamq; formarum dignitatem hucùſq; tutari confidunt: nempè, quòd forma quælibet, ſubſtantialis præcipuè, perficiat materiam, necnon ſi anima eſſet in cadauere, illud neceſſariò viuificaret. Audi temet contra te differentem.
3. de Vit. c.10. *Copulatio formæ ſubſtantialis cum materia in vniuerſum, dum primum fit, generatio nuncupatur*; ſed forma, quæ in cadauere, per te, ſuæ materiæ copulatur caloris interuentu, igitur per hanc copulationem
1. de Sp. v. o. c.38. ex cadauere, & forma facta eſt vera generatio. Tunc ſic: generatio fit per introductionem formæ ſubſtantialis, quæ en-
in Theſib. c.10. telechia dicitur à Præceptore, nempè perfectio, non ſui, ſed eius in quo eſt, ergo forma nupèr cadaueri copulata, illud perficiet, quod tu improuidus negabas. Penſitant inſupèr verba illa, quæ tuo è calamo exciderunt, quòd anima, ac pro-
c.36. indè omnis ſubſtantialis forma ſit in materia, *ex neceſſitate materiæ.* Cui imponitur à te hæc neceſſitas? materiæ ne, an formæ? ſi poſtremùm, malè tu ſuadere nobis tentas formas vagas, nec materiæ immerſas. Si primùm, neceſſitas, quàm præfert materia ea eſt, vt propriæ conſulat turpitudi-
1. Phyſ. ni, hincq; animaduertente Philoſopho, appetit illa formam, tanquàm turpe pulchrum, maſq; fæmina, & perficiendum

ſuum

ſuum perf. ctibile. Quid ni explebit igitur forma hanc ma-
teriæ neceſſitatem? ſi huic neceſſitati opem latura accerſi-
tur. Quòd autèm forma hæc,& anima per copulationem cũ
materia, non tantùm illam perficiat, verùm & compoſitum
ex vtraq; viuificet, quod ex tuis effatis, vel effutitis proban-
dum aſſumpſerant, facilè præſtitiſſent cum aſſecla Ariſtotelis. 2.de An.4
Admittereo Simplicius vitam ob animam fieri, & proprium In Præd.
eſſe animæ actum, non ſecusàc deponeret Alex., vitam eſſe
animæ prçſentiam; quin ſingulis choriphæis ſententiæ huic 2.de An. c.10.
ſubſcribentibus, *Viuere igitur propter hoc principium ineſt* Simpl.t.5.
omnibus viuentibus. Verùm quoniàm ſordent tibi Ariſto-
telica placita, ſatq; perfunctoriè Ariſtotelem, *& currenti* 2.de An. 16.
calamo de Vita rem habuiſſe euulgas (quæ tua eſt modeſtia l.de Vita
in tantum Præceptorem, tibiq; beneficum, cuius nempè in
gratiam alimenta conductus hucùſq; corraſiſti) tuo te gladio
confodere decreuerunt. Caue, ne ve tibi indictum dicas.
En te loquaciſſimum, & loquentem, & dictis, atq; dicendis
aſſenſum præſtantem. *Quoniam quamprimum anima eſt,* 1.de Vit.
vnitur illico apparato ſibi corpori, quæ vnio ab Ariſt. appellatur p.193.
*ortus, ſiue generatio viuentium. Vbi vero anima corpori adiun-
cta eſt, vt actus primus ſtatim conſtituit in eſſe illud quod ani
matũ dicitur, & viuens*. At verò iàm vniri, etſi debili vin-
culo caloris ſtatuiſti, erit igitur cadauer viuens, & animatum,
vel fictitia, & nulla eſt illa anima, quàm in cadaueris vaſe
latitare dicebas. Viuere quinetiàm tibi cadauera conijciunt
ex definitione vitæ, quam alicubi tradidiſti, fremente tamèn
Priſciano. *Vita ergo proprie definienda eſt eſſe naturalis co-* 2.de V.a.7
*exiſtentia, ſiue naturale conſortium animæ, & corporis ex ſe
ad illam propenſi*. Non propenſa verò dicis, corpus non or-
ganicum, artificioſum, aut corpus aſſumptum. Ranæ igitur
cadauer, per eandem numero animam rursùs vitæ operatio-
nes editurum, ſi quandò ambientis beneficio (vt ais) ad vl-
teriorem promoueatur gradum proprius calor, & vita,
quam definiebas, participabit, & mortuum non erit ex tua
doctrina. *Nam vita caduca nonnſi per mortem deſinit ad de-* l.c.

fectionem caloris natiui, quo per ſe primo nititur. Remanere verò in cadauere *gradum illum caloris, qui miſto perfectiori congruus, vinculum eſt, quo abſolute anima corpori coniungitur*, apertè tute fateris. Audiui, & alios malè de te muſſitantes, quod niſi viuens, & animatum eſſet tibi cadauer, alteri criminum te exponeres, vel Pythagoricorum metampſychoſi, vel inauditæ reparationi ſentientis, aut vegetantis animati. Fatebaris tu eandem numero animam ad vlteriorem caloris gradum ab ambiente promotam, communicare tunc ſe materiæ in animam viuentem ipſi compoſito: quod vt probes, totum impendis cap. 38.; quamquàm in calce præcedentis aſſeueraſſes, *varia enim compoſita, eadem numero forma conſtituere non poteſt*. Tunc ſic. Compoſitum hoc, vel nouum eſt, vel antiquum: ſi nouum igitur per te eadem numero anima informabitur, qua præcedens compoſitum informabatur; hæc verò dicitur metampſychoſis, & animæ *tranſmigratio*. Quòd ſi antiquum, reuiuiſcet igitur idem numero animatum, patebuntq; naturalitèr fores à priuatione ad habitū eundem denuò capeſſendum; Inanis tua eſt fuga, quam duplici tentas tramite: vitio illud primùm dans formæ, quæ præ caloris, corporiſq; labefactatione, degenerauerit in aliam ſpeciem: At hæc noua noui compoſiti eſt generatio, non per antiquæ formæ introductionem, ſeu communicationem ab vniuoco agente, quod paradoxon tibi aſſumpſeras probandū in libb. *de Spont. viu. ortu*, verùm per eductionem è ſinu materiæ, viuifico calore futuræ formæ paranimpho, & ſibi demandatum negocium tàm certè abſoluente, vt quùm omnia ille compleat, atq; abſoluat, *omnia* quinetiàm dici poſſe videatur *animæ plena*. Hæc vera, & genuina eſt ſpontè naſcentium efficiens cauſa, non quam tu deuius poſt tot anfractus, è rupibus Stagyræ in præceps ruens, nobis haùd oſcitantibus, ſuadere ſperaſti. ad rem. Altera inſiſtis via iam à prima deluſus, & materiæ obicem obtrudis, ne ſentiens, vegetanſue idem numero reuiuiſcere nobis dicatur. Tentas hoc Ariſt. patrocinio. *Nume-*

ro

2. de Sp. v. o. c. 38.

c. 39.

c. 39.

cap. 40.

toquidem, quorum materia vna. At vna nequit eſſe in nouo animante materia: quod probare niteris tali pacto. *Quum autem materia proxima viuentis ſit corpus organicum Ariſtot. definienti animam eſſe actum primũ corporis naturalis inſtrumentalis, certum iam eſt in viuente ſponte genito non eſſe eadẽ numero inſtrumenta, quæ præfuerant in cadauere, ex quo genitum eſt, ſed alia nouiter effecta, atq; adeo conſtat, ſpontaneam viuentis generationem ex cadauere, non eſſe mortui reſurrectionem*. At pernegabo ego, anima illa quoquo modo in ipſa materia ſuperſtite, deſijſſe organa eſſe talia, neque patitur ſenſus diuerſa me dicere illa numero, quæ video incolumia mòxq; ſuis muneribus fungentia. Quid ſi ego totum argumentum in te retorqueam? quin à te extorqueam, quod minimè credis, eandem vbiq; eſſe materiam proximam in genito, & corrupto? en te loquentem. *Materiam verò proximã ſui vnitatem numericam à propria forma ſortiri certum eſt omnibus*, citas verò in margine Ariſt. 5. Met. t. 9. & 12. Sed per te eadẽ eſt anima numerò in genito, quæ præfuerat in corrupto, quod diſputas toto cap. 38., ergo materia proxima huius animati eadem numero eſt ſub vtroq; termino, igitur, vel non corruptum erat animal, vel ſi ſecùs, reuiuiſcet modò eadem numero proxima materia non deſtitutus. Ampliùs *miſtum* tibi *eſt materia proxima viuentis* (quicquid ſit de tua conſtantia) ſed per te *cadauera, eorumq. partes, miſti perfectiſſimi naturam non exuère*, igitur materia proxima viuentis integra eſt in cadauere; idem numero igitur reſurget vegetans, vel ſentiens, ijſdem numero partibus eſſentialibus denuò coeuntibus præ noui caloris beneficio ab ambiente excitati, quìn internum ſemiſopitum excitante, quæ omnia ex tuo penu. Quapropter, quùm tu euitatá Carybdi, in Scyllã tui Scorti æmulam incideris, ſupereſt vt fatearis, viuere adhùc animantia illa, ex præſentia ſenſitiuæ animæ, & vegetantis alligatę principali huic materiæ caloris vinculo. Dubius Ockam comminiſcebatur neſcioquã ſenſitiuæ ſeparationem, vel quod deterius tuis vinculis, & carceribus, *ſuſpenſionem*. At Doctiſſimus F. Suarez

5. metap. 12.

3. de Sp. u. o. c. 54.

lib. 3. c. 54

lib. 2. c. 39

c. cit. in calce.

in Metap. Diſ. 15. n. Ferrar. in 4. c. Gentes

Suarez, vt hæc audiuit, redigere hominem in ordinem decreuit, ac talia fatur. *Accedit, quod aliàs mortuo homine aliqua anima deſineret eſſe & Chriſtus moriens aliquam ſubſtantiam Verbo vnitam ſimpliciter dimiſiſſet. Vnde Ocham, vt hoc incommodum cuitet, dicit animam ſenſitiuam Chriſti conſeruatam eſſe in Chriſto, vel cum rationali, vel cum corpore. Sed ſi intelligat remanſiſse vnitam corpori, eſt hæreſis* (nota Nouator, & reſipiſce) *aliàs corpus illud non manſiſſet mortuum, ſed ſentiens. Si verò intelligat manſiſse ſeparatam. dicit miraculum inauditum, quod forma materialis conſeruata ſit ſine materia. Item inauditum eſt in Eccleſia duas Animas Chriſti eſse ſeparatas in triduo. Quare temerarium eſset, ne dicam erroneum, id aſserere.*

Mutato nomine de te fabula narratur.

p. 91. *Elp. Et mentali diuiſione à Philoſopho etiam in homine viuente.*

Tyr. Neque tot annorum curriculo, quibus Philoſophiam tractas, adhùc percepiſti quid interſit, inter diſtinctionem *rei, & rationis*? diſtinguit mens potentias ab Anima, quas tamèn benè ſana mens nouit eſſe vnum realitèr cum ſuo fundamento. Quid tu?

Elp. Anima plantæ ſimliter conſtat ex vegetali generica, & ex ſpecifica vitis, aut oleæ.

1. de An. c. 6. in f. *Tyr.* Damnat hanc tuam credulitatem Alex. Aphr. qui te pridèm monuerat. *Nullum genus tale eſt, vt poſſit per ſe ſubſiſtere.* Cur non, & omnis anima coagmentatur ex duplici generica, vegetæ ſcilicèt, & ſenſitiuæ, præter coalitum, quem dicebas, vegetalis, ſenſitricis, & rationalis? ni tamèn præ tua liberalitate, & ſextam addideris rationalem genericam in homine. Accedent tandèm elementorum formæ, quæ tibi integræ ſunt, & miſti forma, quam dicis eſſe temperamentum,

tum, iam igitur decem erunt, pluresue formæ in homine per ſe diſtinctæ. Sic augentur diſciplinæ & Artes *Nouis Inuentis*, vel deliramentis. At ridens Plautus;

Sed is ſtultior eſt barbaro Poticio. *in Bacch.*

Elp. Forma miſti temperies eſt conſurgens ex quatuor primis qualitatibus habitualibus.

Tyr. Ne micam quidem profers veri. Miſtum, vel eſt animatum, vel inanimatum: miſti animati forma eſt anima, quod alias te monui, nō ſecusàc cōſiſtere miſtum inanimatum per propriam formam, non per temperamentum. Differre prçtereà miſtionem à temperamento in ſchola Ariſt., tibiq; nullum conſurgere *temperamentum habituale ex quatuor* illis *habitualibus* integris, nilq; perpeſſis in nouo congreſſu. At *oleum*, vt video, *& operam perdidi*. Perge tu perdite.

Elp. Et forma cuiuslibet elementi conſtituitur ex duplici qualitate coniugabili.

Tyr. Mera hæc eſt principij petitio; nam qui me ſcribentem obſeruaſti in inanimis omnem calorem eſſe accidens, cur ſperas tàm facilè tuis me ſubſcribentem? Malè audiunt apud egregios Auctores, qui primas qualitates formas ſubſtantiales credunt elementorum, eo nomine præſertìm, quod binas iungere neceſſe habeant, proq; ſimpliciſſima, quæ elementis debetur forma, compoſitam introducunt. Eo prætereà & nomine damnandi, quòd minùs audiētes fuerint Alexandro monenti quandòq;. *Quamobrèm naturalia corpora, quorum ſubiectum ſimplex eſt (tale autem eſt proprio vocabulo nuncupata materia, quæ ſubijcitur ſimplicibus primiſq. corporibus, quæ aliorum corporum elementa vocantur) hæc inquam ſimplicia corpora ſimplicem pariter ſpeciem, & naturam adepta ſunt.* p.102.

Elp. Quare ſi harum alteram, quæ calor eſt in igne, dixerit Vlyſſes, p.92.

lyſſes, dederitq; tibi, natura conſtare diuidua, ſiue in gradus, ſiue in partes, non poteris eam tu proptere à pellere e cenſu formarum ſubſtantialium in accidentium ſeriem.

leg.84. de Reg. I. *Tyr.* Non eſt quod *des*, neq; dones, nam *donari illud propriè videtur, quod nullo cogente iure conceditur*. At ego huculq; te adegi, vt fatereris *calorem tuum habitualem* per gradus acquiri: cur igitur illum nõ pellam è formarum ſubſtantialium area,
p.79.91. vel ex tuimet depoſitione. Audi progreſſum. Calor, qui per
p.92. gradus acquiritur eſt accidens, *Habitualis* per gradus acquiritur; erit igitur accidens, ac pro indè omnis caloris accidens eſt, nõ ſubſtantia: ni tamèn accidens cum ſubſtantia confundas, quod piaculum non ſemèl perpetraſti. *At licent omnia Chijs.*

Auc. Atq; abhorreat non minùs ab intenſione, & remiſſione.

Elp. Græci facilè diluunt hoc tuum ratiocinium, &c.

Tyr. In re certa incertum pro te aduocas Græcorum patrocinium, quorum fulchro propriam incõſtantiam ſimulas volens, & neceſſitatẽ loco concedendi diſſimulas. Qua facie pugnas tu modò pro intenſione, & remiſſione formarum ſubſtantialium? qui dudùm hæc profeſſus es. *Ariſtoteles ele-*
p.50. *mentorum virtutes, adeoq; primas eorum qualitates ait in omni miſto ſaluari, ſaluantur quidem primæ qualitates habituales, quæ ſunt ipſorum formę ſubſtantiales, integrę, ſed non diuiſę à ſe inuicem, at coniunctæ in vnam totius miſti formam, quæ temperamentum dicitur.* & pag.76. *Sed quis te docuit calorem habitualem habere gradus? actualis eſt, & accidentalis calor, in quo gradus inſunt euidentes: at habitualis more formam ſubſtantialium ſimplicium ſine gradum multitudine fortaſſe conſiſtit in indiuiſibili.* Hìc tu, vt concedis *calori accidentali* gradus, ſic *habituali*, qui tibi forma ſubſtantialis, vltrò denegas, & conſiſtere affirmas *in indiuiſibili*. Intenſionem

nem quinetiàm, & remiſſionem arces ab hoc calore p. 150. *Sed calor, qui forma ſubſtantialis eſt in elemento, aut miſto, ſiue animato, ſiue inanimato, qui alio nomine dicitur temperamentū habituale, nunquàm idem numero poteſt intendi, vel remitti quoad gradus*. Culpabant quidam tuam obliuionem: at qui intùs, & in cute te nouerant, non dubitabant, conſuetis te dolis propriæ indemnitati ſic conſulere, ſi quandò ab Aduerſario, quod ſæpè fit, redigereris in anguſtias. Nam qui pro formarum intenſione, & remiſſione pugnas, eaſdem oppugnaſti; necnon conſueta conſtantia expugnas, quæ olìm tradidiſti *elementorum formæ ſuſcipiunt magis, & minus*. quod etiam alibi ex propoſito profitebaris, præfigens tunc cap. titulum. *Vt formæ ſubſtantiales ſuſcepiunt magis, & minus*. Sic *duabus ſedens tu ſellis*, ex eodem ore *calidum, & frigidum efflas*. in Theſ. c.11. 4. de Sp. v. c.c.15.

Auc. Quam ab contrarietate, ſecùs ſecundùm ſubſtantiam eſſet motus, quod maximè euitabat Philoſophus.

Elp. Alex. obſeruatu Commentatoris hanc tuam rationem eludit aſſerens, Ariſtotelem negare contrarietatem ſubſtantijs compoſitis, non autem ſimplicibus &c. p 93.

Tyr. O Fortunatiſſimè, quid importunè inducis rursùs incertum teſtimonium? eaq; denuò repetis, quæ tibi exitio ſempèr fuere? res tibi futurā eſt cum Ariſt., cuius ego præceptis fultus, omnem arceo contrarietatem à formis, per deductionem ad abſurdum, *ſecùs ſecundùm ſubſtantiam eſſet motus*. En verba Præceptoris. *Secundùm ſubſtantiam autèm non eſt motus, proptereà quòd nullum eſt entium ſubſtantiæ contrarium*. Medium igitùr, per quod demonſtratur in ſubſtantia non eſſe motum, vt audis, eſt *contrarietas*. Motum igitur ſecundùm ſubſtantiam fateri cogeris tu, qui formas elementares ſuſcipere dixiſti *magis, & minus, & eſſe contrarias*. Ridiculus es, qui introducis Auerroem ex Alex. Ter. in Phorm. p.70. 5. Phyſ. in Theſ. c.11.

ſimplici ſubſtantiæ contrarium non denegante, cui tamèn repugnas tu, aſſerens *qualitates habituales* contradictoriè opponi. At verò Ammonius cap. à te cit., & perperàm pro more animaduerſo, eripit tibi omnem fugæ ſpem. Habet verò in explicatione particulæ illius, quæ apud me eſt 19. *Videtur autèm ſubſtantia non ſuſcipere magis, & minus &c. Ad ſecundum conſequens acceſſit, à ſubſtantia inquam non admitti magis, & minus. Verbum autem videtur, non quod fictum eſt hoc in loco ſignificat, ſed quod euadere non aliter queat, quódq; deponi non poteſt. Proprium verò hoc ex proximè antecedenti ſequitur, ortumq; ex illo obtinuit, ſubſtantia contrarium nihil eſſe dicente. Fieri enim magis, & minùs in ijs natura comparatum eſt, in quibus & contrarietas, idq; non ſimpliciter, non enim contraria quæcunq; magis, & minus accipiunt, ſed quæ miſceri inter ſe natura apta ſunt contraria.* Quapropter egregiè tandèm concludit. *Itaq; contraria vbi ſunt, ibi aduerbia magis, minuſq; ſunt, & vbi non ſunt contraria, neq; magis, & minus, Vbi item magis, minuſq;, ibi contraria, & vbi magis, minuſq; non ſunt, nec ibi contraria habentur: quatuor enim ſemper hæc inter ſe contingunt.* Poteram ne ego iure excludere formas tuas Elementares, ac proindè *calorem tuum habitualem* è ſubſtantiæ dignitate, quòd contrarium, te fatente habeat, atq; proindè intenſioni, & remiſſioni ſit obnoxius? Verùm etſi hoc tibi lucri acceſſerit meis è monitis, vt illam abieceris ſententiam de formarum elementarium contrarietate, earumq; intenſione, & remiſſione, grauiora tamèn excogitaſti remedia antiquo morbo, & errorem multis cumulaſti erroribus; vt qui calorem tibi finxeris ſenſum non afficientem, & poſitiui contrarij expertem, reclamantibus Græcis, quod audies in *Cataſtrophe*. Plura in præſens de locc. Ariſt. à te productis, non eſt cur modò attexam, alibi enim abundè tuam pateſeci inertiam, & in Ariſtotelis mente aſſequenda inexperientiam.

In Præd. Subſt.

Auc. Compoſitum verò, quod ex materia, & forma reſultat, non eſt calor, ſed ignis, vel aer.

Tyr. Quùm triplex ex Ariſtot. à me recenſeatur ſubſtantia, materia, forma, & compoſitum, ſatq; è componentium talium ſerie *calor tuus habitualis* extorris omnibus videretur, quòd purum, putumq; eſſet accidens, ineptumq; proindè compoſitæ ſubſtantiæ conſtituendæ (quùm repugnet huic ex alijs, præterquàm ex ſubſtantijs conſtitui) iure meritò excluſo iàm ab vtroq; officio, & materiæ, & formæ, *calore habituali*, ſupererat vt probarem calorem illum non eſſe compoſitum, vel ſubſtantiam compoſitam, vt repetita offa penitiſſimè os tibi obtruderem. *Quid noui tua profert Aphrica?*

Elp. Quis hoc negauerit ignem, & aerem eſſe compoſitum ex materia, & forma.

Tyr. Fateor, præter omnium expectationem hoc contigit, qui genium, & ingenium tuum nouêre. Innatum ſiquidèm tibi iampridèm obſeruarunt, vel meridianæ luci tenebras prętexere. Quod facis, non erit diuturnum, quin neq; diurnum.

Fortuna non mutat genus. *Hor. Epod.*

Elp. Sed ego tamen negare facile potero in igne, & aere non reperiri aliud compoſitum quomodolibet ex materia, & forma, quod calor vocetur, & ille ſit habitualis &c.

Tyr. Quin maiori facilitate negas, quàm verè admittas, & quod indè ſequitur, veris falſa, atq; ridicula ſubſtituis. Alias comminiſceris compoſitiones in Elementis Ariſtoteli *de P. At.* inuiſas, quin nec olfactas, quas tu naſutus, & perſpicacior Lynceo, vel Argo, & oculeus totus, per fas, nefaſq; introducis, ſat importunus portitor.

Elp. Nam in igne forma ſubſtantialis eſt quid aggregatum ex calore, & ſiccitate habituali &c.

Tyr. Subſcripſere quot aderant, parergon hoc de compoſitione formarum in ſimplici corpore, excitari à te non prouocato, ſed noſtræ tantùm eruditionis, vel tuæ oſtentationis in gratiam. Agè cur hanc ſolam recenſuiſti? cur non & obijeciſti aliàs compoſitiones ex genere, & differentia, ex actu, & poteſtate? Mirum equidèm ijs te pepercisse, ni tamèn ex induſtria parcus, noſtro tyrocinio ſic conſulueris. Græcos malè audire apud aliquos non infimæ ſortis, quod binas præfecerint Elementis qualitates, iàm ex me audiſti. Deteriùs apud Græcos, Latinoſq; audies tu in poſterùm, qui formas, vel qualitates facis ſibi inuicèm materiam, vt qui modò præpollet calor in igne, eſtq; ſiccitatis forma, ſubſideat mòx in aere, & humido præpollenti fiat materia, quùm tamèn non ſemèl tu repetas *calorem habitualem* eſſe differentiam conſtitutiuam ignis, & aeris. Triplex igitur ineſt elemento materia ex tuis placitis, altera illius qualitas, quæ ſubſidet, proxima inſupèr, ac tandèm materia remota, vel prima. *Noua* equidèm *Inuenta*, penitùſq; tua. Non minoris eſt, quòd differentiam *rem compoſitam* dicis, atq; *aggregatum quid*, & doces modum, quomodò ex duabus qualitatibus ſpecie diuerſis, vna conſiſtere poſſit qualitas, formaue vna. Nam quòd actus ſimplicitèr degeneret in potentiam reſpectu eiuſdem, non minùs nouum eſt, quàm quòd ſiccitas ſit potentia reſpectu caloris in igne. Proindè ſiccitas non erit actu ſiccitas, ni calori iungatur. Verùm ſi actu talis eſt, magis proindè talis, quamdùm erat potentia. Duplicaſti proindè tibi difficultates, duplicem dùm præficis actum elemento ignis. Non arrident hæc tibi? Quid igitùr iam tota ſiccitas abijt in calorem? per vnicũ igitur calorem ignis erit ignis. Malè ſit Ariſtot., & Græcis omnibus, qui numerum elementorum venati ſunt ex primarum qualitatum coniugatione, & ſingulo elemento binas aſſignarunt. At tu noſtri miſertus di-

midio

midio leuaſti nos onere, quo expeditiores per vaſtos tuæ Inſipientiæ campos ſpatiemur. Verumenimuerò, neq; te obliuioſum adeò eſſe reor, vt ſaltèm penè vacuo tuo in ęrario illud non ſuperſit, quòd etſi prior origine dicatur actus ipſa poteſtate, particularis tamèn poteſtas proprio actu prior tempore abſolutè ſit. Præcedet proindè ſiccitas in materia, eamque in eſſe noui elementi conſtituet, accedet tandèm & calor ignem conſtituturus. Sic profectò tibi debent ſua *incrementa artes*, qui duplicaſti primas qualitates, & quadruplicaſti elementa.

His nunc pręmium eſt, qui recta praua faciunt. Teren.

Elp. *Nam extra formas eſſe poſſunt ambæ potentia, vt olim tibi notaui ex Ariſt.* 3. de An. t. 37. 7. Met 49 56.

Tyr. *Nec veriſimile loqueris, nec verum frutex.* Pl. in Moſtel.
Nam in 37. cont. 3. de Anima, quem tu primo loco citas ne grŷ quidèm habet Ariſt. de re propoſita, verùm tuam detegit impoſturam, qui *intellectum abſolutè omnia fieri* quandoque dicebas, quùm tamèn habeat Philoſophus. *Nunc autèm, quæ de Anima dicta ſunt recapitulantes, dicamus iterũ, quòd anima quodammodò eſt omnia, aut enim ſunt ſenſibilia, quæ ſunt, aut intelligibilia, Eſt autem ſcientia quidèm ſcibilia quodammodo, ſenſus autem ſenſilia.* Integra hęc cont. recitatio, bis damnat tuam integritatem, & fidem. Quòd ſupereſt agè dic nobis, quæ nam ſint illæ, quæ *extra formas eſſe poſſunt ambæ potentia*? quidue conferit ænigma hoc tuo progreſſui? An calor, & ſiccitas? At hæ nunquam non formæ tibi ſubſtantiales, mihi accidentales: tamquè verum eſt formam eſſe extrà formam, quàm formam non eſſe actum, ſed potentiam, ſi compoſitum ſpectes, non operationem. Ariſtot. verò in Metaph. totus eſt in confutando vniuerſale eſſe ſubſtantiam, quod tamèn tu quartum quandòq; tribus acceruaſti ſubſtantijs, ſed hoc detur tuæ perſpicacitati. *Si poteſtate duo fuerint, erunt vnum, vt duplum*

plum ex duobus dimidijs potentia. Sat erit, vt tibi tua verba
p.88. reddam. *Non diſcernis hic tu partes integrales, quæ quantitatiuę vulgò nuncupantur, quales dimidia ſunt erga totum, à partibus eſſentialibus? cuiuſmodi ſunt materia, & forma, de quibus in præſentia ſermonem inſtituiſti*. At verum & illud ſit de partibus eſſentialibus, *poteſtate duo eſſe, vnum actu*, erit oppoſitum eius, quod modò profiteris tu, *extra formas eſſe poſſunt ambę potentia*. Quinimò dùm formæ ſubijciuntur ſunt ambæ potentia, ſecùs verò ſi ſint
com.1.cit. extrà formam audi D. Thomam. *Oportet enim, quod vel dualitas non ſit vnum quid, ſiue quicumq; alius numerus, ſiue quod vnitas non ſit actu in ea. Et ſic dualitas non erunt duæ vnitates, ſed aliquid ex duabus vnitatibus compoſitum. Aliter numerus non eſset vnum per ſe, & verè, ſed per accidens, ſicut quæ coaceruantur*. Vide quàm attentè Ariſtotelicæ lectioni tuus incumbat Therſit-Vlyſſes. Neq; meliora ſunt, quæ tibi fauere indicas cont. 56. eodem S. Doctore arbitro. *Et ideo hic oſtendit, quòd partes, ex quibus componuntur ſubſtantiæ, non ſunt ſubſtantiæ actu exiſtentes, ſed potentia*. Et paulò inferiùs. *Et quòd partes ſint in potentia tantùm patet, quia nihil de numero earum eſt ſeparatum, immò omnes partes, in quantùm ſunt partes ſunt vnitæ in toto. Omne enim, quod eſt in actu, oportet eſse ab alijs diſtinctum, quia res vna diuiditur ab alia per ſuum actum, & per formam, ſicut ſuprà dictum eſt. Quandò autem ea, quæ ponuntur partes, fuerint ſeparata ad inuicèm diſsoluto toto, tunc quidèm ſunt entia in actu*. Tuum verò, quin verè tuum illud, *vt olim tibi notaui ex Ariſtotele*, nutantem ſempèr in Ariſtotelis mente percipienda, *erroneumq; notorium* iurè te prodit.

Auct. Quòd ſi includere dixeris hæc calorem, qui nihilominùs ſit ſubſtantia, præter adducta abſurda imminet illud, quòd elementa futura ſint animata. Aggregatū ſiquidèm ex ſubſtātijs mòx futurum elementum, atq; indiuidua ſubſtantia, communi

ni coerceri forma debet: munus verò hoc ſola anima abſolue-re potis eſt, cuius ſubiectum eſt organicum.

Elp. In primis qui ponunt calorem habitualem eſſe ſubſtantiã incluſã in elementis, igne videlicèt, ac aere, non cenſent (vti tu falſo ſupponis) praexiſtere quoddam aggregatum ex pluribus ſubſtantijs &c. p.95.

Tyr. Dic quæsò, vtri noſtrum magis debetur hæc cenſura? tibi ne, Elpenor, an mihi? Quis dudùm nouas compoſitiones in elementis machinabatur, & coeuntes qualitates in vnam differentiam introducebat, necnon aſſeuerabat, *vt hac ratione calor habitualis in igne dici valeat ſubſtantia vtcumq; compoſita ex materia, & forma.* Erit igitur prima, & indiuidua ſubſtàntia *calor tuus habitualis*, quod totiès negaſti, eaq; propterea conſequentur abſurda, quæ fruſtrà hucùſq; euitaſti, impos, quod modò obiectum, declinare. Adimis enim huic calori, qui compoſita ſubſtantia, atq; prima, ius omne euadendi in formam, quæ ſimplex eſſentia eſt, incompleta, & incorporea. Quapropter ſi *calor* hic tuus *habitualis* elemento ignis, & aeris eſt adeò addictus, vt contubernalis fieri non recuſet, & formæ officio fungi nequeat, reliquum eſt, vt per nouam formam, atq; vtriſq; communem tale ſequatur commercium. Forma verò, quæ præeſt ſubſtantijs primis numero, & natura diuerſis, eſt anima, *cuius ſubiectum eſt organicum*, & diſſimilare.

Elp. Sed cum Ariſt. ponunt in generatione ignis praexiſtere materiam, cui adiectu ſicci caloris in formam ſubſtantialem, ſtatim fiat ignis.

Tyr. Præexiſtenti igitur materiæ, eiuſque formæ ſubſtantiali, quùm adijcitur ſiccus calor, ſtatìm fit ignis. Verùm ſatiùs erat exemptu, quam adiectu huius ſubſtantiæ facilitati nouæ mutationis conſulere; pratèr id, quòd poſtremam aduenire

uenire formam illam, per quàm Elementum tale eſt, par, æquumq; erat, vt & cõſtitueret, & cõtineret vtraſq; ſubſtãtias. Vtcumq; ſit, iàm duas agglomeraſti ſubſtantias primas in elemento ignis, & *ſicci caloris*, & Ignis. At verò Apicius, & Platina Culinę Præfecti ſciſcitabantur, qua tu enchiria admoto *ſicco calore* materię *ſtatim facias ignem*, quùm tamèn neq; igne admoto igneſcat aqua lebetis, & ligna quantumuis aridiſſima, non ſtatim ignem concipiant, aut conceptum diù aſſeruent, ni folle ſollicitentur.

Elp. Nec opus eſt dari formam communem, quæ coerceat has duas ſubſtantias vnitas, quia propriam formæ cuiuslibet eſt continere materiam, & proprium materię eſt à forma, quod ſæpe monuit Ariſtot.

Tyr. Niſi forma communis vtriſq. primis ſubſtantijs præſit, dubioprocùl ignis erit aggregatum quoddã ex duplici ſubſtantia. Quod vt veriſſimum, tibiq; perquàm aduerſum, ſic profectò ab omni veritate alienum eſt, quod tu profers, *propriam formæ cuiuslibet eſt continere materiam*. Non enim *proprium cuiuslibet*, ſed *ſubſtantialis*, accidentalis verò ineſt, & ornat. At neq; *forma quamlibet continet materiam*, verùm propriã tãtummodò: quapropter neq; ignis forma cõtinere potis erit ſubſtantiã illam indiuiduã *caloris habitualis*, neq; hic prætèr proximam materiam, quæ tibi eſt ſiccitas, aliquid prætereà continere valebit.

796. *Elp. Præterea ſecundum hanc tuam doctrinam oporteret omnia miſta eſſe animata nullumq; miſtum in animatum reperiretur quùm omne miſtum ſit aggregatum quid ex ſubſtantijs miſcibilium elementorum, & ſubſtantia indiuidua, in qua plures illæ ſubſtantiæ coercentur vnica forma miſti, quæ tamen anima non eſt, ſed temperamentum in lacte, lapide, metallo, rore, cæteriſq; miſtis in animatis.*

Tyr. Mali corui malum ouum.

Falſa nempè omnia, quæ tuo è penu nunc profers, vt abſurdam fulcias illationem. Miſtum eſt ſubſtantia vna indiuidua, non *aggregatum ex pluribus miſcibilibus, & ſubſtantiis indiuidua.* Miſcibilia non actu ſunt in miſto, ſed poteſtate, & ea poteſtate, qua rursùs in elementa redire poſſint; eadem quidèm, non *numero*, vti falsò tu opinaris, *ſed ſpecie*, quod monent Sophiæ Emeriti. Coercentur virtutes illæ ſuperſtites, in miſto quidèm animato per animam, quæ vera forma eſt talis miſti, & qua abeunte caro, nonniſi æquiuocè caro eſt, quod tibi alias indicaui ex Ariſtot.. In miſto verò anima carente, coercetur per propriam formam ſubſtantialẽ, quæ non eſt temperamentum, hoc enim accidentalis tantùm eſt forma. Neq; obijcias fictitium illud tuum *Temperamentum habituale*, & impoſſibile captui, ſiquidèm ex integris tuis qualitatibus non contrarijs, nilq; ad inuicèm agentibus, vel patientibus, nullum reſultat temperamentum, ſed aggregatum quoddam, vt aceruus variorum cerealium. Inſupèr differunt eſſentialitèr miſtio à Temperamento, quod tibi ſuperiùs ex Præceptore, & Alexandro probaui: eapropter mutationes hæ terminabuntur ad diuerſas formas, illa quidem ad κρᾶσιν, quæ nulli rectè ſentienti, non forma accidentalis, hæc verò ad formam ſubſtantialem. Impoſſibilis quin etiàm tibi eſt miſtio, & miſtum ex *tuis habitualibus*; nam Priuatio formæ non miſcetur, *contraria verò in ſe mutuò cõmeant, nam calidum in frigidum, & frigidum in calidum demutatur, quæ autem ſunt per priationem, habitumq; oppoſita, non in ſe mutuò tranſeunt* Ammonio. Vide quot errata paucis incluſeris lineis; *Aſciam* proindè *tuis cruribus ſpontè illiſiſti* Elpenor. *in Præd.*

Elp. Cæterum vis tibi concedam animi gratia tuum hoc placitum in elementis? ante generationem ignis præeſt aggregatum ex materia prima, & materia ſecunda, quæ per vltimam diſpoſitionem facta eſt iam propria ignis, & mox adeptione formæ

ſubſtantialis futurum eſt ignis, & indiuidua elementi ſubſtantia.

Tyr. Deſinam poſtàc mirari, tàm malè te noſtris ſatisfacere, tantiſq; ſcatere tua erroribus, vt qui neq; meam aſſequaris mentem, quinimò neq; percipias, quæ ſumma cum euidentia ſcripſi. *Aggregatum ſiquidem ex ſubſtantijs mox futurum elementum, atq; indiuidua ſubſtantia communi coerceri forma debet.* Nonnè illìc totus eram, vt probarem ex compoſitis, & primis ſubſtantijs non conſtitui ignem? ſecùs eſſet animatus. Quæ ſi *concedis*, cur impugnas? ſi percipis, cur vitias? Eſt ne tibi *materia prima, & ſecunda* ſubſtantia compoſita? ſunt ne duæ ſubſtantiæ re ſeparatæ? an verò accidente ſolo diſpoſitionis diſcriminantur? quod inferiùs veritate victus fateris. Quid igitur aggregas tu errata, & ridiculæ culpæ te reddis obnoxium? Tàm infans es, vt diſtinguas *materiam ſecundam* à *materia propria*, eamq; credas per vltimam diſpoſitionem fieri propriam? Subridens Cicero, *in Philip.* inuehitur. *Tam bonus gladiator, tam citò rudem accepiſti?*

Elp. Quod aggregatum ex materia prima, & ſecunda calore habituali veluti forma communi vtriq; materiæ, nam vtramq; perficit, & actuat, optime coercetur, & conſeruatur vnitum.

Tyr. Quæ re ſunt eadem, neq; aggregatum dicuntur, neq; vt vnum ſint externo egent vniente: quod ſi irrepat, inuehet quinetiàm diuerſitatis neceſſitatem. Et quoniam non ignoro tuas artes, dixi externum rei, non compoſito, cui forma eſt internum principium, & cauſa, ſecùs verò materiæ, nam hæc intrinſecè vna eſt, ſibiq; identica per ſuam entitatem. Expecto vt *Delium* implores ruiſùs *natatorem*.

Elp. An neſcis proprium caloris eſſe congregare homogenea? nonne tibi ſunt homogeneæ materia prima, & ſecunda in igne, quæ ſunt idem re, ſoloq; differunt accidente diſpoſitionis?

Tyr.

Tyr. Quin optimè noui inter cætera caloris munera illud extolli, vt congreget homogenea, illudq; certò nunc ſcio, te huiuſmodi dignitatem Philoſophicam neſcire, penitùſq; ignorare, ea nempè *ignorantia*, quæ *praua* dicitur *diſpoſitionis*, & quæ merum decet Sophiſtam; dignum pòl tuo Pſeud-Vlyſſe, præcipuè tunc, quùm à cœna, ſuis cum Alcinois philoſophatur. Percunctaris an mihi ſint homogeneæ *materia prima*, *& ſecunda* in igne? Reſpondeo neq; homogeneas eſſe, neq; ætherogeneas, verùm eaſdem agnoſco. An ignoras qua in ſignificatione *homogeneum* Ariſt. admittat? vniuerſaq; Philoſophantium Schola? At neq; melius tibi ſuccedet, ſi grammaticalitèr, vt ſoles plerùmq;, rem expendas. ὁμογενής idem valet, quod ſimilis generis, & Latinè dixeris *congener*. An reris materiam primam, & ſecundam eſſe ſpecies, & ſub materia generica comprehendi? Falleris, nulla ſiquidèm materia genus eſt, neq; ſpecies, ſed *reductiuè* tantùm, vt dicunt, materia eſt in genere ſubſtantiæ. Siquid igitur inter ſe differrent materia prima, & ſecunda, per genus vnirentur, non per *calorem habitualem*, qui tibi *differentia ſpecifica*, ac proindè diſtinguens in ſpecies, non vniens. Audi, ſi prima materia, & ſecunda idem re tibi ſunt, non indigent igitur calore tuo vniente, ſi diuerſæ, vt vniantur, frigiditatis implorabunt operam. Rem penſita, neq; te frigidiſſimum fidentèr adeò calori expone, vt tuas peſſumdet materias. Sui enim moris eſt, dum congregat homogenea, quicquid heterogeneum eſt abijcere; at diſpoſitiones homogeneæ non ſunt cum materia, reliqua igitur fiet prima materia omni diſpoſitione vacua; hinc fraudabitur materia ſecunda ſperata vnione, quam tu infidus Auxiliarius, ſimulatuſq; Caduceator, non inſueta iactantia, perperàm pollicebaris. 1. Poſt.

Elp. At vero quod addis continere materiam, & coercere plures ſubſtantias &c.

Tyr. Ad priſtina diuertis præſepia; vt occœpiſti perge, mihi rursùs canam, & Muſis. Plures ſubſtantias compoſitas vno eodemq; in ſuppoſito, vniri non poſſe per aliam formam, quàm per animam aſſerimus; cui hoc præcipuum demandantur officium, vt earum ſit actus primus, & forma verè informans, non autèm ex earum genere, quæ aggregatis debetur ſubſtantijs, hæc enim accidentales ſunt, & ad figuram rediguntur. Satin rem tenes? Hęc quæ ſubſequuntur, neq; te ignorare fas eſt, ni te Baccho obliuione ligaſti, ferulam prægrandem hinc reportaturus. Nam meminiſſe par erat, me tibi ſuperiùs exprobaſſe, quod duplicem agglomerares ſubſtantiam in igne, *caloris* nempè tui *habitualis*, *& elementi*: verùm neruoſæ huic obiectioni nullum feciſti tu dubio locum, qui nupèr faſſus es, *calorem habitualem* eſſe ſubſtantiam compoſitam. At compoſita ſubſtantia alteri compoſitę ſubſtantiæ euadere in formam, nequit, quùm hæc ſimpliciſſima conſtet eſſentia, indiuidua, addas incorporea, atq; immobili conſequens igitur erit, quòdſi ignis futurus eſt Elementum, vt talem ſibi imploret formam, per quam ſiat & tale, & alteram inſupèr ſubſtantiam compoſitam *caloris habitualis*, qua tu illum opprimis ſimùl, & ſecùm elementum coercere, atq; vnire potens ſit. Munus verò hoc coercendi plures ſubſtantias compoſitas eſt formæ illius, quæ anima dicitur, & cuius ſubiectum eſt organicum. Erit igitur ignis per animam, ac proindè animatus tibi erit ignis, quod tuis cum placitis optimè cohæret, qui malè, vt ſoles, Ariſt. mentem aſſequtus, omnia ſanxiſti animarum plena, vt prodigioſo tuo *Inuento* de Sponte naſcentibus ſuffragareris. Superſedeas proindè primo incœpto, vltrò enim nunc fatemur, & pridèm faſſi fuimus, formam quamlibet coercere propriam materiam; neq: illud excidit vnquàm, vel per ſomnium, *animæ ſolius eſſe coercere materiam ne diffluat*, hęc enim mera eſt tua impoſtura. Proindè poſthabitis ijs Pręceptoris teſtimonijs, quibus officium continendi formę tribuitur, quamquàm pleraq; ex ijs violentèr, & importunè à te adducantur,

De Spont. v. or.

cantur,

cantur, ea recita, è quibus oppoſitũ haurire tibi liceat eius quod nos, quinimò vniuerſa profitetur Philoſophantium Schola; nempè, quòd pręter animam alię ſint formę, quę plures ſubſtantias compoſitas in vnico ſuppoſito contineant vnitas. Hoc agè, hùc collima.

Elp. De ſecundo quod eſt continere plures ſubſtantias in vno compoſito ſimul vnitas, dic mihi nonne ſunt plures itidem ſubſtantiæ contrariorum elementorum &c.

Tyr. De ſecundo tuum eſt dicere modò, noſq; manuducere nouã hanc, & eximiam in meditationem. Sed vt video nullo comitatus incedis, præterquàm tua peruicacia, & incircunſpectione. Agè dic tu, quo impulſore bis fateris nunc, *Elementa eſſe contraria?* tu inquam, qui totiès illud acritèr pernegaſti. Et quandò percunčteris, an in miſtis inanimatis *ſint plures ſubſtantiæ contrariorum elementorum?* liberè reſpondeo, qùin conſtanti ſententia repeto, quæ aliàs ex me audiſti, elementa in miſto inanimato non eſſe niſi potentia, ſolaſq; Elementorum δυνάμεις, poteſtates nempè remanſiſſe ſuperſtites, quas vulgò dicunt *virtutes* Elementorum, refractas tamèn, & in nouam coeuntes accidentalem qualitatem, quæ temperamentum dicitur, reſultans è nouo primarum qualitatum conflictu. Non eſt igitùr quod compedes, vel habenas fugientibus præpares Elementis, quùm iàm longum dixerint vale: adhùc tamèn reliquis, eorumq; vicarijs primis qualitatibus.

Satin hoc planè, ſatin diſertè, Elpenor, *nunc videor tibi loquutus eſſe?* *Pl. in Amph.*

Elp. Quia nulla prorſus eſt anima in miſtis vita carentibus: at in ijs eſt forma miſti, quæ temperamentum eſt infra naturam animæ conſurgens ex primis qualitatibus elementorum ſubſtantialibus.

de Subſt. *Tyr.* Præueni in te concitatum Cardanum, & ex Chimicorum turba quamplurimos, quibus metalla viuunt, & vegetant, quin & ad libitum germinant, ſuaq; ſapientibus reuelant ſemina. Nam quod mihi in præſens tecum erat negocij, non ſinebat rem diſtrahi, quapropter vt diſtulêre hi ſuam diſputationem in *longiſſimam diem*, tunc ego ex animo reliqua tua ſcrutatus, nonniſi falſa, & erronea conſpicabar. *Miſti forma* non eſt *Temperamentum*, quod centies inutilitèr tibi repetã, neq; *Temperamentũ* pote eſt tibi contingere ex quatuor primis qualitatibus elementalibus, quas *habituales* dicis, & *formas Elementorum ſubſtantiales*, quùm ex tua doctrina, hæ non ſint poſitiuè inter ſe contrariæ, neq; mutuò ſe ſe afficiant. Quî igitur infractæ conſtituent Temperamentum? quod qualitatem nemo non dicit ex mutua actione, & perpeſſione primarum qualitatum enatam. Agunt verò, & patiuntur ad inuicèm, quæ verè ſunt contraria. Temperamentum igitur non eſt miſti forma, quòd ſi eſſet, tibi non eſſet, qui temperandi facultatem omnem adimis, & formarum præficis aceruum miſto inanimo. Vide quàm bellè probaueris, contineri ab vnica forma, quæ non ſit anima, plures ſubſtantias primas in vniuoco compoſito.

Auc. Hæc obſtant quominùs ſimplicem hanc ſubſtantiam in ſimplici corpore ex Naturæ præceptis ſint admiſſuri. Verùm non leuiora obijcient incommoda calori huic in miſto, quem miſtam ſubſtantiam dicebat auctor, ſeu veriùs compoſitum in miſto. Siquidèm ſubſtantia compoſita in miſtis eſt compoſitum per ſe ſubſiſtens calore vtens, vt inſtrumento.

Elp. Compoſitum quidem omne per ſe ſubſiſtens eſt ſubſtantia compoſita; ſed non conuertitur ſimpliciter apud Logicos huiuſmodi propoſitio vniuerſalis affirmatiua.

Tyr. Aures, mentemq; adhibe. Vel tibi oratio illa vim habet definitionis, & ſic, vel te inuito, reciprocabitur cum ſuo definito;

nito; vel propoſitionis ſyllogiſticæ: huius verò nemo Speculatiuus permittet tibi conuerſionem, quin peruerſionem, quùm verum, & naturaliſſimum ſit hoc aſſertum *Substantia composita est compositum per se subsistens* non minùs quamſi dixeris rationale eſt riſibile. Secùs verò, ſi conuertis omnia peruertis; nõ .n. minùs eſt rationabilitas cauſa riſibilitatis, quã vnio ſubſtantialis formæ, & materiæ, ex quibus conficitur cõpoſita ſubſtantia, cauſa ſubſiſtentiæ. Hinc enunciationes, vt iacent, ſunt per cauſã, conuerſæ nõ niſi à ſigno, ac proindè demonſtrationi potiſſimæ conſtruendæ ineptæ: quæ quũ ſit ſyllogiſmus neceſſariò ſciẽtiam pariens, ex primis, & immediatis cõſtare debet propoſitionibus: eſt verò propoſitio immediata Ariſtot., qua non eſt alia prior. Poſterior igitur, quùm te dictatore, conſtituatur modò cauſa ſuo effectu, proindè impoſſibile erit propoſitionẽ hinc elicere immediatam, aptamque demonſtrationi conſtruendæ. His te redarguunt Logici; ſuccedent, ſi prouocaueris, & Philoſophi. 1. *Reſp.*

Elp. *Nam in miſtis, non omnis compoſita ſubſtantia eſt compoſitum per ſe ſubſiſtens. Etenim tum anima bruti compoſita ſubſtantia eſt ex anima vegetali, & ſenſitiua, quæ tamen per ſe non ſubſiſtit.*

Tyr. Vt probes non omnem compoſitam ſubſtantiam eſſe cõpoſitum, quod ſibi hucùſq; ſuaſit Philoſophica ſimplicitas, illud tentas in miſtis, ſat improſpero euentu; ſiquidèm ſemèl impetas, terq; labaris: primùm quòd miſtis animam ſubſtituas ſenſitiuam, ni tamèn, quòd de te ſuſpicor, & hanc miſtam eſſe credas. Hoc verò neq; te eximit à culpa, quùm de miſto ex elementis nobis ſit inſtituta diſputatio. Secundus lapſus eſt, quùm tu ſupponis animam bruti eſſe *ſubſtantiam compoſitam ex anima vegetali, & ſenſitiua* (Mirum ædepol his te non attexuiſſe *ſenſitricem genericam, & ſpecificam*) quùm tamèn anima bruti ſimplex ſit eſſentia, præcedentis formæ vires eminentèr continens. Tertiò laberis præ turpi contradi-

ctione:

ctione: nàm qui modò animam ſenſitiuam per ſe non ſubſi-
de Sp.v.o. ſtere affirmas, immemorem penitùs te præfers eòrum, quę alibi profeſſus es, ſcilicèt animam ſenſitiuam latitare in cadauere, tanquàm in vaſe, nihil ſubiectę materiæ tribuentem: hoc autèm eſt verè, & per ſe ſubſiſtere, nō ſecusàc ſubſtantię per ſe ſubſiſtentes ſunt, gladius in vagina, vinum in dolio. *Dolo malo* igitur nobiſcum egiſti tu, qui incongrua, falſa, tibique aduerſiſſima in confirmationem tui placiti modò produxi-
Pl. ſti. *Nunc quid fers?*

Elp. An inficias ibis brutum eſſe miſtum? non arbitror.

Tyr. Cui miſtum? malus arbiter, malè arbitratur. Nam plures habet ſenſus tua hęc enunciatio, pleroſq; verò, vel falſos, vel tibi parùm commodos. Brutum non eſt miſtum ex anima, & corpore; tùm quià miſcibilia ſunt ſubſtantiæ compoſitę, vt aliàs te monui, tùm etiā, quòd miſcibilia alterationē pri-
1 de G.C. ùs perpeſsuram ſunt Doctore Ariſtot. vtrumq; verò falſum, & impoſſibile in bruto. Inſupèr brutum, vt ſic, eſt compoſitum ex forma, quę ſimplex tamèn eſt, non miſta, & ex propria materia, quę corpus eſt organicum. Tandèm brutum eſt, & miſtum animatum, verùm in quo nulla ineſt compoſita ſubſtantia vaga, quæ etſi ineſſet, ex tuis placitis per ſe ſubſiſteret; cuius oppoſitum nobis ſuadere nunc tibi erat in votis.

Elp. Tum in miſto inanimato temperamentum eſt habituale, quod est ſubſtantia compoſita ex quatuor elementorum formis, quę ſimiliter nunquam per ſe ſubſiſtit.

Tyr. Minimus error in principio, maximus euadit in progreſſu. Quales verò, quoſue in te experimur, qui maximos commiſiſti in principio? duplicaſti qualitates primas, qualitatem facis ſubſtantiam, eamq;, etſi vniuerſo Philoſophantium cętui ſimplicem, *Nouo tuo Inuentu*, euehis ad compoſitę dignitatem. Quod etſi darentur huiuſmodi *habituales*, quę tamèn

nullibi,

nullibi, prӕterquàm in tua phantaſia inueniuntur, cui inſidet *habitualis peruicacia*, nequeunt tamèn temperamentum aliquod conſtituere, ſed aggregatum, vt aliàs ex me audiſti. Prӕtereà tàm ridiculum eſt formas, prӕcipuè ſubſtantiales, ad inuicèm componi, quàm & miſceri, & temperari. Tibi verò & temperamentum per ſe ſubſiſtit, ſi calor naturalis in cadauere ſubſiſtit, quùm calor ille, & Temperamentum, vt totiès inculcaſti, vnum, idemq; tibi ſint. Percipe ſerò, ni proſpicere datur, mi tenebrio, quòd nullum eſt in tua Schola *Temperamentum habituale*, hoc verò etſi per impoſſibile daretur, per ſe quinetiàm ex tuis placitis ſubſiſteret, quòd modò *perfricta* negabas *fronte*. 1. de G.C. t. 83.

Elp. *Quoniam quum in Elementis inſint qualitates primæ, tum habituales, quæ ſunt eorum formæ ſubſtātiales, differentiæq; conſtitutiuæ, vt nuper oſtendi, tum etiam actuales, quæ ſunt accidentia ſenſibilia, quibus velut inſtrumentis agunt elementa: ſane quando ſimul commiſcentur Elementa, nō ſolum iunguntur illorum corpora, ſeu materiæ ſecundæ, proximæue in vnam miſti materiam propriam, ſed etiam coniunguntur qualitates eorundem, tum habituales, quam actuales: ac profectò quemadmodum ex vnione primarum qualitatum habitualium conſurgit vnum temperamentum, quod eſt forma miſtum conſtituens, quæ in viuente miſto nectens animam corpori, eſt vnum e fundamentis vitæ neceſſarijs, & in miſto inanimato eſt principium, quo primo miſtum operatur ita ex coniunctione quatuor primarum qualitatum accidentalium oritur temperamentum accidentale, quod eſt inſtrumentum deſeruiens temperamento habituali ad miſti functiones promouendas.*

Tyr. *Euripum hominem* quot aderant te fatebantur, necnon inconſtantiæ prototypum. Neue impoſturam dicant dicaculi tui nebulones, ſat prolixam tuam ſeriem tranſcripſi. Audi, meminiſtin te ſuperiùs aſſeruiſſe materiam primam ſubijci

p. 21. Elementis? *Materia vero terra, vt quæ prima eſt &c.* &
p. 39. alibi. *Conſtat apertè ſententiam ponentem calorem in igne, ac aere eſſe formam ſubſtantialem immediate ſuſceptam in materia prima &c.* Cur eſt igitur, quod tu modò elementis tribuas *corpora*, aut *materias ſecundas, proximaſue*? Conſtituebas inſupèr qualitates has tuas elementorum formas ſubſtantiales, non contrarias, ſed priuatiuè oppoſitas, intenſioni, & remiſſioni minimè obnoxias, infractas proindè conuenire primas has quatuor ad miſtionem. Qui verò tu nunc iungi vtrunq; genus qualitatum aſſeueras? & duplicis temperamenti ex æquo euadere illas parentes? quùm tamèn ex *habitualibus*, te doctore, nullum conſurgere poſſit temperamentum? tantumq; abeſt, vt temperamentum illud nectere valeat animam corpori, vt *habituales* illas, *ſcopas*, puta, *diſſolutas*, Lictori priùs vinciendas te commendare, perquam neceſſarium omnes iudicent. Damnent alij tuam inconſtantiam, at ego tuam, pluſquàm, conſtantiam in prauis opinionibus educandis notabo. Miſti forma alia eſt à temperamento, hoc verò nunquàm non accidens, quòd abùndè iàm à me edoctus fuiſti. *In viuente miſto* non *nectit animam corpori*, neq; *vnum eſt è fundamentis vitæ neceſſarijs*, nam purum, putumq; quùm ſit accidens, nequit fundamentum, & vinculum eſſe ſubſtantiæ; tùm quòd nullum intercedat vinculum inter animã, & corpus, tum etiàm quòd poſterius nequeat ſui prioris eſſe cauſa; Quin vita omne quod habet animæ refert acceptum, Doctore Ariſt., quicquid perperàm, nec abſq; contumelia in tantùm Præceptorem tuus quandòq; Therſi-
lib. de Vita. tes effutierit. Neq; verò, quod reris, Temperamentum *in miſto inanimato eſt principium, quo primo miſtum operatur*, ſed quo proximè: nam operatur *primò* per formam ſubſtantialem, quæ non eſt temperamentum, *proximè* verò per temperamentum quatuor qualitatum, quod merum eſt accidens. Quæ tamen ita cautè ſunt accipienda, vt intelligas, non ſemper formam aſcire ſibi auxiliarem; quod animaduertens Galenus plus nimio addictus Temperamento, excogitauit ne-

neſcioquam *totam ſubſtantiam* in Alimento, Pharmaco, Alexipharmaco, & Veneno, diffidens temperamento, ac veritus forsàn ex palynodia, propriæ exiſtimationis labem. Falſum tandèm eſt, quod tu poſtremò poſuiſti in loco, *Temperamentũ accidentale eſſe inſtrumentum deſeruiens temperamento habituali ad miſti functiones promouendas*. Nam præterquamquòd functio eſt animatorum, etſi quæ propria, atq; ſpecifica miſto inanimo, ſit hæc effectus per emanationẽ à forma ſubſtantiali talis miſti, tanquàm ab vnico promotore, immediatè reſultans. Nam functioni lapidis Herculei non incommodat actuale temperamentum, ſiquidèm, & frigidus, calenſq; ex æquo operatur, at nonnullis incommodat adeò, vt oppoſita inducere ſatagat artifex ſenſatus. Satiùs proindè tibi erat *Stylum vertere*, quàm temet euertere, & rem Philoſophicam ſubuertere. Profer ſiquid habes; non enim meliora expecto. *com. in Epid.*

Elp. *Atq; vt omne temperamentum ſiue habituale, ſi actuale ſumatur à calore qui præcipua qualitas eſt cæteras gubernans, & regens, dicitur calor &c.*

Tyr. Ex prolixa, importuna, tibi incommoda, quin erronea recitatione, duo falſa elicis, omne temperamentum ſummi à calore, huncq; eſſe compoſitam ſubſtantiam. Agè rem perpendamus. Quid ambit, Elpenor, tenebroſa hęc tua loquutio? *vt omne Temperamentum, ſiue habituale, ſi actuale ſumatur*. Quid hoc eſt? ditas ne altero *Inuento Artes*, ita vt ſubdiuidas *habituale temperamentum* in *Actuale*, eiuſq; oppoſitũ, à te nondùm explicatum, *Potentiale*: actus enim potentiæ opponitur. At illud memineris parùm hæc congruere ijs, quæ habuiſti in *PROTASI*, quùm *habituales tuas* commendaſti auctoribus, qui *virtuales* ariolantur in elementis qualitates, necnon ſtatuentibus *virtuale temperamentum*. Ariolabor, & ego inſupèr, an illud tibi velis, vt *habituale Temperamentum* in actum prorumpens, dicatur calor: hæc verò

ſat reconditam habent doctrinam, & operoſa egentem indagine, vt Sophiæ cultores vetuſtam excutiant, nouamq; concipiant hanc tuam opinionem in lapide calefacto, mòx ex ſe refrigeſcente; ita vt ſi temperamento tribuendus ſit ille euentus, refrigeratio per ſe tribuenda ſit calori. Quapropter & reditus in propriam naturã aquæ calefactæ fiet a calore, idemq; eodem modo ſe habens eiuſdem reſpectu, erit promotor rei naturalis, & violentæ. Tandèm, vel illud tibi vis, quod modò implicas, & alibi explicas, omne Temperamentum eſſe calidum, hoc verò *Nouum* non modò eſſe *Inuentum* cuncti dijudicarunt, verùm inauditũ, quin inexcogitatum hucùſq; cuiquam ex Senatu Litterario. Quò igitur pleniſſimam huius *Noui Inuenti* tibi aſciſcas gloriam, æquum erat te pluribus fulcire huiuſmodi paradoxon, quòd duplici tentas via, ratione nempè, & auctoritate. Priore quidèm, quoniam calor *præcipua qualitas eſt cæteras gubernans, & regens*. Expecta, ne properes; ſingula priùs mihi enuclea. Quid illud eſt *præcipua qualitas? Calor* ne tibi magis eſt qualitas, quàm reliquæ ſibi compares? At genus æquè prædicatur, & participatur à ſuis ſpeciebus, Erit ne dignior? Verùm ius illud reſeruarunt Sophiæ Emeriti prępollenti in miſto qualitati. Quid, præpollebit ne tibi calor in omni miſto? quod indicaſti, *præcipua qualitas cæteras gubernans, & regens*. Erit igitur omne miſtum calidum, non tantùm ſecundùm dici, verùm, & ſecundùm eſſe, nam *regere, & gubernare*, præpollere eſt. Liberaſti nos equidèm à ſuperfluo labore, vanoq; metu indagandi, & experiundi rerum temperamenta. Valeat Gal. ſuis cum lucubrationibus, atq; obſeruationibus; non enim eſt cur in poſterùm ab Aſterco, Mandragora, Hyoſciamo quicquàm vereamur, quùm ſingula hæc per te calida ſint, & tuæ frigiditati comparata, etiam percalida. Permittam tibi Ariſt. patrocinium, quod in *Noui Inuenti* aduocas ſubſidiũ, ſi remiſeris illud tu, vel ommiſeris, quod ex tali Auctore à *calore dicitur calor*. Nam qui in *Antepradicamentis* particulare *Denominatiuis* deſtinauerat cap., & denominandi

2. de G. Al. c.3.

docue-

docuerat normam, inueriſimile prorsùs eſt talem tantumq; virum illa tradidiſſe, à quibus infans abſtineret, vel audita irrideret. Verumenimuerò his in te concitatus. Ariſtoteles, negat eam ſibi fuiſſe mentem, quìn penitùs dementem, & deploratæ ſpei eum ſe exiſtimare, qui non intelligat locum à te productum, tuam penitùs euertere, ac peſſumdare ſententiam. Nam calor, cuius ille tunc meminit, & qui ſemini præeſt, tantùm abeſt, vt compoſita res ſit ex Elementis, vel ſimplex ſaltèm elementum, vt apertis illud interdixerit verbis. *Sed enim omnis animæ, ſiuè virtus, ſiuè potentia, corpus aliud participare videtur, idq; magis diuinum, quàm ea, quæ Elementa appellantur, verùm prout nobilitate, ignobilitateue animæ inter ſe differunt, ita & natura eius corporis differt. Ineſt enim in ſemine omnium, quod facit, vt fæcunda ſint ſemina, videlicèt quod calor vocatur, idq. non ignis, non talis facultas aliqua eſt &c.* Ac tandèm falſitatis te inſimulans, & incircumſpectionis, concludit. *Cæterum calorem in animalibus contentum, nec ignem eſſe, neq; ab igne originem ducere apertum ex ijs eſt.* Tunc Plautus.

Senex tibi os eſt ſublitum planè, & probè. *in Epid.*

Elp. *Ita ſpeciatim temperamentum habituale, ſeu calor, qui compoſita ſubſtantia rectè dicitur ab Vlyſſe &c.*

Tyr. Quod vanum, falſum, & erroneum fuit in genere, tale deprehendes quinetiàm ſingulis in ſpeciebus, quicquid ſit de communi hoc genere ad ſubſtantiam, & accidens. Neq; tuus *Pſeud-Vlyſſes* rectè dixit *Temperamentum* in ijs, quæ temperari nequeunt, non *habituale*, quoniam omne Temperamentum vniuſmodi eſt, nempè accidens purum, non *calor*, ſed calidum dici meretur. Inſupèr vnicum in vniuerſo eſſet *Temperamentum*, hoc verò quùm illud ſit *quo primo* ex tua doctrina *agit miſtum*, igitur pro ſui modò aget. At caloris eſt calefacere ex Ariſtot., igitur omne miſtum calidum non tantùm eſſet, verùm & calefaceret. Non *eſt quo primo miſtum*

miſtum operatur, nam forma ſubſtantialis eſt qua primò miſtum operatur, non accidentalis, quale eſt omne temperamentum. Formæ enim ſubſtantiales non temperantur, ſibiq; præcipuè vnum fieri nequeunt, niſi aggregatione, velut aceruus, quod vberiùs aliàs audiſti ex me, nunc verò ex

12. *Meta. c.8.* Alexandro monente. *Quæcumq; igitur materialia contactu ſunt vnum, non autẽ cohærentia & vnione, ea ſunt hoc aliquid immaginatione, cui ſimilis ratio in igne, aere, aqua, terraq; intelligi debet.* Tandèm *compoſita ſubſtantia* non rectè dicitur; nam compoſita ſubſtantia eſt compoſitum ex materia, & forma conſtans, quod te docebit vberrimè Ariſt. in Me-

12. *lib.* taphyſicis. Illud verò quod ex materia, & forma conſtat, & ſi ex ſubſtantijs ſubſtantia, non tamèn *natura*, qualis præci-

2. *Phyſ. t.4. 12.* puè forma quælibet ſubſtantialis, ſed *habens naturam, & à natura, vt homo.* Tuam igitur hanc *compoſitam ſubſtantiam* ignorauit Ariſtot., cuius ego ſectari eligo negligentiã, magis quàm obſcuram tui diligentiam. Imponis inſupèr, & eidem Ariſtot., quem in margine citas 2. *de Anima t.* 24.; quùm falſum ſit quicquam enunciaſſe ibi Philoſophum pro *Temperamento* illo *habituali*, vel *calore tuo compoſito*, tantùm abeſt, vt ijs aſſignauerit, quod mala fide nunc inducis, *in miſto inanimato eſt principium, quo primò miſtum operatur.* Verùm tui miſertus Plautus, ait.

Pl. in Pœn. *Nequicquam tibi Fortuna faculam lucrificam icere vult.*

3. *de An. t.37.* *Elp. At in miſto viuente, quum ad animam relatum ſe teneat ex parte materiæ; vt olim e Temiſtio notaui &c.*

Tyr. Suo cum *olim olet homo malo ſuo.* Themiſtius nil vlteriùs habet loco à te producto, quàm quòd mòx audies, ijs quæ *olim*

t.47. effutiſti perquàm infenſum. *Nunc ea, quæ vſq; huc de Anima diximus, capitulatim recenſere placet. Anima quadatenùs omnia eſt. Omnia porrò, aut ſenſibilia, aut intelligibilia ſunt. Scientia, quæ actu ſit, nihil eſt aliud, quam ipſæ res ſcitę, & ſenſus ſimiliter, qui ſit in actu, nihil eſt aliud, quam ipſa ſenſi-*

ſenſibilia. Vt vides nil tuis hæc proficiunt; officiant necne, vix te compotem diudicandi futurum credo. Verùm ſi prouocem ſordidam tuam parſimoniam, quæ me, vel Typographi mendis mendaciſſima impoſtura mancipat, noua inquam liberalitate, nulloq; cogente iure, vt ea admittam, tanquàm rata, quæ ne ſomniauit tunc Themiſtius (etſi ab eodem auctore aliàs audierim ex Protarcho *FORtunatos lapides eſſe* addet Galenus, *& molares*) *Temperamentum*, *ſcilicet ſi tenere ex parte materiæ*; quùm omne quod non eſt forma, & intrinſecum eſt, ad materiam referatur (etſi diſſimules præ tuo artificio graues Claſſicorum de re præſenti controuerſias) quæro cur eſt, vt paralogizes, peruertens propoſitiones, remq; obuertens. Induat temperamentum animæ reſpectu rationem materiæ, quamquàm vt ex me audiſti, purum illud ſit accidens; quid eſt quod tu inſupèr addis? *Materiaq; concedat in inſtrumenti rationem*. An omnis, vel animatorum peculiaris? At inauditum, falſumq; eſt omnem materiam eſſe inſtrumentum. Cui enim artifici ancillaretur? Quodue excogitares ſubiectum priùs ipſa materia, quod inſtrumenti exciperet impreſſiones? An ipſa materia erit ſibimet inſtrumentum? Simplexq; natura diuidetur in partem per ſe mouentem, & per ſe motam? Quòd ſi contrahas tuum effatum ad materiam animati tantùm, cur indefinitam propoſitionem in materia neceſſaria vnico fulcis particulari, eoq; perquàm tibi aduerſiſſimo? Quid eſt, *materiaq; concedit in inſtrumenti rationem*? Audiuimus enim Inſtrumentum referri ad materiam in re facta, non materiam ad inſtrumentum. Æquum verò eſt tuam perpendere probationem non improbabilem tantùm, verùm, & omni probro digniſſimam. 1.Phyſ. t.59.

Elp. Quod anima definiatur eſſe forma corporis naturalis inſtrumentalis.

Tyr. Et hinc deducere te poſſe ſperas, quòd cum corpus ſit materia, & inſtrumentale, materia animati ſit inſtrumentum?

Quid

Quid quæsò ineptius in re clariſſima excogitari poteſt? Eſt ne tibi temperamentum *corpus?* cuius anima futura ſit forma, vel temperamentum eſt inſtrumentale, organicum, ſcilicet? & quod ex diuerſis conſtituatur partibus? vel quod ſuſpicor, quin experior, inſtrumentale tibi idem eſt, quod inſtrumentum? At verò quid ſit corpus inſtrumentale, præ-

2. de An. 4 ter Ariſtot., docuiſſent te Alex., Philoponus, & D. Thom.

2. de An. *Siccinè agis nugas?*

Elp. Iam erit inſtrumentum animæ præcipuum, ac maximè proprium.

Tyr. Doceas quęsò nos imbelles Tyrones hanc inferendi normam. Temperamentum ſe tenet ex parte materiæ, materia concedit in inſtrumenti rationem, igitur temperamentum erit inſtrnmentum præcipuum, & maximè proprium. Colligis ne in concluſione adamuſſim, quæ explicaueras in pręmiſſis, vel vberior eſt concluſio tuis pręmiſſis. Rara ſyllogizandi, & paralogizandi *Licentia*.

Auc. At quomodò dicam ego compoſitum calorem eum, qui nuda eſt qualitas, reſultans ex miſcibilium alteratione?

p. 100. *Elp. Si miſti materia proxima &c.*

Tyr. Vt probes *calorem* tuum *habitualem* eſſe ſubſtantiam compoſitam, has bellas inſtruxiſti probationes. Primam quidèm; *materię ſecundæ elementorum miſcentur*. Quid inde? igitur & formę miſcebantur? Quę illatio hæc eſt? quaue neceſſitate ad hoc compellimur? non alia, quàm ſi dixero, materia eſt potentia forma, igitur eſt potentia. Ea tamen tibi reſeruatur laus, quod abiecta falſa opinione de prima materia immediatè Elementorum formis ſubſtrata, meis monitis reſipueris, & ſecundas materiàs in Elementis agnoueris. Non diſſimilis à præcedenti eſt altera tua probatio, qua

eandem

eandem inſiſtis viam ex miſcibilium alteratione. Miſtum, inquis, eſt ſubſtantia compoſita ex quatuor miſcibilibus alteratis, igitur calor habitualis in miſto eſt ſubſtantia compoſita ex quatuor formis ſubſtantialibus elementorum. Quæ illatio, vel erronea eſt, vel te inconſtantiæ, quin falſitatis redarguit. Dic, quo iure infers ab alteratione ad formam ſubſtantialem? An tibi idem eſt ſubſtantia, & accidens? Alteratio, & generatio? Diſtinguebas tu qualitates primas in *habituales, & actuales*: exemiſti priores à contrarietate, intenſione, & remiſſione, poſteriores verò conflictui credebas obnoxias; vel *habituales* modò deieciſti, illarumq; in ſedes ſubrogaſti *actuales*, vel nulla eſt tua illatio, quin ridicula interrogatio. *Cur tibi dici non poterit calor habitualis in miſto eſſe ſubſtantia compoſita ex quatuor formis ſubſtantialibus elementorum?* Neq; enim ad hoc fatendum adegit nos tuum ratiocinium, neq; veritas me fateri patitur miſceri formas ſubſtantiales, quùm miſtiò ſolis debeatur corporibus; quod ex Alexandro ſuperiùs te monueram.

Auc. Et cui ſola ſubſtat materia inhæſionis.

Elp. Quomodo id probaueris &c. p. 101.

Tyr. Tanquàm operoſa indigeat illud probatione, tecum præſertim, qui totiès faſſus es ex me audiſſe, calorem omnem eſſe accidens in ſimplici, & miſto corpore. At verò accidens, *cuius eſſe eſt alteri ineſſe*, nullam conſtitutionis, verùm ſolius inhæſionis agnoſcit materiã, quæ ſubſtantia eſt compoſita, mecumq; hanc agnoſcunt, quicumq; veſtigijs Ariſtot. inſiſtunt. Dum verò conſueta tua conſtantia diſtinguis *Temperamentum ſubſtantiale à forma, & differentia ſpecifica*, onere iàm me leuaſti, ni tamèn *recentiſſimo Additamento* excogitaris medium quid inter ſubſtantiam, & accidens: hoc verò minimè arduum fore credebant Auditores eximio tuo ingenio, quod præterquàm plurima *Noua Inuenta*, nunc co-

rollarij loco, materiam conſtitutionis tribuit Differentiæ, neglectu forsàn, te conſiliario, antiqua Generis cultura.

Elp. Tu vero non diſtinguens hic temperamentum eſſentiale ab accidentali &c.

Tyr. Tu verò prolixa repetitione nequicquam nos adiges, vt duo conſtituamus eiuſdem rei temperamenta, vel aliud ſit nobis omne Temperamentum, quàm purum accidens; quin vnum tantùm tibi eſt reliquum, *actuale* nempè, quod vltrò fateris eſſe accidens; alterum namq; ex infractis *tuis habitualibus* exurgere impoſſibile. Diſcerpis tu, ò male, (abſq; ira dicam, & ironia pro tuo, *ò bone*) non diſtinguis, & vbi diſtinguendum confundis modum, quo res ſint in ſubiecto, præcipuè verò *Natura*, quòd tamèn luculentèr te monueram ſuperiùs.

Tàm ſatis, quàm numquàm inuenies ſecùs.

Pl. Cap. *Auc. His igitur, ac ſimilibus Peripati fautores excludent calorem à ſubſellio ſubſtantiæ in mistis, & ſimplicibus corporibus.*

Elp Si validiores rationes non habes, certe voti compos minime fies, & calor habitualis te inuito permanebit in ſubſellio ſubſtantia &c.

Tyr. Heus tu

Quidam ait. ignoras te, an vt ignotum dare nobis
Hor. Sat. 3. *verba putas?*

Nemo de ſe ſatis honeſtè, ac ſine multorum inuidia loqui poteſt. Quid verò ego præſtiterim, iudicabit Litterarius Senatus, vterue noſtrum monumenta maiorum ſectetur, inſecteturue. His percitus Vir Conſularis, in te inuehebatur. *Non enim tibi cum* Peripateticis, *ſed cum vniuerſa R.P. Litteraria* in Philip. 1 *bellum eſt. Omnes te Dij, homines, ſummi, medij infimi, ciues, peregrini, viri, mulieres, liberi. ſerui oderunt. Quin tu abis in malam peſtem malumq; cruciatum.* Hæc ille.

Tyr.

Tyr. VENTUM quùm iàm ſit ad calcem cap.
16., cur tantum ſupereſt tibi excharta-
buli, Elpenor?

Elp. *Verum quoniam alio cap. ſubdis nonnulla* p. 101.
de calore natiuo animalium, quæ licet V-
lyſſis opinionem non vellicent, mihi tamen magna ex parte
veritatem lædere videntur; quare monitu Summi Præceptoris 1. eth. c. 6.
eius partes defendere quum debeat Philoſophus, ego nunc in-
dutus talem perſonam, de natiuo animalium calore coctionis
autore diſputationem tecum ſubterfugere non poſſum; & eo
magis quo Epeus ab adoleſcentia calorem concoctionis opifi-
cem tractare ſueui. Age quid ſubnectis de inſito calore ani-
malium oſtendendum?

Tyr. His auditis varij de te ſpargebantur rumores in Conſeſſu
Litterario. Sciſcitabantur nonnulli, quis te promouiſſet no-
uam in Præfecturam? an ve obſignatas produxiſſes publicas
litteras? Perſonatum alij te dicebant Veritatis defenſorem,
vel tuimet depoſitione, *Ego nunc indutus talem perſonam*,
nempè qui dudùm exutus, & nudus, contumeliæ, & ſcurrili-
tati inſeruiſti, quin inienuiſti. At qui pendebant ab ore
Viri, prædicant te præ cæteris Philoſophis conſuluiſſe *veri-* 1. eth. c. 6.
tatis ſaluti, vt qui tàm frequentèr *tuamet confutes*, tibiq;
paſsìm *contradicas*. Interim ego nouo negocio implicitus
(quod ne præuiderim feceras tu, qui aſſeueraſti quandòq;
Cætera quæ proponis in Analyſi, quia nihil ad Vlyßem atti- p. 163.
nent omitto.) hæſitans moneor, teſtimonium non veritati, in calce.
ſed amicitiæ te reddidiſſe. Sat intelleximus, iàmq; non du-
bitamus tuæ cacoethiæ acceſſiſſe quinetiàm malæferiatorum
quorundam impulſum, qui puri, putidiq; quùm ſint Aſini,
& tua quòd portent myſteria, prælonga reſte, dupliciq; fu-
ſte cunctorum votis, ſunt decorandi. Attamèn recuſabam
nouum congreſſum, illud præcipuè cauſatus: quid ego cum

illo differam amplius? quem deniq; credo in pompa vectitatum ire ludis pro Citeria, atq; cum Spectatoribus ſermocionantem. Reclamabant verò officioſi noſtri Promotores illudq; ſeriò quis protulit.

Ter. in Adel. *Verùm nimia illa LICENTIA*
Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Alius verò dicebat.

O quiſquis volet impias
Cædes, aut rabiem tollere ciuicam,
Hor. Od. 24. l. 3. *Si quærat Pater vrbium*
Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat
Refrenare LICENTIAM.

P. Roſ. 2. Tuſ. Vrgebat inſupèr, & nos placidè M. Tullius. Tacere noli vbi oportet, illudq; noris, quòd is, qui alteri exitium parat, eum ſcire oportet ſibi paratam peſtem, vt participet parem. His ego delinitus, atq; ſuaſus, mutato tandèm conſilio rurſùs tecum congredior; at

Breue ſit, quod turpitèr audes.

Cap. XVII.

Anc. INſitum *Animalium calorem abſoluere coctionem, huneq; eſſe ſubſtantiam, & ſenſum afficere.*

Elp. Profectò calorem animalium inſitum, qui temperamentum eorum eſt habituale, vel ſi placet apex eius temperamenti, ſubſtantiam eſſe meus Vlyſſes alibi ſæpe notauit.

Tyr. Vix ſubduxeras Grammaticorum ferulæ ictas manus, pœnaſq; incongruæ, & ridiculæ perſolueras tuæ loquutionis, ridente Litteratorum cætu, quùm mòx antiquos recoquis tuos errores, & ſeueræ te exponis Philoſophātiū *MVLTÆ.* Confirmaſti opinionem, quàm de te, vt audiſti, nonnulli conceperant, nempè quod *perſonatus* hùc acceſſeris verita-

tis

tis Aduocatus, qui falſitati tàm apertè patrocinaris. Agè dic, quam ſubſtãtiam cenſes, cenſuitue tuus Therſit-Vlyſſes futuram *calorem animalium inſitum*? Formam, an compoſitum? Milliès inculcaſti formam. At nobis, quin cunctis rectè ſentientibus, vt audies, eſt ſubſtantia compoſita. Supponis prætereà Temperamentum idem eſſe cum Calore innato, quod tàm verum, quàm quòd Temperamentum ſit ſubſtantia. *Apicem* iàm ad ſummum incircumſpectionis te deueniſſe non dubitant, quicumq; obſeruant totiès monitum te non reſipiſcere, denuòq; vniuſcuiuſq; temperamenti dicere *calorem eſſe apicem:* tanquàm omne Temperamentum ſit calidum, nullæq; in animali futuræ ſint in poſterùm partes frigidæ, humidæ, vel ſiccæ à prædominio. Hinc algent præ tua frigiditate *monimenta maiorum, omnis Sapientiæ ratio, omniſq; doctrina.*

Elp. Sed quomodo tu nunc id aſſerere poſſes, qui nullum calorem ſubſtantiam agnoſcis in elementis, ego quidem non video.

Tyr. Tu qui *cæcior Talpa*, etſi *Lynceum* te vendites, ea neq; diſcernere potis es, quæ vel infans exactè diſtinguet. Iàm prædixi, req; probaui, *Nullum calorem in elementis eſſe ſubſtantiam*, ſed purum accidens, nunc verò aſſeuero, *Inſitum animalium calorem eſſe ſubſtantiam.*

Stultus es

Qui facta infecta facere verbis poſtulas.

Elp. Nam quicquid in animalibus eſt præter animam, quam ſolam Ariſtot. eximit ab elementi natura, id omne prorſus eſt elementare.

Tyr. Arduam aggrederis prouinciam; neq; tibi leuidenſe erit negocium cum Viris elegantiſſimis Fernelio, & Iulio C. Scaligero de formarum prærogatiua in miſto inanimato, quibus

ſe tertium adiungit nouiſſimus, Valerius Martinus Introphyſicus Venetus. Hi namq; abundè te docebunt tales formas ſupra elementorũ conditioné longè, lateq; ſe euchere, ipſiſq; elementis proprias dotes minimè ſe ferre acceptas, Sit illis hæc cura: Aſt ego a te percunctor, quid illud eſt, quod non prouocatus modò impugnas? An non calorem innatũ, qui in animantibus? Cur igitur tua *Veteranitas* (permittet vocem, cui licuit quandòq; *Lentulitas*) inconſulto Præceptore in re tanti momenti, pronuncias, & quæ Ariſtoteli è diametro opponuntur, aſsumit, ſibiq;; haùd nobis ſuadet? Audi Philoſophum ex propoſito rem decernentẽ. *Sed enim omnis anima, ſiue virtus, ſiue poteſtas, corpus aliud participare videtur, idq; magis diuinum, quàm ea; quæ elementa appellantur.* *Corpus* non eſt Anima, & eſt quid præter Animam in Animali, non tamèn ex elementis: neue, quod alij de te ſuſpicantur, credideris animam eſſe huiuſmodi corpus, cauet Ariſt. vt audiſti, audieſq; modò. *Verùmprout nobilitate ignobilitateue animæ inter ſe differunt, ita & natura eius corporis differt.* Præterea ne ignores corpus illud mirabile, quo animæ participant, & quale ſit, vndeue ſui habeat initia, & quæ reſpuat, monet Præceptor admirandus. *Ineſt enim in ſemine omnium, quod facit vt fœcunda ſint ſemina, videlicet quod calor vocatur, idq; non ignis, non talis facultas aliqua eſt, ſed ſpiritus, qui in ſemine, ſpumoſoq; corpore continetur, & natura, quæ in eo ſpiritu eſt proportione reſpondens elemento Stellarum. Quamobrem ignis nullum animal generat, neq; conſtitui quicquam denſis, vel humidis, vel ſiccis videtur. At verò Solis calor, & animalium, non modò, qui ſemine continetur, verùm etiam ſiquid excrementi quamquàm diuerſum à natura, tamèn id quoq; principium habet vitale.* Vt igitur extorrem tuam falſiloquentiam de calore animalium proſcribat Senatus Litterarius è Peripati finibus, ſat erit recolere prolatum olim in te iudicium. *Cęterum calorem in animalibus contentum, nec ignem eſſe, neq; ab igne originem ducere, apertum ex ijs eſt.*

Cic.

2. de G. Al. c. 3.

Mali principij malus finis. *Elp.*

Elp. *Ac revera calor inſitus, qui ſubſtantia eſt in animalibus, nihil eſt aliud, quam temperamentum eorum habituale.*

Tyr. Solet minimus error in principio maximus euadere in progreſſu: verùm tu, & maximum in principio commiſiſti, innatum mancipans calorem elementorum ditioni, reclamante Ariſt. & falſas fouens opiniones, nouum in Philoſophia introducere tentas monſtrum, quòd *calor inſitus animalium ſit Temperamentum.* Adeon hebes tu es, tàmque perſunctoriè Auctorum reuoluis monumenta, vt toties inculcantes, non adhuc fueris aſſequutus, calorem innatum eſſe ſubſtantiã compoſitã non formam, quæcumque ea ſit *Temperamentum*, vel quodcumque tibi finxeris *Temperamentum actuale, vel habituale.* Monuerat te modò apertis verbis Pręceptor, innatum animalium calorem eſſe corpus, ac proindè compoſitam ſubſtãtiam, & quòd deteriùs illud fatetur tuus & Therſites, audi. *In primis quidem Ariſtot. ſenſiſſe vnicuiq; animæ ſublunari corpus informãti adiunctum eſſe corpus quoddam diuinum &c.* Prætereà eiuſdem tractationis lib. 3. cap. 7 hęc habet. *Quia per mortem ab animali ſolus calor, & ſpiritus natiuus à corpore ſegregatur, ſuperſtite in cadauere igne, multa portione aeris, & aqueo elemento in temperatura miſti.* Iàm ne percipis innatum calorem eſſe quid diuerſum à temperatura, & neceſſariò *corpus*, ſi à corpore per mortem non ſecus àc ſpiritus ſegregatur. At repètet necnon illùd & Ariſ. deploratę tuæ inſcitię m incertus. *Sed enim omnis animæ virtus, ſiuè potentia corpus aliud participare videtur. idq; magis diuinum quàm ea quæ elementa appellantur. Verùm prout nobilitate, ignobilitateue animæ inter ſe differunt, ita & natura eius corporis differt. Ineſt enim in ſemine omnium, quod facit, vt fæcunda ſint ſemina, videlicet, quod calor vocatur &c.* Quæ mens fuerit Hippocrati, præterquam plurima Senis teſtimonia in aph. 14. primę ſect. pręcipuè, docebit te Galenus ſat copioſa explicatione, & germana Hippocratici oraculi illius expoſitione. *Qui creſcunt plurimum habent calidi innati &c.* Vbi

2. de G. Al c. 3.

l. 2. de Vita c. 10.

aph. 14.

præter

pręter euidentiam ſæpiùs repetitam, quòd calor innatus ſit ſubſtantia, eaq; compoſita, docet inſupèr, quòd Hipp. non *ad qualitatem, ſed ad ſubſtantiam in præſenti ſermone refert id nomen*: & quòd *paucum, & multum in ſola ſubſtantia quantitate* ſeruatur. Vetuit Conſeſſus Litteratius in re certa noſtram opellam, dùm illum vnanimem intelligerem, atq; ſollicitum duplicis notæ tibi inurendę, *Iuuenis*, nempè *Medici*, & *mali Medici*. Rem audi priuſquàm nouercali nobis miniteris rictu. Septuagenarium te nupèr exponis rei Medicæ faciundę noua in palęſtra, quamquàm vmbratilem, vt audio, commiſeris hucuſq; pugnam, præ hominum prudentia, quibuſcũ verſaris. *Senex* tu, & *Medicus*, neq; apud Logicos eris *Senex Medicus*, nemini verò *bonus Medicus*, neq; Fortunati ægrotantes, ſi qui vnquàm fortuitò tibi committentur. Ius cunctis tu dixiſti in dedicatoria ad tuum Mæcenatem, quẽ tamèn exanimẽ, & lapideum tibi finxiſti. *Quo profectò facillimum eſt intelligere, quam male agatur cum quibuſdam Medicis, aut potius cum ægrotis eorum curæ traditis, qui non rectã eius cognitionem aſſecuti fuerint*. Diſſimulo ineptum tuam Grammaticam, prætereo erroneas tuas opiniones, alteram quod neceſſarium credas Medico fore *innati caloris cognitionem* (quùm tamèn *os*, *& neruum* cognoſcat ille *vſq; ad aliquid* Ariſtot. monitu) alteram verò non cachinnis, verùm & commiſeratione proſequendam, nempè, vt *quicquid opis, quicquid artis in Medicis eſt ad hunc vnum conſeruandum, fouendumq; conferatur*, ignarus tu penitùs, indicationes ſumi ab indicantibus, indicare verò, & res præter naturam, & ſecundùm naturam, illas quidèm ſui ablationem, has verò ſui conſeruationem; quas inter ſuam habet ſedem, etſi non vnicam calor innatus: his verò tandèm reſpondere opera præſtanda à Medico, quæ triplici inſtrũmentorum miniſterio abſoluit. Prætereo hæc, diſſimulo lubens, & volens, tuamq; ſector, non inſector credulitatem, malè agi cum Medicis quibuſdam, aut potiùs cum ægrotis eorum curæ traditis, qui non rectam caloris cognitionem aſſequuti fuerint. Agè dic ſodès,

1. Phyſ.

in Dedic.

tu qui genus innati caloris ignoraſti, formã ſubſtituens accidentalem ſubſtantiæ, & pro compoſita ſubſtantia ſimplicem ſubrogans, illius ne criminis exors eris, an reus? benè tuis ægrotantibus cedet? quos puto, te conſiliario, in hypocauſtum tecum deſcenſuros, ſi quandò refrixerit *Temperamentum* illud tuum *habituale* frigidiſſimum.

Elp. Cæterum calorem hunc abſoluere coctionem, & ſenſum afficere per ſe non tibi dedero.

Tyr. Niſi verò mihi dederis, quod liberè dare in pręſens debueras, cogent te in deditionem humanæ Sapientiæ Proceres, quibus ridicula contigit noua tua hęc hæſitantia. Non dubia ſententia Ariſtot. quandòq; hæc tradiderat. *Eſt itaq; caloris concoctio.* inſupèr, *concoctio igitur eſt perfectio à natura, & proprio calido &c.*, quod non ſemèl, & alibi repetit. Pręmonſtraueram tibi eodem cap., quod modò inanitèr oppugnas, non aliam fuiſſe magno Hippocrati mentem, dum *pro modo innati caloris alimentum, vel plurimum, vel parcius ætatibus aſſignat* 1. aph. 15. Addebam illud, & inſupèr. *Quarè non mirum ſi talibus Præceptoribus oculatiſſimus Galenus vbiq; ſubſcribat, & qui innatum calorem generationis principium, naturalium operum auctorem, alterationumq; omnium ſecundùm naturam, immò naturam noſtram dicere non eſt veritus, huic coctiones omnes, hæmatoſin verò, & Chyloſin iniuncto officio committat.* Vnicum verò eligam teſtimonium ex ijs, quæ tunc produxi, ne in re euidentiſſima comprobanda, tempus modò inutilitèr teram. Eſt verò in Gal. commento ad locum Hipp., vbi ſic habet Pergamenus. *Perindè & concoctiones in dormientibus efficacius quàm in vigilantibus fieri, non ſolùm in ventriculo ingeſtorum ciborum, verùm etiam humorum in Iecore, & venis. corporis abditas ſedes in dormientibus calidiores effici ſignum eſt: cùm à nobis conceſſum, & ſuprà oſtenſum ſit, ingenitum calorem omnium in corpore concoctionum præcipuum eſſe opificem. Ita ſanè, &*

4. Met. 1. de Reſp. P. L. A. 6. 17. 6. epid. c. 4 t. 14.

in libb. aph. memoriæ prodidit de ætatibus, temporibus, & vitæ officijs, vbi ait ventres hyeme &c. Nemo hucuſq; fuit tàm ſtolidus, qui ius caloris in concoctione promouendà controuerterit, ni tamèn tu inſitæ frigiditati nimis addictus, hanc ſubſtituas, opificemq; prædices coctionis *frigiditatem*. Non minori te riſu proſequebantur Auditores, dùm ſenſibilem qualitatem, nempè *tuum* illum *habitualem calorem*, non *per ſe* ſentiri, verùm per accidens miſer, tuearis, haùd proſpiciens futurum illum ex tunc, non per ſe, verùm per accidens ſenſibilem qualitatem primam, os tibi obſtruente Summo Præceptore.

1. de G. C. t. 7.

Elp. Sane caloris inſiti nomine, vel intelligi calorem habitualem, vel actualem, vel ex vtriſq; aggregatum.

Tyr. Ius, faſq; eſt Tyronem portentoſas has calorum ignorare differentias. Non ignoro equidèm actus, & potentiæ nomina; calori hæc applico. *Calor* tuus *actualis* eſt ne actu calor? igitur qui ei opponitur abſte *habitualis*, erit potentia calor: igitur nondùm calor, nullus igitur, nulliſq; muneribus vtilis. Satisfeceram olim tuæ cunctationi, vel percunctationi, quid nempè *inſiti caloris nomine intelligerem*, nec eſt cur tuo exemplo *Cramben toties recoquam*.

Elp. Si habitualem, hic verò ſubſtantia eſt, ſed ſenſum non afficit per ſe &c.

Tyr. Ridiculus profectò es, Elpenor, qui noſti me ſuperiore in diſputatione ex profeſsò exterminaſſe calorem *tuum habitualem*, nunc verò interrogas, num ego per calorem inſitum *habitualeum* intelligam? Men tuæ inconſtantiæ æmulum cenſes? ad rem. Agè, quid tibi vis? Primùm contradicis ſentiri *calorem habitualem*. Quid nobis cum tuo *habituali*? quem tamèn ſenſum neceſſariò laceſſere, & audiſti, & audies in poſterùm. Quòd non ſentiatur, facit per te, *quod*

in Cataſ.

ſit

ſit ſubſtantia. At quæ ſubſtantia? Simplex? forma nempè? Verùm illud memoria recolas, quod aliàs te monui, neq; formam accidentis percipi à ſenſu poſſe, ſed ab intellectu, cuius obiectũ eſt *quidditas* ex D. Thoma. Quin te monuerunt nõ ignobiles Auctores ex Græca gente, ſentiri calidum, non calorem, album, non albedinem, ac proindè compoſitam ſubſtantiam ſubijci ſenſibus, non ſimplicem. Quòd ſi *calor habitualis ſenſum non afficit per ſe*, igitur non erit per ſe inter primas contrarietates. Quid igitur ſomniabat tunc Ariſtot., quùm tradidit. *Quoniam igitur quærimus ſenſibilis corporis principia, hoc autem eſt tangibilis, tangibile autem, cuius eſt ſenſus tactus, manifeſtum quòd non omnes contrarietates corporis formas, & principia faciunt, ſed solùm quæ ſecundùm tactum; ſecundùm contrarietatem enim differunt, & ſecundùm tangibilem contrarietatem*. At neq; dùm expergefactus talia proſequebatur. *Ipſorum autèm tangibilium diuidendum quales primæ differentia*. Hic malè præterijt *calorem habitualem*. *Sunt autem contrarietates ſecundùm tactum, hæc, calidum, frigidum &c.* Non ſomniat Ariſt., verùm tu madidus, Elpenor, caueſis, ne rursùs in præceps miſerè ruas. 2.de G.C. c.7. c.8.

Elp. Neq; calor hic abſoluit coctionem.

Tyr. Alterum quod impugnare tibi proponis, non tàm meum, quàm omnium Sophiæ, & Medicinæ Procerum, eſt, *quòd Inſitus animalium calor abſoluat coctionem*. Anxij expectant omnes probationem mirabilis paradoxi. Age, fare.

Elp. Quoniam quod abſoluit coctionem eſt in ea functione, vel agens adæquatum, vel agens principale, neutrum horum eſt calor habitualis. p.103.

Tyr. Parturient montes, naſcetur ridiculus mus: Hor.Poet.
Quin tuas cuncti irridebant inertiſſimas artes, qui captio-

nibus nos ſeducere, vel Scholas ſubuertere ſperaueris tàm pucrili deceptione. Cur mala fide ſuppreſſiſti *Agens proximum?* quale nemo non credit inſitum calorem. Proſequere tuam probationem, paratum habeo paradoxon. Tunc Plautus.

in Pſeud. *Euge par pari.*

Elp. Non quidem agens adæquatum, quoniam coctionis agens adæquatum eſt aggregatum quid ex anima vegeta, & calore, tam habituali, quam accidentali &c.

Pl. l. c. *Tyr. Mihi commoditates creas.*

Nam vt longum vale dico ineptiſſimo huic aggregato calorũ, ſic pernego calorem inſitum animalium non eſſe agens adæquatum coctionis. Cerno te miris nunc diſtorqueri modis, verùm, & illud, quod minimè credebas à te extorquebo velis, noliſque; nam calor inſitus animaliũ eſt ſubſtantia compoſita, quod ſuperius non dubia Claſſicorum depoſitione audiſti. Neq; ſolùm compoſita ſubſtantia, verùm & animata, ac proindè adæquatum coctionis agens. Quod vt percipias, æquum eſt te noſtra recolere, quæ eodem cap. 17. *Gal. 1. aph. 15. Auerr. 4. Met.* notauimus de caloris motu, & altione ex Galeno, & Auerroe, ni tamèn improbo tuo paradoxo contendas, ali quinetiàm non viuentia. *Inſitus igitur animalium calor abſoluit coctionem*, tanquàm agens proximum, & adæquatum, *eſt ſubſtantia*, nempè compoſita, *& ſenſum afficit*, quæ fuit cap. 17. Rubrica à nobis præfixa, à te verò incaſsùm hucùſq; tentata. Ridens Plautus.

In Stic.

Periiſti in primo prælio
Hercules iſtunc infælicitent cum ſua LICENTIA
Ita meas repleuit aures.

Auc. Fælicioribus dum hæc reſeruamus ingeniis.

Elp. Laudo tuam modeſtiam, ſed in ea requiro ... nonne melius

melius fuiſſet, ſi ab hac meditatione abſtinuiſſes, cui te confiteris imparem?

Tyr. *Probitas ſiquidèm laudatur, & alget.*

Par equidèm erat te non renunciare *ornamento huic omniū pulcherrimo*, & virtuti, quæ *virtutum omnium principium finiſq; eſt*, dicebat neſcioquis, ni tamèn *modeſtiam* relinquas Iuuentuti, tibiq; Seni reſerues *honeſtatem*, nempè in Lupanari tuam *apud Circen*. Audiuimus, & Peluſiotam ſic perorantem. *Ego Modeſtum, & animi maximè præſtantem eum voco, qui cum maximis virtutis muneribus perfungatur, non tantùm ob magnas, & præclaras actiones gloriam affectat, verùm virtutes ſuas ſilentio tegit, nec in proximos inſultat. Vndè etiam à magna quidem, & ſublimi mente ſummiſſionem ad modeſtiam procreari contingit, à praua autem, & vili arrogantiam.* κενόδοξον *autèm, hoc eſt inanis gloriæ morbo laborantem, qui ob ea quæ minimè agit gloriam conſequi cupit. Inſolentem item, qui facit quidèm, ſed eo nomine gloriatur, alioſq; probris afficit.* Dubioprocùl *rem acu tetigit* homo hic. *Camer. cent. 1.*

Auc. *Opificem interim coctionis in animantibus inueſtigemus, ac primùm Summi Philoſophi ductu. Committit ille paſſim, vt dicebamus calori negocium.* *2. cap 3. 3. de P. Al. c. 9.*

Elp. *Ariſtoteli coctio, quæ fit in animalibus ab anima vegetali prouenit, velut ab agente primario &c.*

Tyr. *Quod mihi prædicas vitium, id tibi eſt.* *Pl. in Amph.*

Oportebat mendacem eſſe memorem, præcipuè verò in maximo mendacio. Nam qui tribuiſti calori huic, non coctionem ſolitariam, quæ opus eſt viuentis, velis, noliſue, verùm abſolutè, & *vitam*, haud tantas debueras excitare turbas, vel in accuſationem ruere, ni priùs propria errata emaculaſſes. Non enim ignorare te puto, quòd reprehenſor

Culpa vacare debet. Agno-

in Dedic. Agnoſce tuas merces. *Itaq; tibi dico, ſacroq; libellum De Duplici Calore, cuius quidem beneficio, ſalutariq; vi, non hominum modo, ſed omne viuentium genus viuit: cuius conſeruatione omnem omnium vitam, extinctione mortem omnium Philoſophorum, Medicorumq; conſenſus definiuit &c.*
Pl. in Amph. *Quid nunc vis tibi?* At vitam tibi nihil aliud eſſe audiuimus, quàm *naturalem, & adequatam animæ participationem*
2. de Vita c. 7. *in corpore phyſico inſtrumentali phyſicā permāſionem animæ cum corpore ſecundum ſe ad animam propenſio ſiue potius naturalem coexiſtentiam, vel commercium, ſiue conſortium naturale animæ, & corporis ex ſe ad talem animam propenſionem habentis. Quæ omnia idem penitus ſignificare vidētur.* Malè igitur cohærebit tua doctrina, ſi animæ munera calori nunc tribueris, ni tamèn, quod omnes de te ſuſpicantur, nouo piaculo aſſeueres, animam nil aliud eſſe, prætèr calorem innatum. Habuit profectò & ſuos fautores hæc opinio apud
Hipp. l. de Princ. Gal. pluries. cæcutientes Ethnicos, at quibus illuxit Salutare Sydus, turpiſſimum, atq; execrandum eſt denſiſſimis hiſce in tenebris verſari. Neq; verò opineris, Elpenor, me propriæ defenſionis ſtudio hæc tibi obijcere (ſat enim meam in defenſionem conſpirarunt egregij Coriphæi, vt audiſti ſuperiùs) ſed vt reſipiſcas in poſterùm, vel differas cenſura, & probris laceſſere probos, quouſq; improbam emendaueris tuam doctrinam. Nam quantùm eſt de re propoſita, tàm facilè erit conuincere tuam impoſturam, nempè quòd ego *ſoli calori coctionem commiſerim*, quàm difficilè minimè fuit Procerum teſtimonijs tuam falſitatem detegere, nempè quòd *calor innatus non abſoluat coctiones*. Sat perfunctoriè, vt ſoles, omnia, & noſtra percurriſti, ex quo factum, vt nobis mala fide impoſueris, quòd *ſoli calori* opus coctionis demandemus; quùm tamèn oppoſita euidentiſſimè profiteamur in calce cap. 14.
Ph. Lac. Anal. Tranſcribam, quę tunc ſcripſi, vt omnibus ſit perſpectus animi tui candor. *Ita vt ſi rem ad animalia contrahas, dicam cum Alexandro. Digeſtio eſt perfectio alimenti ab anima*
7. Met. c. t. 71. *per naturalem, ac proprium calorem, vt quod potentia alimentum*

tum

tum eſt, actu fiat. Hauſerat fortè hæc à Præceptore. Nam con- lib. de I.
coctio, per quam alimentum fit animalibus, neq; ſine anima, , S. c. 10.
neq ſine calore eſt, igne enim operantur omnia. Subſiſtam hìc
parumpèr, nec abſq; emolumento. Etenim ſi omnis concoctio ca- 4. de G.
lore efficitur, eoq; proprio, ac naturali, cui naturale eſt, vt di- Al. c. 1.
cebat Albertus, habere in ſe virtutem formatiuam vniuſcuiuſ- 4. Mete. 4.
que naturæ, cuius calor naturalis eſſe dicitur, ita vt tandem
opus eius ſit educere formam de materia, quæ potentia eſt in ip-
ſa, cur inquam tanti Proceres non neceſſariam addunt Ani-
mam. & Naturam? ſi potis eſt huiuſmodi calor, vt cætera præ-
ſtantiora ſic coctionis opera abſoluere. Reſpondeo, primùm id
fieri, vt contradiſtinguat ab artificioſis, quorum forma non
eſt natura, etiam ſi genuino rei vteretur artifex calore; proin-
dè ſemper extrinſeca, & nunquàm coincidens cum efficiente, 2. Phyſ.
& fine quùm tamen ſecùs eueniat in naturalibus, præcipuè ve
rò in coctione, vt mòx dicemus. Secundò tales reqr oppoſuiſſe
præſides, neceſſariæ eruditionis in gratiam. Vt enim ſuſpica-
ri quis iurè potuiſſet. ſi ſolo calori munus tale demandetur, an
hæc abſoluat vt naturalis, vel elementalis, quandò huius quin-
etiam opera illuſtria ſint, atq; neceſſaria, vt notabat. M. Al- 4. Met.
bertus, alterare ſcilicèt, diſſoluere congregare homogenea, diſ-
gregare heterogenea, ſic tantum tribuens vnicæ qualitati in
Philoſophię primordijs, exauctoratam ſuſtollere rursùs vide-
retur inſtrumentariam cauſam, cui tamèn demandare non ve-
rebitur animati generationem in libb. Animalium, confirmatis
iam auſcultantium animis. Quapropter iurè meritò inſtrumen-
to annectit principale agens, calori naturali Animam, & Na-
turam, vt quibus proficiat, nunc inſinuet. Neq; noſtræ eru-
ditioni tantùm conſuluit ſummus Præceptor, ſed & rei naturę,
quam enucleare conatur. Veræ namq; coctioni ſemper aſſiſtit
forma moderans propriũ calorẽ, quùm tamen in miſti genera-
tione, abſens quandòq; committat actiuis negocium: ſemper
verò, vt obſeruauit Alex. Natura in ſingulis eſt principiũ mo-
tus caliditatis eorum. His auditis Plautus in te inuehebatur. l. 3. c. 14.

Næ tu iſtic hodiè malo tuo compoſitis mendacijs in Amph.

Huc

Huc adueniſti audaciæ columen conſuetis dolis.

Elp. Ariſt. autem in duobus locis à te citatis &c.

p. 104. *Tyr.* Quid meridiana in luce caligas? vel tenebras Ariſtotelico iubari irrito conatu offundere ſperas? Valeat tua emendatio, dum pro Sum. 2. c. 3. in margine cit., reſtituis 4. meteor. ſum. 1. c. 3.; cur vnius caracteris ſcrupuloſus emendator, mòx veritati, & Ariſt. phariſaica hypocriſi imponis? quùm tamèn illius mentem iampridèm tibi enucleaſſem in cap. 14., ipſumq; 4. Meteor. cum Magno Alberto vindicaſſem à culpa, qua de cauſa prę poneret diuiſionem coctionis eius definitioni: ſecùs tamèn fieri debebat, ſi genus eſſet vniuocum, vti falsò tu reris. At certo certius eſt, Alberto nomen coctionis *commune quidem eſſe, verùm ad vnum, neq; vniuocè dici diuidentibus, ſed ſecundùm prius, & poſterius*, quod etiam animaduertebat oculatiſſimus Bonamicus. Repetebam, & hæc cap. 19., cui Rubrica. *Animaduerſiones cauſarum, quibus conſiſtit humidum, concoctionem eſſe ab vno, neq; communem pati definitionem.* Vt verò tuæ conſulam inertiæ, repetam & Phy. L. 4. c. 14. in princ. rursùs, quę tunc habui. *Vereor ne qui humidi terminationem illam tam crebrò inculcant, minùs attentè verba obſeruarint Ariſtotelis. Duplicem agnouit ille ſubſtantiarum ordinem, qua coctionem expectant, alterum legittimum, cuius finis eſt natura, atq; forma ſubſtantialis, ſpurium, atq; improprium alterū, qui in ſubiectam quandam formam terminatur. Accidentalem dicam, huiuſmodi namq; formæ ſolę ſternuntur, atq; ſubijciuntur diſponenti ſubſtantiali. Qualis verò ſit hæc forma, explicat, quùm tale fiat, & tantum humidum, quùm nempè humiditas accidentales fuerit conſequuta affectiones, atq; gradus, non mutata eius, quod concoquitur eſſentia. Errant igitur, dum ambabus tribuunt, quod vni debetur.* Grauius erras tu, qui vtrumq; coctionum genus confundens, non diſtinguis alterationem à ſubſtantiali mutatione, qualis nempè eſt coctio, quod abundè cap. 14. probaui ex Ariſt., & Alex.

& Alex., quin ex rei natura. Laberis inſupèr dupliciter, aſſerens *non agere Ariſtotelem de coctione, quæ fit in animantibus, ſed de coctione generatim.* An neſcis genus æquè participari à ſuis ſpeciebus? coctiones verò ſub diuerſis ſunt generibus, atq; prædicamentis, ſi rem tamèn, totiès monitus, calles adhùc, & tenes. At verò, ſi quod aſſeris verùm eſt, agere Ariſtot. de coctione, quæ fit in animantibus, cur eſt igitur, vt ſtatim tibi contradicas, meq; in anguſtias inducere ſperes, prætextu iniuncti officij virtuti huic Elementari? quùm minimè controuerſum ſit, & calorem Elementarem ancillari innato calori, cui inhæret more accidentium, nulluſq; dubio locus ſit reliquus, Summum Naturæ Interpretē, quantùm tractationis patiebantur limites, coctionis opificem ſignificaſſe, quin & innatum calorem digito penè indicaſſe, his repetitis. *φυσίκου, καὶ οἰκέιυ:* mox verò, *καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς τελειώσεως ὑπὸ θερμότητος τῆς οἰκέιας συμβαίνει.* Quid verò genuinum ſubſtantiæ principium eſſe valet, præter ſubſtantiam? ni tamèn malo fato arbitreris, ex non ſubſtantijs ſubſtantiam conflari: Sin diuertis ab hoc offendiculo, ſaltèm depone rogatus, qui calor ſecùm aduehat, iniunctamq; habeat animam, præter innatum?

Elp. *Longè minus tibi confert alter locus recitatus, enim Ariſt. ibi coctionem alimenti refert non in ſolum calorem, vti tu putas, qui ſubſtantia ſit, ſed illum conſiderat duplicem, habitualem, qui ſubſtantia eſt, & actualem, qui accidentis naturam habet, ac vtrumq; in actu coctionis affert, vt inſtrumentum animæ.* p. 105. 3. de P. Al. c. 9.

Tyr. Quo in negocio, non tantùm, quæ debebas ommittis, verùm & plura errata committis. Locus eſt apertiſſimus in Ariſt., omniumq; in ore, vbi Philoſophus coctionis officiũ calori demandat. *πέτlει δὲ ἡ θερμότης. Calor autem concoquit.* Quo fato duceris tu, vt ea tranſcribas verba eiuſdem cap. ſat longa ſerie? *Tangitur in omnibus à Iecore*, vſq; ad l. c. circa m.

Ccc illa,

illa, *aut ſeuum; in ijs quæ ſeuo opimantur*. Quorum in productione tuam prodis, vel incuriam, vel malitiam; etenim aut diſſimulaſti apertiſſimam Ariſtot. ſententiam, vt ſubſtitueres, quæ nihil ad rem faciunt, fucum incautis Auditoribus facturus, aut tæduit tot negocijs implicitum, & ocio minimè abundantem, vſq; ad medium, 9. illud cap. percurrere: Grauiora, quæ committis errata, hæc ſunt; quòd Ariſt. loco adducto, non referat in *ſolum calorem*. Prima dictio te falſarium, quod nupèr probaui, ſecunda falſum te commoſtrat. Quæ enim euidentior eſt ſententia in Ariſt.? *Calor autèm concoquit*. Dum pergis, grauiùs & ruis, imponens Præceptori, quòd conſideret *Duplicem calorem, ac vtrumq; in actu coctionis afferat, vt instrumenta animę*. Falſa omnia, præterq; Ariſtot. mentem qui vnius tantùm caloris meminit in loc. cit., at verò *tuo habituali*, ne per ſomnium fauit, quod expertus fuiſti in exordio noſtræ diſputationis, dum iacta tela in temet contorquerem.

3. de An. t.48. *Elp. Putaſne Philoſophum putare calorem hunc eam coctionem moliri non vt inſtrumentum animæ, ſed virtute propria &c.*

Tyr. Siccine repetita cantilena diſtrahere putaſti animos Auditorum intentos in *duplicem calorem?* cui demandaſſe modò dicebas opus coctionis Summum Præceptorem. Quem locum aſſignet ille calori in concoctione promonenda videre tibi erat in propatulo, ni ocio abutens, progreſſus vſq; fuiſſes ad cont. 50. *Eſt autem id quo alitur duplex, ſicut, & quo gubernatur, & manus, & temo. Hoc quidem, quod mouet, & quod mouetur, illud autèm, quod mouet ſolùm. Omne autem alimentum neceſſarium eſt concoqui poſſe, operatur autèm concoctionem calidum, vndè omne animatum habet calorem* (non calores) *non mouetur tantùm*, ſed & mouet, *non triplex*, ſed duplex eſt id quò. Malè proinde ſit tuis negocijs. *in Dial. Mulc. p.*

Elp. Deinde verò dum Ariſt. aſſerit in concoctis humidis nonnihil

hil caloris, qui effecit relinqui, de quo calore tibi loquitur? ſi de habituali, qui ſubſtantia eſt &c.

Tyr. Cur refricas *tuum habitualem?* adeon immemor es, vt quocum modò ſit tibi diſputatio penitùs exciderit? quidue noſtra controuertat diſputatio? Cur inquam illud petis, quod controuerſum? quin exploſum, deiectum, reiectūq; ſi ſapis & ſentis. Vt verò mirabili tuò dilemmati ſatisfaciam, reſpondeo calorem, qui ſuperſtes dicitur à Philoſopho in combuſtis, & ijs, quæ in viuente coctionem experiuntur, non eſſe nudam formam, verùm ſubſtantiam compoſitam; in combuſtis quidem ignem, quod Ariſtot. nunc inſinuat, dicens, *Vt enim in cōbuſtis ſiccis, velut cinere aliquid ignis relinquitur.* In viuentibus autem irrepit in alimentum calor innatus, qui coctionis eſt parens, necnon compoſita ſubſtantia, prout toties ex me audiſti. Nouum non erit ijs, qui in Peripatetica Schola ſpatiantur, ea quæ coctionem perpeſſa ſunt vitalem hunc non tantū adipiſci calorem, verùm & excrementis communicari, quæ toto genere, vt inquiunt Medici, ſunt præter naturam. Sic monuerat quandòq; Ariſtot. *At verò Solis calor, & animalium*, quod ſuperiùs dixerat *corpus, non modò, qui ſemine continetur*, ſemen verò res eſt planè concocta, ſolaq; redundantia excrementum, *verùm etiam ſi quid excrementi, quamquàm diuerſum à natura, tamen id quoq; principum habet vitale.* Ex quo apparet quàm puerilis ſit tua illatio *in corporibus mixtis inanimatis fore calorem ſubſtantiam*, quùm cōpoſitum à ſimplici non adhùc diſtinguas, calorem inquilinum ab aduena. Sanguis namq;, qui tibi inanimatus (qua de re negocium tibi erit cum Noa, Moſe, & noſtris Theologis) quodammodò per ſe calidus, quodammodò non per ſe calidus eſt Ariſtoteli. Tunc Plautus.

l.c.

2. de G. Al. c. 3.

Quin nihil vnquàm inuenies magis hoc certo certius. in Amph.

Elp. Ego verò cenſeo Philoſophum ibi loquutum de vtroque calore &c. p. 106.

Tyr. Tanti verò non eſt apud nos tua *cenſura*, neq; *Cenſor*, vt tuis ſubſcribamus coacti figmentis. Qui enim de vtroq; elementali calore loqui potuit is, qui vnicum conſtanti ſententia in elementa ſemper agnouit calorem? quod & diſputationis in exordio experti ſumus, modòq; experimur in loco Ariſt. perperàm à te adducto. Non eſt tamèn quòd negligas plauſum Spectatorum, qui tuam celebrant dexteritatem, dum onere tandèm leuaueris *habitualem tuum calorem* producendi perpetuò emanationis nixu *actualem calorem*, verùm *actuali* nouam *actualis* generationem, ſumma prouidentia, nunc committas. Pro plauſu, gratia ſi qua illis debetur, hanc referes; vt explices anxijs reconditum ſequens tuum oraculum

Virg. *Ipſa canas.*

p. 107. *Elp. Pariter anima vtens calore habituali; & actuali Iecoris in ſecunda coctione, producit conſimilem calorem habitualem, & actualem in ſanguine in quo calor vterq; iecorarij conſimili poſt coctionem remanet in ſanguine.*

Tyr. Quibus *Iecorarijs*? quidue tibi ſunt *Iecoraria*? *Iecoroſum* Latini norunt, ignorant verò penitùs nouam tuam hanc vocem. Forsàn dicere voluiſti, *in quo calor vterq; Iecoroſis conſimili*. Papè, caue ferulam. *In quo*? credo in ſanguine; at quid *poſt coctionem remanet in ſanguine*? Mirabilis tautologia, vel antilogia. Nam qui dixiſti *calorem habitualem* apicem temperamenti, & vltimam diſpoſitionem ad recipiendam animam, cur negas, vel negare potes ex tuis principijs, ſanguinem eſſe animatum, quùm *habituali* per te Iecoris perfruatur *calore*? An inter vltimam diſpoſitionem, & formam intercedet tempus? Vltimò igitur diſpoſitus ſanguis ad animam, iam eſt animatus, etſi diſpoſitio, & forma differunt inter ſe natura. Reliqua tua ſat iàm confutauimus, vel ſemet confutant, atque perimunt *ophiogenæ prolis* in morem.

Auc. Forſanq: præſcius futuræ difficultatis, dùm coctionem

certis

certis vallat limitibus, auctorem agnoſcit, non eum calorem, qui ſimpliciter accidens eſt, vel per modum ſe habet accidentis, ſed intrinſecum, atq; domeſticum, licet hæc poſſint eſſe typographi menda.

Elp. Potius exulant à litteris Græcis abſtè deſcriptis accentus acuti, ſpiritusq; , ac lex omnis ortographica &c. p. 108.

Tyr. Cur igitur ſequitur tua pædagogica petulantia? ſi, quod fateris, *poſſunt Typographi eſſe menda*. An bellum, vt ærumnam Typographis, & Bibliopolis indixiſti? Noſter verò præ ſua modeſtia fatetur, irrepſiſſe menda, quin quotidiè irrepere, vel in lucubrationibus vernacula lingua conſcriptis, quæ & ſuam, & Correctoris effugiunt aciem, ita vt appoſitiſſimè dixerit neſcio, quis ex recentioribus, fore octauum Mundi Miraculum noſtra ętate, librum abſq; erratis. Neq; adeò Lynceeus tu illi videris, quamquàm plerùmq; conſpurces atramento paginas typis iàm iàm impreſſas, vt mendis tua non ſcateant. Obſeruat frequentes, ſi Latinè, frequentiſſimus ſi græcè ſcribas, quin potiùs tranſcribas. Poterat ille par pro pari, referre plurima in tuo primo Dialogo notans, quæ Græcis ſtomachum fecerunt, & ortographiæ leges verè laceſſebant, magis quàm fortuita accentuum tranſpoſitio (in quibus tamèn non ſtat *lex omnis ortographica*, vti falsò cenſes, quin peſſimè, & latinè ſcripturiens obſeruas) quam tua inexorabilis maledicentia modò *carpit, & carpitur vnà*.

Elp. Cæterum in tuis dictis tria notanda, vel potius euitanda ſunt abſurda. Primum eſt, quod calorem intrinſecum, atq; domeſticum ais non poſſe eſſe accidens: nonne calor actualis, qui qualitas eſt ſenſibilis, & ſuſcipit magis, & minus, purum putumq; accidens eſt? Nonne domeſticus eſt igni, & ſanguini, cordi, cæteriſq; partibus animalium? id nemo negauerit Philoſophiæ, ac Medicinæ initiatus. p. 109.

Tyr. Frequens hæc tua principij petitio, tuam prodit inertiā,

Elpe-

Elpenor; neq; enim *Igni, & ſanguini* calor ſimplicitèr, qui ſempèr accidens, *internus* eſſe valet, atq; domeſticus: neq; inſupèr encomio proprio, non tranſlatitio exornabitur vlli *Philoſophiæ, ac Medicinæ initiato.*

Elp. Secundum eſt quod opus coctionis ais demandari calori animalium, qui eſt ſubſtantia &c.

Tyr. Neq; tua battologia adiget me, vt rurſùs eadem producam in veri dogmatis defenſionem, inq; tuorum conatuum deriſionem, quæ ſuperiùs habui, dum locum eundem 4. Meteo. tibi deuio explicarem. Illinc pete notitiam, qui calor abſoluat coctionem, quaſue partes elementalis exerceat. Pudet ne te ſubſtantiali mutationi præficere accidens? At noſti, & ab Ariſt., & à me neruoſa diſputatione monitus, quiñ & fateris modò, quod *forma ſubſtantialis eſt finis coctionis.* Qua conſtantia hæc proferas, nihil moror, qui ſu-
p. 108. periùs ſolam congregationem, & ſegregationem excremen torum agnoſcebas in coctione, non ſecusàc, qui tribuas im-
p. 110. mediatè agendi munera calori, & *Temperamento tuo habituali* (hæ verò tibi ſubſtantiæ dicuntur). Tandē ſolo actuali committis ſegregationem, atq; eximis ab omni agendi munere habitualem. *Coctionem cenſemus eſſe functionem vtriuſq; caloris, tum accidentarij, quo ſegregantur excrementa diſponiturq; materia, quam ſubſtantialis, quo in materia introducitur forma ſubſtantialis, quæ eſt finis coctionis.* Neq; Vertumnus, ædepòl in tot ſe verteret facies.

Anc. Talem nobis aphoriſticè deſignare coctionum opificem vi-
1. aph. 15. *ſus eſt Magnus Hipp., dum pro modò innati caloris alimentū, vel plurimum, vel parcius ætatibus aſſignat.*

Elp. Hipp. obſeruatu Galeni caloris innati nomine locis à te citatis vtrumq; calorem deſignat &c.

Tyr.

Tyr. Hipp. dum copiæ,vel inopiæ,innati caloris meminit pro anni, & animalis ætate,ſolam caloris innati ſubſtantiam reſpicit. Quin ſi credis Galeno lib. cit., impropria loquutione vteretur Cous, ſi plus, minuſue qualitati aptaret. *Nonnunquàm verò, non ad ſubſtantiæ multitudinem ſermonem referentis, ſed ad qualitatem ſolam, huic quidem alicui dicimus plus calori ineſſe, huic verò minus: ſicuti ſi ex duobus labris parem prorſus magnitudinem habentibus, alterum,quod calidius eſſet plus habere caloris diceremus, alterum, quod frigidius minus. Non tantùm propriè verbo plus vteremur in hoc loco. Melius enim eſt magis, & minus, vehementius, ac debilius, omniaq; eiuſcemodi vocabula qualitatibus accomodata, paucum verò, & multum in ſola ſubſtantiæ quantitate ſeruare.* At verò Gal. tua impoſtura excitus, oleum, & operam rursùs tecum perdere decreuit, ne tibi indictum quandòq; dixeris. *Aduertere igitur oportet æquiuocationes, & conſiderare quid ſibi velit ſemper vnaquæq. dictio dicentis. Si enim in altero ſignificato nomen protulerit, nos verò in alio accipientes ſermonem redarguimus, non alium, qui protulit (ſi verùm fateri volumus) ſed noſtram potiùs exiſtimationem redarguimus, qui nonnulli proculdubio faciunt hoc in loco qui Hippocrati ſtudent contradicere. Nam ad qualitatem nomen caloris transferentes, conantur oſtendere, hanc eſſe vehemẽtiorem ijs quod in ætatis vigore conſiſtunt.* Quod familiaris tibi *Lycus* conuincere perperàm nitebatur, tibiq; fateri neceſſe foret, ſi intenſam caloris qualitatem acciperet modò Hipp.. Tandèm nota veram Galeni ſententiam de Calore Hippocratico. *Verùm Hipp., non ad qualitatem, ſed ad ſubſtantiam in præſenti ſermone refert id nomen.* Ridens Plautus interrogabat. *c.14.* *in Cap.*

Dic bona fide tu nobis *iſthæc verba dixiſti?*

Elp. Quod vterq; neceſſarius plane ſit ad alimenti coctionem, & animantis nutricationem.

Tyr. Tanquam benè ceſſerit prior impoſtura, nouam exomaſti

ſti modò: quùm tamèn nullibi Gal. vel Hipp. *duplicis tui caloris* meminerint, *actualis, & habitualis*, vel coctionis functionem alio calori, præterquàm innato, vnquàm demandarint;
c.14.cit. ei inquam, qui ſubſtantia eſt, & ex ſubſtantijs. Refugiet ne in profundum ſolitaria illa qualitas? ibiq; ſe ipſam recolliget, poſteà verò ad exteriora remeabit multò quàpriùs facta fortior? An ex tribus illis corporibus, quæ Archigonòn, hoc eſt *primogenium*, vt vertit N. Leonicenus, detur tibi *primigenium*, noſtram ſubſtantiam compleuerunt, ſpiritus, ſanguis, & ſeminalis humiditas, duo ad interiora refugiunt, ſeq; recolligunt, ſpiritus nempè vnà cum ſanguine? Debentur nè tuæ illi qualitati, quæ tribuit Galenus encomia innato calori in præſenti contextu? *Neq; enim aliud quicquam animal ab initio affirmauit, ſicuti neq. rurſus adauxit, aut vſq; ad mortem enutriuit, præterquàm iſte calor innatus, de quo nunc habetur ſermo. Hic igitur cum ſit omnium operum naturalium cauſa, quia copioſior eſt hyberno tempore, idcirco cibi appetentiam intendit, coctiones auget, & plus ſanguinis accumulat, & craſſius corpus efficit, & vt ſuperfluitates excernantur prouidentiam habet.* Poteris ne tu dubitationi à Galeno excitatæ ſatisfacere? de maiori euacuatione, quæ fit hyeme per tranſpiratum, ob innati caloris augmentum? quùm tamèn mitior tunc ſit innatus ca-
3. de C. Pul. c. 6. lor, quam æſtate. An æquum erat ardente Syrio aſtro naturæ opera fortiora fieri? quùm innati caloris qualitas ferueſcat; quin & febricitantium corpora egregiè coctiones abſoluere? quod tamèn falſum, & erroneum omnes fatentur. Tàm hebes eris, vt qualitatem dicas gubernantem nos facultatem? & qualitatem nutriri, & verè augeri. At hæc omnia Gal. in cit. com. tribuit innato calori, qui ſi ex æquo dicitur de ſubſtantia, & de qualitate, vti tu reris, ex æquo quinetiã illa obibit munera: quùm tamèn nullo pacto admittendus ſit gubernationis, vel functionum illarum in partes. Repetet non inuitus Gal., quæ tunc ſeriò monuerat. *Nam ſi conſideraueris, vt corpora noſtra paucum habentia ſanguinem Autumni*
tem-

tempore, atq; extenuata, ſuſcipiens hyems bonis implet humoribus, & craſſiora efficit, percipies, puto, nos gubernantis robur facultatis, quæ eſt calor innatus. Verùm niſi hic abundans habeat, quo fruatur alimentum, priùs ipſe à circunſtante frigore ſuperabitur, tum ab eo, qui extrinſecùs ingruit, quã ab illo, qui per inſpirationem attrahitur: cum ipſo verò, & coctio ciborũ debilitabitur, & boni ſanguinis generatio, & partium animalis enutritio, & ſuperfluitatum vacuatio. Si verò tantum abundè habuerit alimentum, quantum poteſt euincere, & ipſe magis augebitur, & omnia, quæ anteà diximus circa corpus animalis perficiet. Parùm igitur attentum in Hippocratica, & Galenica lectione, quinimò non diù verſatum fatebantur te omnes, qui poteras totiès à Galeno monitus, graues declinare errores.

Elp. Omnium ætatum minime ieiunium ferre poſſe pueros, ait, ob caloris innati, qui ſubſtantia eſt, multitudinem.

Tyr. Anceps eram, an tutè hæc exaraſſes, an verò irrepſiſſent præ incuria: quùm tãdèm admonuit me neſcioquis, te hùc aduolaſſe *Veritatis Defenſorẽ*, hinc fieri, vt *tua confutes*, mea confirmes, *tibiq;* egregiè *contradicas*, quæ partes erant cõſulẽtis *Veritatis Saluti* ex Præceptoris teſtimonio. Tempus erat, vt noſſes iàm, atq; fatereris, innatum calorem eſſe ſubſtantiam, eamq; non formam ſubſtantialem, verùm cõpoſitum ex propria materia, & forma coeuntibus in animati corporis cõſtitutionẽ. Hoc dum perfungeris pro veritate officio, egregiè tua deſtruis, quæ ſuperiùs tradidiſti: ſin ſecùs, noſcas, quod tua 1. *aph.*

Neſcit vox miſſa reuerti.

dum enim ſubſcribis Galeno, illa habes, *ob innati caloris, qui ſubſtantia eſt multitudinem*. Verùm ille te edocuit *multitudinem*, ſubſtantiæ compoſitæ deberi: quam verò multitudinem, vel paucitatem finges in forma ſubſtantiali? Benè igitur ſit tibi, qui ridiculę renuncians priori ſententiæ, ſubſcribis modò Hippocrati, & Galeno ſtatuentibus, calorem 1. *aph.*

Ddd inna-

innatum eſſe ſubſtantiam compoſitam, non formam ſubſtantialem, vel accidentalem, quod hucùſq; credidiſti, incuria potiùs, quam homonymia deluſus.

Elp. *Ac præſertim qui ſunt viuidiores, quod habeant, inquit Galenus calorem validiorem, is autem eſt calor innatus, qui qualitas eſt, & omnino accidens, ſiue temperamentū accidentale.*

Tyr. Tàm citò vicem mutaſti? ex Propugnatore factus veritatis oppugnator. Idem eſt ne tibi qualitas; & Temperamentum? Vel quî poteſt Temperamentum, quod te fatente eſt accidens, *eſſe omnino accidens?* niſi ſit accidens, quod dicunt per accidens, non eſſentiale accidens, fluens nempè immediatè ab eſſentia; quod tibi ſuperiùs placuit, forsànq; in
p.112. poſterùm placebit. Detur hoc tuæ conſtantiæ; Interìm dic nobis, quo iure calorem hunc, qui tibi qualitas, vel Temperamentum, & omninò accidens, *innatum* dicas, intrinſecum, & proprium? Quamquàm verò liceat tibi impunè intra domeſticos deſipere parietes, haùd patietur tamèn Litterarius Conſeſſus te Patronum accire Galenum tuæ impoſturæ, tanquàm viuidiori calore præditos pueros Hipp. dixerit, credideritue eos, qui innati caloris qualitate, & accidente redundant; hincq; tibi licere calorem innatum accidens aſtruere. Pugnant hæc cum Hipp.; Galenoq;, quin tecummet; quod tamèn, neq; nouum, neq; infrequens. Non eſt cur de Hipp., & Gal. mente dubites, nam pro caloris eiuſdem modo, facilè, difficilèq; ferre ieiunium ætatibus aſſignant: quin inter eos, qui eadem ætate perfruuntur, hos ieiunij minùs patientes eſſe monent, qui vegetioris caloris præferunt indicia. Nonne audis eandem ſempèr ſeruari proportionem caloris, & eiuſdem ſpecie caloris? Quis malus te Genius adegit, vt crederes, quod nemò credidit hucùſq;, neq; ſibi ſuaſit, Hippocratem, nempè, eiuſq; fidiſſimum aſſeclam Galenū in enumeratis ætatibus, Senili, Conſiſtente Adoleſcente, Puerili, loquutos fuiſſe de calore ſubſtantia, at in pueris viuidiſſi-

diſſimis de calore qualitate? Par erat, vt tu, qui enormi monſtro obſtreticantem inducere tentabas Galenum, huius mentem exactè priùs fuiſſe rimatum. Nam qui te monuerat Hippocratem *aph.* 14. *cauſam reddere aph.* 13. in òxq; in commento aph. 14. poſt egregiam diſtinctionem vocum *plurimum calidi innati*, quæ propriè ad ſubſtantiam, per abuſum ad qualitatem transferuntur, non dubia ſententia hæc docuerat. *Verùm Hipp. non ad qualitatem, ſed ad ſubſtantiā in præſenti ſermone refert id nomen*; dubioprocùl, ni molaris ne dicam lapideus tunc fuiſſes, intelligere poteras vbique de calore ſubſtantia agere Hippocratem, vel Pergameni à te producti iudicio. Quinimò vt hoc, & habeas ſuperpondij loco idemmet Galenus com. ad aph. 15. in calce ſub littera G. (hoc enim indico tuis conſulens negocijs) medium profert, quo vniuerſam demonſtrare queas Senis ſententiam. Audi, & nota. *Semper enim oportet alimenta eſſe innati caloris multitudini proportionalia*. Accedit inſupèr, quòd tu Punica, ne dicam patria fide, Græca ſcilicèt, à Græco Galeno extorqueas, quin pudenda impoſtura temet potiùs torqueas, vt calorem innatum deprimas ad ima qualitatum ſubſellia. Habes tu, *viuidiores, quod habeant, inquit Galenus, calorem validiorem, is autem eſt calor innatus, qui qualitas eſt, & omnino accidens, ſiue temperamentum accidentale &c.* quùm tamèn ſecùs iaceat cont. *Cum verò, inquit, præſertim, qui ſunt inter ipſos viuidiores, naturarum differentias manifeſtat. Ex pueris enim, qui calorem innatum validiorem admodùm habent, ij promptiores ſunt ad cibos aſſumendos, & ipſos magis poſſunt concoquere, etſi non aſſūpſerunt, plus offenduntur.* In quibus, præterquāquòd, ne gry quidèm de calore innato *qualitate, accidente, vel temperamento accidentali* (quod onus tibi ex condicto debebatur) ea profert Galenus, quæ tuam longè, eliminant ſententiam. *Nam qui promptiores ſunt ad cibos aſſumendos, & ipſos magis poſſunt concoquere*, non ij ſunt, in quibus *caloris qualitats* excedit, quinimò vtriſq; functionibus è diametrò

illa opponitur. Audi Gal. de inappetentiæ cauſa ex propo-
1. de S. C. c. 1. ſito differentem. *Non eſuriendi verò continens in primis cauſa eſt caliditas, vt quæ ſolida corpora laxãdo reſoluat, atq; ad tractum imbecilliora reddat, liquida liquando ampliùs ex-*
2. de T. V. c. 6. *tendat.* Decoctione verò. *Velut hominibus quibuſdam, qui calorem natiuum habent non humidum, neq; benè temperatũ, ſed ſqualidum, atq; igneum: ijs enim, quoniam, quæ alij facil limè concoquunt, facilè alterata ea corrumpunt, ructuſq; eis*
3. de C. P. c. 6. *accidunt omninò nidorulenti.* Accerſitus Galenus opportunè illud depoſuit, rurſùſq; tibi inculcauit. *Neq; enim ille abſolutè dixit, quæ augentur plurimum habere calidi, ſed innati addidit, vt qui alterum ſciret calorem acquiſititium eſſe, quod plurimum iuuenibus ſuppeditat: nam temperatus eſt natiuus calor* (nota vaniloque) *acquiſititius autem intemperatus, & quaſi igneus eſt. Sic etiam ventres, inquit, hyeme, & vere calidiſſimi natura ſunt. Immò ne hi quidem calidiſſimi abſolutè, ſed calore natiuo: æſtate pauciſſimum hunc habent, abundant verò aduentitio calore, & ſqualido, qui colliquat potiùs, quam nutriat corpus. Præterea, functiones, tantùm abeſt, vt meliores reddat, vt illæ ne æquent quidem illas, quæ in moderato obeuntur.* Neq; aliam ſuppleſſit
c. 14. Pergamenus auream particulam *Salubris verò eius qualitas in pueris exquiſita habetur, ſicuti plures eorum, qui in ætatis vigore conſiſtunt, inuenire contingit calorem habentes mordacem, & non ampliùs humidum, aut vaporoſum, neq; aereum.* Vbi nunc illa validior qualitas in pueris? vel qui poteſt validior fieri, quæ humore hebeſcit. Hæc tu, neq; à Galeno totiès monitus, adhùc retinuiſti, quin illi, & Hippoc. cõtradicendi ſola ambitione aduerſarium te ſtatuis. Quòd ſi intenſiſſimâ caloris qualitas, & appetentiores, & coctionibus abſoluendis aptiores, ac demùm functionibus quibuſq; naturalibus præſertim, homines redderet, febricitãtes (quod ſuperiùs tibi objiciebã) munera hæc egregiè exercerent; quùm tamèn & malè appetant, peſſimè concoquant, cæteraq; officia ægerrimè abſoluant, quod experieris tu vix Nouus Medicus, ſi

Cor-

Cornicis annos tibi fata dabunt. Eliminabit in poſterùm tuam hanc de intenſiſſima caloris qualitate credulitatem, ipſe Galenus, qui docebit qualis ſit, quæue qualitas illa in pueris, ni tamèn antiquam adhùc ſeruas, Elpenor, ſenſuum hebetudinem. Notabo hìc (quòd tamèn tecum ſuperuacaneum) tuam ſcilicèt inconſtantiam, nam qui mordicùs tuebaris *Temperamentum habituale* eſſe ſubſtantiam, hincq; emanare ſingulas functiones, illud modò acceptum refers *qualitati*, *accidenti*, *temperamento accidentali*, haùd veritus ijs demandare appetentiam, & concoctionem in viuidioribus pueris. At verò te malum Galeni ſectarium, diſtractumq; calonem, vel hæc te demonſtrant, quandoquidèm ille examinans partium temperaturas, à quibus fluunt operationes, audaciam, & ad actiones naturam promptam, calidiori corporis temperaturę refert acceptam. *Magna verò ex parte calida cordis temperatura vniuerſum corpus calidum reddit*. Habes iàm, quòd Hipp., quòd Gal. ſentiant; quantùm verò diſſentias tu à Coriphæis, à temet, quin à veritate, cuius te perperàm iactaſti *Patronum*, notum iàm eſt *lippis*, *atq; tonſoribus*. Perge, agè. *Art Med c.29.33.*

Elp. Nam in habituali non diſſident inter ſe pueri.

Tyr. Dubioprocùl tua hæc ſunt, non Galeni; *eiuſdem* nempè cum ſuperioribus *farina*. Si *calor habitualis* tibi eſt forma miſti ſubſtantialis, calore verò hoc, vel Caſcus frigidiſſimus non deſtituitur, quouſq; impuram exhalet animam, non diſſidebunt inter ſe, neq; Pueri, neq; Senes: cuius tamèn oppoſitum profiteri te cum Hipp., & Gal. ſimulas. Qui verò ridiculus inconcinna, inconſtantiq; doctrina nobis modò es, magis deridendus vnctis videbaris, quũ tàm hebes, vel vtraque acie, ſis, vt non dignóſcas diuerſa puerorum temperamenta, vel miſcibilium portiones, magno puerorum, qui tuę curę committuntur, *Infortunio*. Galenus, à quo perperàm mendicas modò auxiliares copias, fatetur puerile corpus multùm *c.14.*
in

in ſe ipſo continere aereę, atq; aquoſę ſubſtantię. Dic, an putas ex æquo ſingulis in pueris has perpetuò coire? Aut credis Herculem in cuna ſuffocantem immiſſos ſibi à Iunone ſerpentes, parem Hylæ habuiſſe calorem innatum, vel in primo ſeptennio? Obſerua docentem Pergamenum in loc. à te citato, quin teſtantem tales naturarum differentias in pueris

6.13. notas fuiſſe Hippocrati. *Cum verò, inquit, præſertim, qui ſunt inter ipſos viuidiores, naturarum differentias manifeſtat: ex pueris enim, qui calorẽ innatum validiorem admodũ habent &c.* Hinc elice, & diſſentire inter ſe pueros præ naturarum differentia, neq; poſſe ſola qualitate diſſentire, quod tu fatebaris, quùm qualitas impotens ex ſe ſit facere illam *Naturarum differentiam.*

Elp. Quum æque diſtantes à primordijs generationis, non inæqualem caloris iacturam perpeſſa fuerint.

Tyr. An tibi forma ſubſtantialis patitur iacturam? Maior, minorue ęſt tibi ætatis decurſu? Nonnè ſuſpicari fas cuiq; eſſet ex tua doctrina, parùm tibi ſupereſſe humanæ formæ? eiuſq; in partes, quòd alibi fatebaris, ſucceſſiſſe brutalem, cuius impulſu cupiditatibus ſeruis, & in bonos effrænis debaccharis. Neq; tamèn te fugiat, quòd illa,

Quæ venit ſerò, magna ruina venit.

Quę tibi in poſterùm debetur fides? qui totiès vexaſti Auditores tuis cum *habitualibus* maioris, minoriſue neſcijs? At illud recogita, quòd naturę puerilis verus, intimuſq; ſtatus, non annorum numero pręſcribitur, neq; ſi pręſcriberetur, æqualis eſſe valeret iactura, prę naturarum puerilium differentia; vixq; erit ſuperſtes immaginaria quędã proportio effluentis corporis, quę tamèn inæqualem caloris iacturam verè includit. Non igitur *aquè* diſtant, neq; ſi *aquè* diſtarent, ęqualem paterentur caloris iacturam. Concitus Plautus

In Amph. *Tun id dicere audes*

Quod

Quod nemo ante hac vidit, nec poteſt fieri? *in Amph.*

Elp. *Senibus verò ait Gal. paucum ineſſe calorem &c.*

Tyr. Vt omnia peſſundes, auctoritates peruertis, & à Gal. com. 15. ad 14. retrograderis; mòx ſubſultans ad calcem 15. rurſùs reſilis. Quæ intemperies te agitant? madidus ne es, an ſobrius? Nemò ſanus locum hunc produxiſſet in qualitatis patrocinium, niſi tu, qui mutilum, non integrum, quùm eum adducas, facis, vt de tua ſuſpicemur integritate. Audi Gal. *Qui creſcunt, dixit, plurimum habent innatum calorem, ſimul memoriæ ſubijciens ipſorum ſubſtantiam, ſimul propoſitum ſuũ demonſtrans. Quia enim humidam, & calidam habent ſubſtantiam, qui creſcunt, idcircò plurimum ab ijs deſluere neceſſariũ eſt, & plurimo egent alimento, alioquin corpus abſumitur, & rectè. Vbi enim quod deſluit plurimum eſt, quod verò influit paucum, his neceſſe eſt ſubiectam corrumpi ſubſtantiam. Senibus verò paucum &c.* Vt audis, ſermo nunc eſt apud Gal. de ſolo innato calore, qui ſubſtantia, eaq; compoſita, qualitatis verò meminit, vt ab peruicacibus, deuijs, ne dicam tui ſimilibus, vel inuitis, extorqueat *Senibus parùm caloris innati ineſſe*, etiam ſi inflectant Hipp. ſententiam ad calorem qualitatem: quod tamèn, vt monuerat ſuperiùs, tuq; ex me referente audiſti, *impropriè* fit, & per *nominis abuſionem*. Adhùc ne rem tenes bis monitus? Malè proinde ſit *tuis negòcijs*, quibus adeò diſtrahetis, vt vix curſim, ac veluti *canis ad Nilum*, auctores conſulas. Nam ſi in penetralibus huius commenti, & ſubſequentium, non à limine, Galenum ſalutaſſes, dubio procul haùd tot ſcaterent tua ſcripta erroribus. Docuiſſet namq; te Pergamenus; primùm, quòd calor innatus miſtum eſt corpus, ex quatuor conſtans elementis, hiſq; non perpetua, eademq; menſura, ſed pro ætatum varietate varia, atq; diſſimilia: hoc verò denegaſti tu ſubſtantiali tuo calori, quem conſiſtere credis *in indiuiſibili more formarum ſubſtantialiũ.* Monuiſſet inſupèr te calorē innatum eſſe corpus miſtum animatum,

c. 14.

c. cit. & 15. 18.

in Probl. cit. matum, effluere, regredi, moueri, vel Ariſt. conſentiente, & alimento frui, & abundanti nutriri: quæ munera nonniſi animatis debentur, quamquàm temeraria ſuppoſitione enuncies tu *innatum calorem, & ſpiritus non eſſe animatos*. Hauſiſſes rurſùs, intimum Hippoc. ſenſum, *calidiſſimos natura*, ſi quandò dixit *ventres*, non *ſimpliciter* tales intellexiſſe, verùm maximè affluentes *calido naturali, cuius ſubſtantiam antea ſe oſtendiſſe* fatetur idem Galenus. Quæ ſi perpendiſſes nouus tu *Lycus*, quin rediuiuus Hipp. & Gal. tortor, ſententiam Coi non diſtorſiſſes impudentèr ad qualitatem caloris; quùm tamèn inculcaſſet tibi Gal. abundè, quæ calori debeatur qualitas in ſanis, ægris, & pueris. *Nam ſanorum calor vaporoſus eſt, atq; ſuauis, & tactui conueniens, nihil triſte, nihil aſperum, nihil mordax præ ſe ferens, eorum verò qui febricitant, & præcipuè becticas febres, aut eas, quæ ex putredine humorum ortum habent, acris eſt, & inſuauis, & mordax, & noſtrum corrodens tactum ſalubris verò eius qualitas* (nota) *in pueris exquiſita habetur, &c.* Quæ tàm luculentèr demonſtrat, atquè ex rei natura dilucidat, vt mirum ſit te ſolum hæc latere *Talpa Cæciorem*.

I. de Tre. R. P. *Auc. Quare non mirum ſi talibus Præceptoribus oculatiſſimus Galenus vbiq; ſubſcribas, & qui innatum calorem generationis principium.*

Elp. Si Gal. Ariſtotelem audit de calore natiuo, hunc ponet duplicem, habitualem de genere ſubſtantiæ, actualemq; de ſerie accidentium, quem plantæ, ac animalia nanciſcuntur ab elementis &c.

Tyr. Ne per ſomnium quidèm Hippocrati, Galenoue *duplex* tuus *calor* venit vnquàm in mentem: quid verò crediderit Ariſt., non ſine tuo magno malo audiſti ex me ſuperiùs. Non præteribo tamèn, occaſione nunc data, duo illa, in quibus Aſinus tuus ceſpitauit, quibus ſi tertium addidero, non ero tibi

iniu-

iniurius. Primum, quod conſtanti ſententia Galenus innato calori demandarit coctionis officium, quod ne controuertas, facit locus com. 18. nupèr adducti. *Siquidèm is, cui*, cibos, *coquendi, ac conficiendi officium natura tribuit, calor innatus, ſcilicèt, exiguus eſt*. Duplici tu Solœco huic veritati modò tandèm ſubſcribis. *Ineſt in his particulis, in quibus ineſt caliditas naturalis, quo fiunt coctiones*; ſiquidèm tibi, & Grāmaticæ, incongrua hæc ſunt. Alterum verò quod calor innatus anima quandòq; ſit habitus à Galeno, forsànq; & ab Hipp., quos tamèn tàm impudentèr, quam imprudētèr nunc adducis expreſsè illud fatentes, tuæ aſſertionis in dedecus; nempè, quod calor innatus ſatellitium tantùm animæ præſtet ex mente Galeni, quùm tamèn aperta ſententia, & à te recitata hæc proferat, *Ac natura ſanè, & anima nihil aliud quam hic*, ſcilicèt calor, *exiſtit*. Tertium, atq; poſtremum, (dùm breuitati conſulo) quod in tuis modò obſeruo, inueteratus eſt error ille de origine caloris innati ex elementis, contradicente Ariſtot., teq; tibimet contradicente de vtroq; calore, tàm *habituali*, quàm *actuali* exiſtēte in plantis, & elementis; quùm tamèn ex propoſito alibi probare contendas, plurima ex animalibus deſtitui *actuali* calore, plantas verò omnes actu frigidas percipi à ſenſu. Quapropter, vel admiſſurus es in tuis dictis contradictionem, quod tamèn non infrequens in tuis eſt, vel ſi ſecùs, dabis *calorém actualem* eſſe qualitatem non ſenſibilem, ſenſumq; afficientem, verùm intelligibilem, quod *tuo habituali*, tantùm reſeruaſti. Audis, an obaudis Elpenor? 1. aph. p. 111. lib. de Princ. Gal. l. de Trem.

Auc. Naturalium operum auctorem. 2 de F. N. c. 8.

Elp. In primo loco abſte citato hæc lego. Sed nec, quæ optimorum Philoſophorum &c. 8 de Plac. c. 7.

Tyr. Eccur tu lectitando vlteriùs non progrederis in cap. 8. à nobis citato, vt ea inuenias, à quibus teſtimonium petimus.

De ſuccorum verò generatione haud ſcio, an aliquis exactius quicquam afferre in medium potuit ijs, quæ Hippocrates, Ariſtot., Praxagoras, Philotimus, alijq, veterum non pauci reliquerunt. Demonſtratum enim ijs eſt, alimentum, dum in venis ab innato calore alteratur, ſanguinem quidem ex mediocri calore fieri, reliquos verò ſuccos ex eodem immodico. Atq; huic ſententiæ, quæ euidentèr ſenſibus apparent (præterquam tuis) *omnia conſentiunt.* Quid verò contingat ijs in ætatibus, quibus, non maior, verùm intenſior datus eſt calor ille qualitas, quam *viuidioribus pueris* dudùm tribuebas, paucis interpoſitis monet Galenus. *Simili modò ex ætatibus, quæ calidiore naturæ ſunt, has bilioſiores eſſe conſ[illegible], quæ frigidiores, pituitæ magis obnoxias.*

8. de Plac. c. 7. *Elp. In ſecundo loco nos hæc ad verbum legimus, Hipp. ſemper innatum calorem omnium naturalium operum autorem eſſe ait.*

Tyr. Diſce proindè meo exemplo contextus auctorum fideliter citare, & innatum calorem, non tantùm *auctorem naturalium operum*, quod ego poſueră, ſed *omnium auctorem* agnoſcere cum Hipp., vel mille in locis.

6. epid. 2. 31. ſec. 4. 34. ſec. 5. 1. in aphor.

p. 113. ibid. *Elp. Eiuſdem Galeni teſtimonio paulò poſt habemus, calorem hunc inſitum eſſe duplicem, ſubſtantiam, & qualitatem, accidenſue, ſcribit enim, ſed inſitus calor &c.*

Tyr. Sine cortice nabis,

Si Galenum aſtruentem induxeris *duplicem* tuum *calorem*. Verentur tamèn, qui inſenuerunt in viri lectione, te *aliena iacere*, tibiq; incauto, atq; improuido, luculentum hinc paratum iàm eſſe viſcum. Agè, rem expendamus. Redarguebat Platonem Galenus, quòd vice innati caloris, ignis nomine ille vteretur; idq; duplici obtinere ſe ſperat medio: primo quidē per deductionem ad abſurdum. *Nam ſi ab igne ciborum concoctio,*

coctio, digeſtio, ſanguificatio, & nutritio fieret, meliùs, & citiùs etiàm in febrientibus omnia hæc conſpicerentur abſolui. Quæ quidèm, non tàm Platonem nomine *ignis* pro innato calore abutentem, quàm te redarguunt; totiès elementari qualitati coctionis munus ſimplicitèr demandantem, & qualitate hac præpollente falsò exiſtimantem præditos pueros viuidiores. Pergit Gal., & ex rei natura illud conuincere. *Sed inſitus calor temperatus quùm ſit, ſubſtantia quidèm in ſanguine, & pituita ſubſiſtit, qualitate eſt congruè ex caliditate, & frigiditate temperatus.* Interna namq; quùm duo ſint rerum ſublunarium principia, materia, & forma, neutrius ratione congruit innato calori *ignis* nomen. Sanguis namq;, & pituita, vel ſemen (quod ille alibi) quæ ſunt materia caloris innati longè, lateq; diſtant à propria ignis materia. Hinc doctrina vndique ſibi cohærente, quùm temperamentum Galeno ſit forma ſubſtantialis miſti; nonnunquàm verò, & animati, arcet à natura ignis innatum calorem, non ſubiecti tantùm ratione, verùm, & formæ: quùm omnis qualitas ſimpliciſſima ſit, atq; in exceſſu, innatus calor *qualitate eſt congruè ex calore, & frigore temperatus*, ſcilicèt non ſimplex emergit in hoc qualitas, aut ſimplicitèr excedens, verùm congrua temperies, reſultans ex calore, & frigore. 1. aph.
Quàm bellè mentem Galeni fueris tu aſſequutus, nemo non videt, quàm verò ab eodem diſſentias, audi. Vnicum agnoſcit ille qualitatum primarum genus, non ſecus àc Temperamentum quodlibet, tu verò *Duplex*. At qui te carpit ex nupera auctoris productione, eſt ipſemet Galenus, qui apertè teſtatur qualitatem illam, quæ apex temperamenti eſt, vel temperamentum ipſum ex qualitatibus emergens, quod ille formam rei ſubſtantialem tuetur, verè eſſe qualitatem ſenſibilem, & ex ſenſibilibus cõſtantem, longum vale dicens tuo *cauſaliter*. Prætereà qualitates elementares ad Temperamentum conflandum coeuntes, agnouit Galeni mutuis cõflictibus obnoxias, ac proindè intenſioni, ac remiſſioni mãcipatas; quæ omnia tu negaſti, quin te penitùs ignarum de-

claraſti tunc, nunc verò inſcitiæ peruicaciam iungens, inhabilem aſſequendi in poſterùm, quid ſit Temperamentū, quoue pacto temperentur inter ſe qualitates, quùm tamèn productus Galeni à te locus illuſtris, tuas potis haud fuerit tenebras tollere, vel *Cimmerijs* denſiores. Benè igitur pro me

Ie. Galenus teſtatur, quòd Hippocrates sempèr *innatum calorem omnium naturalium operum* auctòrem eſſe ait, malè verò duplici tuo calori ſuffragatur, cuius nullam vllibi fecit mentionem, & in allato à te loco, vbi *ſubſtantiæ* meminit, non formam, ſed materiale inſiti caloris ſignificauit principium; quod & Græcus cont. vberiùs te monebit. τὸ δ᾽ ἔμφυτον, θερμὸν εὔκρατον εἶναι κατὰ μὲν οὐσίαν ἐν αἵματι, καὶ φλέγματι τὴν ὕπαρξιν ἔχον μάλιστα. Malè proindè, tu infers.

Elp. *Vt caloris habitualis denotetur ſubſtantia, hoc eſt formæ ſubſtantialis ſanguinis, & ſpiritus, nempe temperatio partis aereæ, & igneæ.*

Tyr. Nunquàm verò *habitualem* hanc *ſubſtantiam* ſomniaſſe ſe teſtabatur Pergamenus; neq; minùs nouum ſibi contingere hoc prædicationis genus, *calor eſt habitualis ſubſtantia*, quàm *calor habitualis denotatur ſubſtantia*. An non hucùſq; tu mordicùs illam tutatus fuiſti ſententiam pro *habitualis caloris* ditione ſeruanda immuni à ſenſuum criterio, vt omnem reſeruares *actuali calori* facultatem prodendi ſubſtantialem? Dic ſodès, cur nunc illud committis ſubſtantiæ? At cui nam ſubſtantiæ? ne ignotum per ignotius declares, quod vitium tibi familiare.

Elp. *Hoc eſt formæ ſubſtantiali ſanguinis, & ſpiritus.*

Tyr. At *forma ſubſtantialis ſanguinis & ſpiritus*, vt nobis nō eſt temperamentum, ſic neq; ijs, qui illud admittunt, quicquàm conducet, vt *calori tuo habituali* libera decernatur iuriſdictio. Præbeo tibi modò fiduciariam operam; ſtent ſpi-

ritus,

ritus, & ſanguis per temperamenti formam, quæ neceſſitas erit inferendi ab vtriuſq; temperamento ad innatum calorem, vel introducendi, & confirmandi *calorem habitualem?* Calor innatus nihil habet forsàn præter ſanguinem, & ſpiritum? Vera igitur erit enunciatio hæc, *Calor innatus eſt ſanguis, & ſpiritus*: vera inquam in tua Schola, non in Peripatetica, in qua ſecùs nos olim docuerat Præceptor, *& natura, quæ in ſpiritu eſt analoga elemento ſtellarum.* At detur tibi, quod tamèn, & falſiſſimum, & erroneum, caloris innati nomine nil aliud ſignificari, nilq; aliud eſſe, præter ſanguinē, & ſpiritum: quibus artibus ex forma vtriuſq; ſubſtantiæ cōſtrues in nobis caloris innati notitiam? & vt liberè fatear, vereor ne certam potiùs inducas, vel communices ignorantiam tuis Auditoribus, qui ſiquid ſaperent, excuterent ſtatìm tua ridicularia. Quid? erit igitur calor innatus monſtrū biceps? & per duplicem formam ſubſtantialem conſtituetur in genere ſubſtantiæ? Dices forsàn, vnam alteri cedere. Peto quis erit hic ceſſionis modus? infirmabitur ne, an abolebitur? Sin primum, iàm forma ſubſtantialis non ſtat *in indiuiſibili*, quod ſuperiùs dicebas, ſed intenſioni, & extenſioni erit obnoxia, à quo tamèn hucùſq; cauiſti. Quòd ſi altera ſubſtantia aboletur, iàm non erit verà enūciatio, niſi cum diſiunctione, *calor innatus, vel eſt ſanguis, vel ſpiritus.* Nullum ſupereſt tibi effugium, pręter illud, quo improbè te vti modò intelligo.

Elp. Nempe temperamento partis aereæ, ac igneæ à prædominio in miſto viuente.

Tyr. Grauiſſimis contradictionum criminibus reum iudicabant te Auditores; ac primùm, quòd innatum calorem, vel habitualem viuentium feceris compoſitam ſubſtantiam, quin ex compoſitis ſubſtantijs, quùm tamèn profitearis paſsìm *calorem habitualem* eſſe *ſubſtantiam ſecundum formam*, non ſubſtantiam compoſitam; quod in diſputatione cap. 16. totiès

repe-

repetiſti. Arripis prętereà tu naufragus, quin haùd ampliùs emerſurus, eam nouaculę aciem, quę tibi diros excitabit cruciatus, duplicabitq; ærumnas. Iàm enim exploſa multitudine illa formarum in calore innato, iàmq; exſibilata intenſione,& remiſſione formarum ſubſtantialium, quin deteſtata alterius ſubſtantiæ abolitione, vnicum illud ſupererat tibi confugium,nempè temperari partem aereã,& igneam(quãquàm ex Gal., quem audiſti ſuperiùs ſua lingua loquentem, dicere debuiſſes *aqueam*,nam phlegmati aqua reſpondet. Hęc verò temperatio pertinet ad qualitates habituales, vel te fatente, nam ſtatim ſubdis, *calor autem accidentalis, ſeu temperies actualis indicetur qualitate*; igitur qualitates tuæ *habituales* verè ſunt contrariæ, agunt, & patiuntur, intenduntur, & remittuntur, quod totiès pernegaſti. Vnicus igitur ex tua depoſitione erit calor in elementis non *duplex*, quod tibi propoſueras confirmandum in hoc Dialogo, cui titulus *De Duplici Calore*.

Elp. Calor autem accidentalis, ſeu temperies actualis indicetur qualitate,quæ contemperatur caloris,ac frigoris miſtione.

Tyr. Quid tu? Temperies ne actualis temperatur? an temperiei qualitas? mira narras, & antiquo tuo dogmati obſtrictus qualitatem qualitati ſubijcis, & emergenti ex temperamento qualitati, tu impensè cautus,nouam *contemperationem* frigiditatis, & caliditatis,noua Enchiria, tibiq; volitantis famæ pronuba nuperrimè, recondito paras in Tepidario.

Elp. Quoniam accidentaria qualitas eſt, quæ magis, & minus ſuſcipiens contemperari poteſt.

Tyr. Didiciſti tandè,quę toties ex meditullio Sophiæ te monueram;parùm abfuit quin dicere,docueram,magno pòl piaculo in *Veteranum*, & *Veteratorem*. Tecum gratulor, qui depoſita pudenda ruditate, intellexeris, quòd qualitates illæ tem-

temperamento ineptæ ſunt, quæ magis, & minus non ſuſcipiunt; reliquum eſt vt agnoſcas vnicum tẽperamẽtũ,& longum vale dicas in poſterum *Temperamento tuo habituali*: ego verò nihil permotus iis,quibus in Hipp.& Gal. es iniurius,atq; contumelioſus integra penè pagina, idq; præter rem, ſi quid commoueor,illud facit tui commiſeratio,quæ riſui ſtatim cedit,hunc verò extorquent illa, quę habes in calce. *Sed ex Hip. atq; Galeno anima vtens eo calore, alteroq; accidentali ab illo priore prodeunte; quæ tria nomine calidi natiui medicinæ Parentes illi ſignificarunt: quibus Ariſtoteles etiam adſtipulatur alicubi ſcribens animam veluti ignitam eſſe in corde cauſam operum vitæ in animantibus.*

Auc. Alterationumq; omnium ſecundum naturam. 1.aph.15. 2.de Fac. N.c.4.

Elp. Nec in iis locis Gal.naturalium alterationum ponit auctorem calidum illud, quod eſt ſubſtantia in animalibus, vt ab iis efficiendis excludat animam, & alterum inſtrumentum animæ, quod eſt calor in genere qualitatis accidentaria &c.

Tyr. Cur non excludit, qui alteri demandat, eumq; digito indicat? adeon bardus es,vt verba Gal. quæ modò recitas,non intelligas? *neq; enim aliud quicquam animal ab initio efformauit, ſicuti neq; rurſus adauxit, aut vſq; ad mortem enutriuit*; hæc ne tibi ſunt opera accidentis, an ſubſtantiæ? Perge,agè, *præterquàm calor innatus,de quo nunc habetur ſermo,hic igitur quum ſit omnium operum naturalium cauſa &c.* Cur prætereà ius tertij opponis, idq; inuita *anima*. An neſcis calorem non eſſe innatum, niſi cum anima? omneque quod habet formæ huic acceptum ſe referre? Verùm ſat tibi eſt allatrare, quin æmulari *Dodoneum æs*; hinc eſt, quòd adnectas.

Elp. Quæ potius opinioni tuę repugnant, quam adſtipulentur; tum quia Galenus in hoc toto commento non ait calorem innatum eſſe autorem alterationum omnium ſecundum naturam, vti tu ponis. *Tyr.*

Tyr. An ſatis intelligis opera naturalia alterationes dici à Gal.; vel non? Si neſcis, par erat, vt eundem conſuleres loco à me cit., qui rurſus hæc tibi incu'cabit, & *coctionem alterationẽ quandam eſſe, ac nutrientis in propriam qualitatem eius quod nutritur mutationem. ſanguificationem, verò alterationem eſſe his amplius nutritionem, & auctionem ex eo, quod corpus in omnem partem extendatur, nutriaturq; fieri, alterationem verò ipſam*(nota ſciolе) *à calido potiſſimum perfici* tuoq; refer Vlyſſi, ne ſit Galeno οὖτις ille, *Nemo* ſcilicet, de quo vaticinatur modò. *Nemo erit Eraſiſtrato magis ridiculus*. Concludit tandèm egregiè aduerſus te Pergamenus. *Atq; idcirco tum nutritionem, tum concoctionem, tum omnem ſucci generationem, iam verò & in excrementis ipſis qualitates à calore innato prouenire*. Quòd verò tu ſerò edoctus, vel ſeriò monitus opera naturalia *alterationes* dici in ſchola Gal. horumq; *potiſſimum* opificem eſſe calorem innatum inuitus intelligas, facit, vt de mea fide, deq; tua inſcitia nullus reliquus iàm ſit dubio locus apud ęquiſſimos Iudices. Hinc Plautus.

2. de F. N. c. 4.

in Menb.

Nihil hoc confidentius, qui quæ videt, ea pernegat.

Elp. Tum quia admonet ſe hic de calore innato illo tractare, non quidem qui fixus eſt in partibus animātis, quem ſolum tu ſubſtantiam indicas, at de influente &c.

Tyr. Æquè falſum eſt me fixum calorem tantùm dicere ſubſtantiam, qui & influentem ſubſtantiam eſſe vbiq; prædico, & probo in hoc cap.; & quòd Galenus moneat in commento cit: ſe tractaſſe *de ſolo calore influente*; quùm tamèn ille ſedulus Hipp. expoſitor, de Innato ſimplicitèr verba faciat: verùm hic diuiduus eſt, non natura, ſed accidente, in fixum, & influentem. Agè ſcrutemur quàm attentè perlegas tu Auctorum monumenta. Calor ille inueſtigatur ibi locorum ab Hipp. & Gal., cuius opera ſunt, animal ab initio efformare, augere, atq; vſq; ad mortẽ enutrire; pace tamen *tuorũ Abſtinentium* hoc dixerit Galenus. At opera recenſita, & ſi ex

à p. 50. ad 51.

de H. 4 d.

ęquo

æquò vtriq; debeantur calori, minùs tamèn influenti deberi videtur in tua Schola; igitur vt Hipp. de innato abſolutè pronunciauit in locis allatis, paripacto, & Galenus fidus eius interpres, vel ex æquò vtrumq; perpendit, calorem, vel ſicui detrahendum ex tua ſententia, influenti continget hoc magis, quàm implantato. Memineris tu, quòd partium *habituali calori* commiſeris talia officia, credis verò nil aliud hunc eſſe, quàm partium *Temperamentum*: Vagabitur igitur per molem corporis vniuerſum cordis Temperamentum, influetq; ſingula in membra propriam formam, quam tamèn addixiſti tu, atq; alligaſti *apici* huic *Temperamenti*. Quòd ſi hæc parùm tuæ doctrinæ congrua videbuntur, reliquum erit, vt abroges influenti quicquid fixo dederas alibi. Innati caloris igitur nomine vnus, idéq; ſignificatur calor in Schola Coi Senis, & Pergameni, qui accidentali tantùm differentia diſcriminatur in influentem, & implantatum, vel fixum. Vterq; proindè ex æquò eſt ſubſtantia, eaq; compoſita, quod tu Sanæ Doctrinæ Decoctor, vſq; adhùc decoquere haùd valuiſti.

Elp. ***Quæ corpora, quum proprie non viuant, ſed in viuente ſint miſta inanimata, iuxta tuum placitum, habebunt calorem, qui non eſt ſubſtantia, ſed accidens.***

Tyr. Neq; tanti apud nos eſt tua auctoritas, vt rem non controuerſam, verùm tibi à Primoribus denegatam, noua tua inſtantia, vel petulantia permotus, nunc admittam. Preeſt ſanguini, & ſpiritui innatum calidum, eiuſq; præſentiæ, quod habent hęc, acceptũ referre nõ dubitant Clariſſimi Philoſophi. Tam citò verò oblitus es calorem innatum, & anima præditum eſſe, & certiſſima vitæ opera exercere? vitam proindè ijs communicabit ſubſtantijs, quibuſcum cohabitat. At Seneca tui miſertus, rem excuſabat.

Prima langueſcit ſenum
Memoria, longo laſſa ſublabens ſitu. Sen. in ad.

Fff Elp.

Elp. Fatetur igitur Gal. hic agere ſe non de calore fixo carnium, & aliarum ſolidarum corporis partiũ, ſed de cal. influenti &c.

Tyr. Eſt ne alter forsàn tibi Galenus? Ex quo hic *agit ſe*, vel agitat te; nam reuera *Gal. hic* neutiquam tibi fauet: Etenim ex tribus corporibus primigeniam noſtram ſubſtantiã complentibus, quùm ſolam remanere partibus ſpermaticis alligatam fateatur ſeminalem humiditatẽ, refluant verò ſanguis, & ſpiritus hyeme in ventres animalis (quos etſi nemo noſtrum externos haùd nouerat, attamèn tu *interiores*, ſpecillorum adminiculo magis, quàm Hipp. monitu obſeruas) vberiores alimenti confectiones præ vberrimi calidi innati præſentia abſoluturi; rigent tunc externæ partes, generationiq; pituitæ, & morbis ex ea pendentibus ſunt obnoxiæ, idq; non tàm præ occurſante frigore, quàm animalis caloris fauore orbatæ. Huius verò tu dignitatem, atq; vſum, nemine refragante, penitùs hucùſq; ignoraſti: perpetuo namq; errore ceſpitas, calorẽ confundens cum Temperamento partiũ, etſi latè, ſuperq; Sophiæ, & Medicinæ Proceres è diametro tibi aduerſentur, quod aliàs ex me audiſti. Quapropter calori huic innato, qui confluus, & refluus, vel te reluctante, hæ debentur partes, vt *immediatè*; quod tu fateris pag. hac 116. veritate magis, quàm voluntate ductus, præſit alterationibus, quæ ſecundùm naturam. Fateris, inquam, hoc, in ſolutione illius hæſitationis, in qua te vincis magis, atq; alligas, dum ſtatim annectis. *Is autem eſt immediatè quidem calor influens, de quo loquitur Hipp., & ex eo Galenus in præſentia; principaliter verò calor inſitus vnicuiq; parti ſolidæ, ſine quo nihil agere poteſt anima.* In quibus plura obſeruant Auditores digna Obelo. Primùm quidèm, quod tu conſueta conſtantia, & circumſpectione Aduerſario ſubſcribas, quem impugnare decreueras. Habet namq; Titulus cap. 17. noſtræ Phyſicæ Lac. Analy.

Inſitum animalium calorem abſoluere coctionem.

Tu verò de omni alteratione modò pronuncias, *principali-*

ter verò calor inſitus vnicuiq; parti ſolidæ. Tuum verò ſit illud *principaliter*, quod ſecundo loco perpendunt: quandoquidem confirmaueris tu modò ſuſpicionem de te priùs cōceptam, nempè quod temperamentum, vel calor eius apex, intolerando errore animam exiſtimes, quæ ſola principalitèr actiones vitæ abſoluit, verèq; eſt *Principale Agens.* Cur adimis inſupèr *Actuali tuo inſito* ius in alimentum, ſubſtituiſq; Influens calidum, quod immediatè dicis illa patrare? Vacabit igitur *calor* ille *actualis*, malèq; conſulet propriæ ſoboli *habitualis*, quin exhæredatum pellet è laribus, quô aduenam ſubſtituat. Verùm enuclea nobis rem tu, qui influentem calorem duplicem facis, an ex æquò vterq; illa præſtet? ſi affirmes, ſcito quo nequeunt duo, quæ ſub diuerſa categoria, ſubſtantia ſcilicèt, & accidente, ex æquò *immediatè* aliquid moliri. Sin neges, par erat te cuiq; aſſignaſſe calori ſtationes, atq; officia. Cur verò ſi influens calor *immediatè* animæ deſeruit, paret inſiti mandatis? An tibi idem eſt immediatè operari, atq; altero dirigēte operari? & commune inſtrumentum, quod immediatè operatur? Non igitur tàm abſurda hæc ſunt, nempè quòd calor inſitus, qui proprium inſtrumentum animæ à te dicitur mediatè operetur, proprium non ſit immediatum, immediatum ſit commune, inſtrumentum agens principale, quàm ea, quæ ſubſequuntur, quod ſine calore inſito nihil agere poſſit anima. An omnis anima? an quauis in functione animæ? erit ne poſteriùs cauſa ſui prioris? Dic, facultatum illa emanatio ab anima, agnoſcit ne anima ſui opificem, an inſitum calorē? ſine quo enuncias nihil facere animam. Tàm verò hęc malè congruunt veritati, quàm quòd vitæ opus Galenus influenti nō tribuat calori, qui partibus communicatur per arteriarum tubos, idq; monitus, credo, ab Ariſtot., qui non dubia ſententia quandòq; profitebantur *alia quidem viuere, quoniam adnata ſunt*, cordi, nempè, totius corporis Principi. Audiens verò ſi fuiſſes tu tanto Præceptori, dubioprocùl non adeò fuiſſes in Intellectum iniurius, qui nulli organo addi- *de Mot. Al. c. 10.*

Fff 2 ctus,

ctus, corporis omne commercium reſpuit, atq; recuſat, prę-ſertim verò quùm *fuerit omnia factus*. Tàm ſolidè igitur hęc de Anima pronunciaſti, quàm ſtolidè enunciaſti, duplici tuo Temperamento habituali, & actuali, necnon conſimili qualitatum generi Galenum ipſum ſuffragari in locis à me nupèr citatis.

***Auc.** Immò naturam noſtram dicere non eſt veritus.*

p. 117. ***Elp.** Gal. eo loci caloris nomine, quem naturam noſtram eſſe dicit, non intelligit calorem propriè dictum &c.*

Tyr. Incaſsùm miſer *album nigrum* reddere tentas, tantoq; Auctori indelebilem notam inurere ſatagis; vt qui proprio in loco, req; id maximè exigente, caloris nomine abutatur. Ridiculus profectò *Veterator* in Gal. doctrina cunctis es tu, qui neq; Gal. modò loquentem aſſequeris, neq; eadem aliàs docentem conſtantiſſima mente, Pręceptoriq; Hipp. cōſona,
1. aph. 15 obſeruas. *At calor circumfuſus,* inquit ille, *non modò ſuperfluitates, ſed æqualiter omnia euacuat. Nam materiam inutilem, & ea etiam, quæ in corpore ſecundùm naturam continentur vnà diſſoluens per eam, quæ à Medicis occulta diſflatio nominatur, quam calor innatus operatur.* Nulla hìc animę habetur mentio: accommoda nunc aures patulas, vt excipias, quod immediatè ſubſequitur. *Neq; .n. aliud quicquam eſt natura animalium, præter hoc calidum ſecūdùm Hipp. opinionem.* Verùm quid ego aliundè Gal. inueſtigo mentem, quàm ex producto à me olìm teſtimonio ex lib. *de Tremore*, quod & ſi prolixè recites tu ad exchartabuli augmentum, male tamèn illud recitas, peiùs intelligis, peſſimèq; interpretaris. Patebunt hæc ex integra loci productione, quam extorques modò tu, dummodò illud præfari liceat, quod nemo non nouit, ipſeq; fatetur Auctor, Inſtitutum ſibi eſſe oſtendere, *qualis nam natiui caloris affectus ſit Rigor.* En illum loquentem. *Nos igitur initio hoc ſumpto, quod omnibus in confeſſo eſt, nempe*

rigorem

rigorem affectionē eſſe caloris in vnoquoq; animante natiui, videamus quomodo oriatur. Procedet autem diſputatio ex Hipp. principijs. Non autem corpuſcula, & meatus ſtatuemus corporis noſtri elementa, neque calorem, motus, aut attritus, aut alterius cuiuſdam cauſæ ſobolem pronunciamus, ſed corpus quidem totum conſpirabile, & confluxile cenſemus: calorem autem non acquiſititiū, neq; animalis generatione poſteriorem, verùm ipſum primum, primogenitū, & inſitum, ac natura ſanè, & anima (nota) *nihil aliud, quàm hic exiſtit*. Reliqua in præſentiarum ommittimus, conſulentes legentium tædio. Damnarunt cuncti tuam impoſturam; ex quo factum, vt Cenſores Fori Litterarij *Multam* tibi indixerint tādèm pro ſimulato veritatis patrocinio; ſanctè teſtati, ne micam quidèm veri micare in ijs, quę de tuo attexis. Rem audi. Suadere nobis tentaſti Pergamenum nomine caloris, quem *noſtram* dicit *naturam* ex Hipp. mente, communi in ſignificatione vti, prout Animam denotat. Ecquis quæsò noſtrum obſeruauit hucuſque, ne dum apud Galenum, verùm apud Claſſicos Auctores talem improprietatem? Eiuſdem ſunt hæc farinæ cum ſuperioribus, quùm Animę tribuebas *analogicè*, neſcio, an eſſe *principium*, an *calorem*. At verò Anima vniuocum, atq; vnicum eſt principiū ſuarum operationū, non analogicum. Quā verò analogiam habet ſimplex ſubſtantia cum compoſita? vel ſubſtantia cum qualitate? apagè talia monſtra. Compendiò ſpecta quàm malus ſis Galeni Auditor. Is præter euidentiſſimam ſententiam, in qua tribuit innato calori noſtræ naturæ, & animæ dignitatem, (quàm verè ille, non curo, ſed quā verè ego Galenica referam, hoc inculco) plurimas adfert conditiones, quas animæ aptare ſumma dementia eſt. Animam ne credis temperatam ex calido, & frigido? animam nutriri? in ſublime attolli? habere principium? ab eo ſe ſe explicare? cohiberi à frigido? ac tāquàm fureti iniectis vinculis, mòx regredi monitam, ne diſperſa aboleatur? inſupèr cauſam eſſe rigoris? quod ſymptoma tunc inueſtigabat Galenus. Non animę igitur hæc aptabis, quæ omnis motus expers eſt Ariſtoteli, *1. de An. t. 38.*

ſtoteli,

ſtoteli, verùm innato calori, qui ſubſtantia compoſita eſt, animata, viuens, recenſitiſq; muneribus præſtandis, abſque controuerſia, apprimè idonea.

Elp. *Qui ſubſtantia eſt portionis ignea, & aerea in miſto viuente.*

Tyr. Si calor in miſto eſt tantùm *ſubſtantia portionis ignea, & aerea*, malè illum dixiſti tu *apicem temperamenti*, peiùs verò conſtituens miſtum viuens, quod perfectiſſimum, ex duobus tantùm elementis, peſſimè verò, dum diſſimulas, quæ nuperrimè audiſti ex Galeno, *quod etiam vbi in naturalibus temperamenti terminis manet animal, ſanitate fruitur, verbis non indiget: hoc eſt cum, vt Hippocrates dicebat, calidum, & frigidum mutuo inter ſe temperamento mediocriter habent.*

Elp. *De quo calore nunc inſtituta diſputatio eſt.*

Tyr. Si de calore ſubſtantia, eaq; compoſita nobis inſtituta eſt diſputatio, cur præter rem introducis *calorem actualem* accidens purum, & impropriè calor ex tuo dogmate; nam tibi propriè dictus, *eſt ſubſtantia portionis ignea, atq; aerea.*

Elp. *Hippocratico more.*

Tyr. At mos Hippocrati eſt, vt audiſti ex Gal. ſuperiùs, calorem innatum dicere *noſtram naturam*, neq; is tu nobis es, cuius in gratiam tanto viro, & Hipp. familiariſſimo, derogemus.

Elp. *Nam anima eſt natura noſtra, non calor.*

Tyr. Dic amabò, quibus cum tibi res eſt? nonne cum Hippocrate, & Galeno? At hi certè derident tuas ſarctiones. Quid controuertitur? nonnè, An calor ſit *noſtra natura?* Cur igitur petis illud tibi concedi, de quo diſputatur. Verè malus es Dialecticus. *Elp.*

Elp. *Ecce Galeni verba tibi referam ipſiſſima in loco à te productò.*

Tyr. Quin prę ſtudio refers detruncatiſſima; hęc tamèn tibi reddam, quin reddidi, tuamq; penitùs reuelaui impoſturam, quam rursùs exornare ſatagis.

Elp. *Qualis eſt influens in ſanguine, ac ſpiritu ſitus, ex alimentorum vſu genitis.* p.118.

Tyr. Tui igitur ieiunantes influentis caloris exortes ſunt, quū *alimentorum vſu* deſtituantur, ex ijs namq; *ſpiritus, & ſanguis* tibi gignuntur. Forsàn prę tua liberalitate plantis concedes, quòd Aſitis adimis; illę namq; alimento perfruuntur: cur ni ergò, & influente calore non affluent? Egregius pòl es diſpenſator. Verùm influens ille calor iniuriam ſibi inferri reclamans, qui totiès à te honeſto *innati* titulo decoratus, nunc prę illato ſibi abſte dedecore, appellat ad Gal. tribunal, hincq; fauorabile reportat iudicium propriæ dignitatis in confirmationem. Quapropter detractori ea pro expenſis irrogatur *Multa*, vt nullo in poſterùm influentis caloris fruatur beneficiò, atq; in igne feruido medullitùs Aquiloniam ſeruet frigedinem. Nomins.

Elp. *Innuit hic dogma Platonis, cui anima definitur &c.*

Tyr. Quid nutus animo ſeruili obſeruas? quùm tamèn Galenus animi ſui ſenſum loco cit. ingenuè pandat. Calorem ille, dicebat, ſubſtantiam per ſe mobilem, & ſempèr mobilē, non quidèm Platonis placito modò obſecundans (quamquàm ille, referente Ariſtot. *animam* non tātùm *eſſe ipſum ſe ipſum mouens, ſed & potens mouere*, quam partem de induſtria ſuppreſſiſti tu, tanquàm tibi incommodam) verùm vt intelligas calorem innatum eſſe ſubſtantiam animatam, alimenti, & motus indigam, ita vt deteſtetur tuam oſcitantiam Gal.

qui

qui & pollicebatur,& nulla interpoſita mora, perſtitit rei euidentiſſimę euidentiſſimam explicationem. *Singula autem hæc ſeorsùm indagemus, etſi de ipſis alibi dicere liceat: in præſentia autem ſermonis continuitas examinanda eſt. Nam calor inſitus, ceu ſemper mobilis, neq; intrò ſolùm, neq; extrà fertur, ſed alterum ipſius motum alter ſemper excipit. Celeriter enim ſi intùs calor maneret, in immobilitatem ceſſaret: ſi foràs efferretur, & hic motus diſſiparet ipſum, atq; hac ratione perderet. Modicè autem extinctus, & modicè accenſus, vt Heraclitus aiebat, ſemper mobilis ita perſeuerat. Incenditur igitur, quùm ad ima inclinat, alimenti appetens: ab intimis elatus, & vndequàq; diſperſus, extinguitur. Verùm ad ſuperiora, exterioraq; lationem, & vt ita dicam à ſuo principio explicationē, quod natura calidus ſit experitur: intro autèm fertur, & deorſum, hoc eſt ad proprium principium viam init, quoniam frigidi aliquatenùs particeps eſt, quippè ex calido, & frigido temperatus. Prima ſanè calidi ratione ſua ſpontè mouetur, atq; hoc potiſſimū ad actiones indiget. Magnum tamen ipſi vſum, & frigidum exhibet. Solet enim calidum in ſublime attolli, ac cùm eo alimentum adducere. Si autèm frigidum non obſtaret, etiam longiſſimè procederet. Fit autem frigidum huiuſmodi caloris motus impedimento, ne diſperſus aboleatur; quippè periculum eſt, ne ipſe præ leuitate, & impetu ſursùm à corporibus diſcedat, ſed frigidum retinet, impeditq;, & vehementiam nimij huius motus tollit.*

l. de Tre. c. 6.

Pl. *Satis ne planè? Satin apertè?*

Elp. Quare locus iſte Galeni nil tibi fauet &c.

Tyr. Quinimò egregiè mihi fauet, qui ſimul cum Galeno, & Ariſtot. calidum innatum compoſitam ſubſtantiam, eamq; animatam agnoſco, non quidèm abſolutè *naturam noſtram*, ſed habens naturam; quod tu concoquere hucùſq; nequiſti, vel diſſimulaſti per ſummam nequitiam. Licuit Galeno, qui Medicus, ac proindè artifex ſenſatus, calorem innatum eue-

here

here ad ſummũ *Naturæ* faſtigiũ, vtpotè qui obſeruaret præ caloris innati præſentia, vel abſentia, animalis actiones perfici, vel corrumpi, quod & impunè aliàs ſibi licuit in Temperamento. Quid nos *vtre territas*?

Elp. At eſt natura leuis elementi, & miſti corporis, vt miſtum eſt

Tyr. Par erat, vt *ad colophonem* vſq; falſa proferres. Natura leuis elementi, vel miſti, qua tale, eſt leuitas: ea proptèr monuit tè ſuperiùs Alex. meo nomine, quòd *leuitas ignis ſpecies eſt, & forma*, quà nempè leuis: at verò ſi abſolutè protuleris, natura elementi, & miſti eſt forma ſubſtantialis, non vlla ex tuis qualitatibus. Vide proindè, mi Elpenor, quàm bellus acceſſeris modò *Veritatis Patronus*, qui ne atomum quidèm eius paucis in his ad lancem libratis nunc produxeris. At neq; ſi quis per ocium eligat innumera tua verba verbatìm penſitare, meliora depræhendet in poſterùm. Tunc Ariſtophanes in te concitus, *in Quaſt.*

Iàm non licet tibi vulpinari. *In Veſpiſ*

Auc. Huic coctiones omnes. *6.epid.c.4 t.14.*

Elp. In primo loco à te notato Galenus ait nomine caloris ingeniti, cui committit omnes coctiones, indicare calorem eundem, cuius meminit in aphoriſmis.

Tyr. Deierabant ex Auditoribus, non ignobiles, integrum tranſcripſiſſe te Galeni citatum à nobis commentum, non abſq; myſterio. Nota eſt, notaq; digna tua ambitio in libris pangendis, obſtreticante innata, non minùs, quàm inſulſiſſima dicacitate, vt quod vnica, alteraue dictione abſoluere poteras, vix integra pagina recipiat. At qui te intùs, & in cute norunt, Trophæum te excitaſſe Inſcitiæ prædicant, non Oſcitantiæ, in auctoribus euoluendis, vt qui non intellexeris in recitatò à te commento, noſtra à Galeno confirmari, tuaq; non

tantùm infirmari, verùm & vberrimè explodi. Aſſeueraue-ram ego Auctorem hunc *innato calori coctiones omnes committere*, non patitur Pergamenus in loco à te tranſcripto ſuſpicari quemquam de mea fide; verùm apertiſſimè hæc profert, *Cum à nobis conceſſum, & ſupra oſtenſum ſit, ingenitũ calorem omnium in corpore concoctionum præcipuum eſſe opificem*. Non poſſum abſq; ingratitudinis nota, non gratiam pro beneficio Galeno rependere, quem tu diuexas, diſtorques, non alijs tormentis, quàm tua peruicacia, & repetitis erroribus. Nam nomine caloris innati adhùc credis Galenum ſignificare modò, non ſubſtantiam tantùm, verùm & accidens, & quod grauiùs, animam, quùm tamèn ille vnici tantùm meminerit vbiq; caloris, ſatq; mancum in re perquàm neceſſaria ſe prodidiſſet, niſi fictas tuas illas caloris diſtinctiunculas ſubolfeciſſet, atq; ſignificaſſet. Vexat te, vrgetq; modò, quòd Galenus prædicet ingenitum calorem *coctionum omniũ in corpore*, non tantùm *eſſe opificem*, verùm & *præcipuum*. Hæc verò tibi præſentem in locum reſeruaui, vt ex me diſcas in poſterùm Galenum ex Galeno interpretari, quãquàm nulla interpretatione indigeant, quæ euidentiſſimè ille protulit. Obſeruarunt pleriq;, nil tuis præ conatibus commotum Pergamenum, præterquàm riſu, & commiſeratione tuæ infantiæ; vt qui bis puer, biſq; in eandem foueam reciduus, animæ, non calori hæc tribuere credas Galenum, tanquàm *communiter accepto caloris nomine*. Vigeat hoc acceptionis monſtrum in tua Schola, exoſum, explodendum, quin exponendum extra Fori Litterarij fines: Vigeat, teq; vrgeat Galeni doctrina, qui integrè repetita verborum ſerie, tuum confodit abortum. Excute Veternum, vt dormientes obſerues. *Perindè & coctiones in dormientibus efficacius, quàm in vigilantibus fieri, non ſolùm in ventriculo ingeſtorum ciborum, verùm etiam humorum in Iecore, & venis corporis abditas ſedes in dormientibus calidiſſimas effici ſignum eſt*. Quo calore hæc fiunt Elpenor? Dices influente: hunc verò Pergamenus ſtatim præcipuum facit coctionum auctorem.

Quùm

Quùm à nobis conceſſum, & ſuprà oſtenſum ſit ingenitum calorem omnium in corpore concoctionum præcipuum eſſe opificem. Calor igitur influens, vel te nolente, erit anima ex mente Galeni, ſiquid ponderis habent auctoris, & ſeries, & ratiocinium. Neq; aliam fuiſſe Hippocrati mentem idemmet aſſeuerat Galenus. *Ita ſanè, & in libb. aphor. memoria prodidit de ætatibus, temporibus, & vitæ officijs, vbi ait Ventres hyeme &c.* Vide quàm incurioſè in re grauiſſima enuncies tu, quòd alius non impropriè diceret, effutias. Satiùs proindè tibi foret, ſi abſtinuiſſes à productione Clariſſimi Teſtis, quàm ex illius depoſitione tuam damnari ſententiam de caloris ſignificatione, numero, eſſentia, nomine, necnon inſiti accidentali differentia. In tuis nemo non obſeruat tautologiam, antilogiam, ne dicam ruditatem, tunc verò præcipuè, dum aſſeueras caloré propriè dici de ſubſtantia, & accidente, *communiter verò* de Anima; quæ te auctore, neq; ſubſtantia erit propriè, neq; accidens, ſed extrà entis ditionem *Nouo* hoc tuo *additamento*, vel deliramento, non enti miſera mancipabitur.

Elp. In ſecundo loco dein à te notato ſolo libro, non item cap. prolato, ſi ſpectemus ea, quæ Galenus ex Ariſtot. refert de caloris coctionum auctore, talia proponuntur. Porrò multo rudis &c.

Tyr. Magnum pòl piaculum; librum Auct. citare, non citato cap., pagina, linea. Pro 3. *de Fac. Naturalibus*, 2. ponere debuerat Typographus: qui liber pluriès citatus in hac diſputatione, noua non indigebat indicatione cap. 4. Verùm ſit cap. 7. lib. 3., quod modò expiſcaris, atq; producis, dubioprocùl non minùs in hoc, quàm in illo noſtram confirmat fidem Galenus de inſiti caloris opera in concoctione, quod erat noſtrum inſtitutum, ſi rem tenes. Quæ verò ex loci huius productione elicis tu, ſurreptitia ſunt, tibiq; aduerſiſſima. Vnici tantùm meminit Galenus generis qualitatum

primarum, vnici temperamenti, ſecùm conſentientem indu-
cit Ariſtotelem, eiſdem actiuis mutationem, & alterationem
immediatè tribuentem. Tu verò perperàm aſſeueras, fal-
sòq; elicis ex Ariſtot., & Galeno *calorem innatum eſſe Tem-
peramentum ex quatuor primis qualitatibus conflatum*, haud
ſatis intelligens prætereà, repugnare ſecummet Tempera-
mentum dicere, & qualitates infractas, Temperamentùm ex-
pectare, vbi nullum extat temperandum.

Elp. His itaq; conſtat apertè Galenum ex Ariſtot. conſtituere coctionum omnium, quæ fiunt in animali, calorem illum inna-tum, qui temperamentum eſt ex quatuor primis qualitatibus conflatum &c.

Tyr. Verùm ediſsere nobis, quid *conſtituant*? quaſue partes in coctione tribuant innato calori? Si *coctionum omnium* ſuppleas, quod debebas, *opificem*, noſtra confirmas; ſin ſe-cùs, vtriſq;, & veritati aduerſaris, quod iàm probatũ eſt ſu-periùs abundè. Cur transfers tu ad 4. Meteor., quæ Gale-nus obſeruat de natura primarum qualitatum in 2. de Gene-ratione, & Corruptione? An quoniam hæc tibi parùm com-moda pro actiuarum duplicitate, & *habitualium* ſegnitie? Maius eſt, quòd præ tua imprudentia complicem te grauiſſi-mi errati facis cum Galeno, qui ſubſtantiales formas, necnon animam putauit Temperamentum, *partiumq; actiones* (quod modò aſſeuerat) illarum temperamento acceptas refert. Quapropter vt Galenica hæc, tuaq; damnanda eſt opinio de Animæ, formarumq; ſubſtantialium natura, ſic laudanda do-ctrinæ cohærentia in Galeno, vt qui temperamẽtum coctio-nibus præficiat in animalibus, quod & partium formam, & animam ille nunc agnoſcit: quamquàm non ſim neſcius, & reſipuiſſe tandèm hominem, propriamq; damnaſſe ſen-tentiam, quod vt tibi eueniat, tanti viri exemplo admonito, boni omnes ex corde precantur.

Auc.

Auc. Hamatoſin verò.

Elp. Cur hæmatoſin non aſpiras?

Tyr. Mirabundus Plautus, *in Capt.*

Euge edictiones ædilicias hic quidem habet

Mirumq; adeoſt, niſi hunc fecerint ſibi Aetoli Agamemnonẽ

Vix reſpirabat præ aſpirationis lapſu exanimis Typographus, veritus tetricum pædagogi ſupercilium: aſt vbi redit iàm in pectore vigor, cauſatur infrequentem ſibi vocis vſum; quo nomine, & patulas tuas oblæſiſſe aures intelligebat.

Elp. Cur ſanguificationis Latino vocabulo non vteris?

Tyr. Ne tuo exemplo barbarè loquar. Inaudita vox eſt in Latio *ſanguificatio*, non inaudita, nec infrequens vox *hæmatoſis* apud cultioris litteraturæ viros. Sic *hæmorragiam*, *hæmorroidas*, *hæmoptyſim* illùc introduxere vſus, & neceſſitas, vbi omnium gentium bona dijudicantur. Inopiam Latinę linguæ faſſus eſt, quandòq; Romanæ Eloquentiæ Parens, quam & Lucretius priùs expertus fuerat, *lib. de Orat.*

Abſtrahit inuitum patrij ſermonis egeſtas.

At noſtro ſæculo *hæmatoſis* vox noua, nouis tantùm hominibus contingit.

Elp. Sed cur eam in calorem ſubſtantiam retuliſti, prorſus excluſo calore, qui accidens eſt?

Tyr. At Plautus. *Apagè hanc caniculam* *in Curcul. Capt.*

Baſilicas edictiones, atq; imperioſas habet.

Verùm ego tuę hęſitantię, magis quàm interrogationi lubens reſpondeo, acceptum me referre *hæmatoſim* (hęc verò nouę ſubſtantię cunctis generatio eſt) alteri ſubſtantię, quę calidum dicitur innatum, ſuaſus Procerum teſtimonijs, certis experimẽtis, quę ſuperiùs produxi, atq; demonſtrationũ

pon-

pondere, quod tamèn ſubſtinere nequit tua imbecillitas. Dic, ſubſtantiam ex non ſubſtantijs fieri poſſe credis? Accidens proprijs viribus generare ſubſtantiam? Mira ſunt hęc, vereq; tua *Inuenta*: nemo enim hęc tibi inuidet in pręſens, inuidebitq;, vel ſectabitur in poſterùm.

3.122. *Elp. Hac in re certè nec tibi Galenus aſtipulatur in tribus locis cit. in margine. Nam dum primo ſcribit.*

6.aph.22. *Tyr.* Dum in primo, non *primo* ſcribit Galenus, *Si igitur à natiuo calore generatur ſanguis, perſpicuum eſt, quod ipſo extincto non generabitur ampliùs*, vt noſtris fauet, ſic tuam temeritatem, & impoſturam redarguit. Iam ſatis percipere potuiſti, quod nam verum, atq; genuinum ſit hęmatoſis efficiens, & quo poſito, ponatur illa, vel auferatur. Quî igitur poteram impunè derogare innato calori, qui ſubſtantia compoſita eſt, vt ſubſtituerem in re tanta incertum ſatellitem, vagum, infidum, necnon plerumq; noxium, idq; præter auctoris mentem, reiq; certitudinem: his verò tu modò refragaris magno mendacio.

Elp. Quod innuit Galenus innatum calorem igni comparans, quem tu non negas habere calorem de genere qualita accidentaria: nam comparationes Ariſtotelis fiunt ſolum inter ea, quæ ſunt eiuſdem ordinis, ac ſpeciei.

7.Phyſ. t.24.

Tyr. Ridiculum rursùs cunctis te præbes, Elpenor, qui euidentiam cum nutibus commutas. Superiùs magna confidentia dixiſti, *Galenus hic intelligit vtrumq; calorem*, nunc verò *innuit*: eſtò, ponderemus *nutus*. Galenus, inquis, comparat igni calorem innatum, *ſed comparationes ex Ariſtot. fiunt ſolùm inter ea, quæ ſunt eiuſdem ordinis, ac ſpeciei*; quid igitur infers? forſan, quod ignis, & calor innatus ſint eiuſdem ordinis, & ſpeciei? at illud pernegauerat tibi aliàs Præceptor. Cautè proindè diuertis tu à neceſſaria illatione, &

3.de G. Al.

acci-

accidentaria, dum meminiſti in igne *qualitatis*, vel mea conceſſione, arbitraris confirmaſſe te abundè calorem innatum accidens, quod tibi erat in votis. Egregium pòl te Dialecticum celebrant Philoſophię Calones. Publicis verò acclamationibus concors ego, non minorem te Grammaticum, & Rhetorem iudico, vt qui neq; loquutionem percipias, neq; exemplum à comparatione diſtinguas. Non comparat Galenus innatum calorem cum igne, ſed exemplificat, vt pars manifeſtetur tantùm euentus, qui ſecundùm quandam proportionem vtriſq; cõmunis eſt. An ignoras adhùc, quæ ſit exempli natura? *exemplorum*, inquit Cordubenſis, *non requiritur verificatio, ſed manifeſtatio*. Quæ vt credere par eſt, hauſerat à Pręceptore quandoq; monente, *Exemplis vtimur, non vt ita ſint, ſed vt audiant, qui addiſcunt*, Themiſtius verò grauiter in te animaduertebat, *exemplũ ad faciendam fidem eſt infirmiſſimum argumentum, & propterea illorum demiror prudentiam, qui arbitrantur exempla vim probationũ habere*. Indignabatur & tibi Galenus: primùm quidèm, quòd euidentiſſimam ſententiam diſtrahas; habet enim, *quùm tale quid accidat, quale in flammis exterioribus*. Equidem, neq; puer edẽtulus ignorabit in præſentiarum adduci exemplum proportione quadam manifeſtans labem innati calori præcopia fæculenti ſanguinis, non comparari adinuicèm innatum calorem cum flamma. Conſortem ne lucernarum noctu vagantium apud Lucianum forsàn te credidiſti, ſiquidèm appoſitè Galenus alibi docuerat. *Calori natiuo Senũ tale quid accidit, quale lucernis penè extinctis, quæ continuam exigunt olei ſuffectionem, multam verò, & ſubitã nequeunt ſuſtinere*. Ludis nos captioſa *Comparationis* voce, quæ rem aliam apud Pilologos, aliam apud Philoſophos repræſentat. Succenſet proindè tibi iuremeritò Galenus, quò latuiſſe credis hominem in Ariſtotelica lectione perquàm verſatum, quæ ſint verè *comparabilia*, quaſue exigant conditiones, vt abſq; culpa res huius ordinis ad inuicèm conferantur. Hinc ille ſuaſus, & rei euidentia confirmatus, ſat ſplendida conſu-

1. de An. c. 73.
2. Prior.
1. de An.
lib. de Mare.
1. aph. c. 13.
de Mare. c. 3.

confutatione redarguit quandoq; eos, qui calorem innatum flammæ comparabant. Non pigebit integram tranſcribere grauiſſimi viri ſententiam. *Hæc ratio ab omnibus fermè recentioribus, tum Medicis, tum Philoſophis probatur, quæ tamen meo iudicio vera non eſt, vt quæ ignis flammam animalium calori comparet, haud ſanè intelligens, flammas ex corruptione eiuſdem materiæ, ex qua ſucceduntur, ortum habere, animalia verò non ſic innatum ab eo, qui ea effinxit, ſortita eſſe calorem, ſed vt ab illo augenda, ac gubernanda: nec vllum dari tempus, quo innatus noſter calor per vniuerſam materiam ipſam non ſit extenſus, non eas ſolum facultates, quibus fingit obtinens, ſed et pleraſq; etiam alias: nam et nutrimentum ad ſe ipſum trahit, materiamq; gubernat, apponit, agglutinat, aſſimilat* (nota opera caloris innati) *& (vt ſemel dicam) omnia ſecus ac flamma in innatam ſibi materiã efficit.* Reliqua verò, quæ in dictorum adfert confirmationem Gal. proſequatur ille, cui veritas curæ eſt. Illud tibi verò debetur. *Haud rectè igitur eum igni aſſimilant, comparantq;* (animaduerte) *ac corpora ab ipſo corrumpi putant.* Vt verò Auctor ille, qui comparationem innati caloris, & ignis modò redarguit, perperam à te fautor producebatur, ſic falsò ſuffragantem inducis *flammæ exterioris* mentione innato calori, qui tibi qualitas. Adeon obliuioſus es, vt exciderit, quòd exemplum eſt, non vt pars ad totum, nec vt totum ad partem, ſed vt pars ad partem? obruitur, & extinguitur fęculenti ſanguinis copia, & craſſitie innatus calor, obruitur, & ſuffocatur lignorum aceruo ignis: ſtat in hoc ſimilitudo, atq; proportio. Quid tum? quę neceſſitas cogit, vt ſi dedero igni calorẽ ineſſe, inſit quinetiã, & calori innato? Eſtò inſit; iam tibi innatus calor, non forma, ſed ſubſtantia compoſita, quæ accidentibus immediatè ſubſternitur, vt ex me audiſti ſuperiùs, audieſq;, ſi vellicaueris, in poſterùm. Vniuoca ne tibi ſunt, eiuſdemq, generis ſubſtantia, & accidens? differunt ne ſpecie, quinimò genere, necne? idem ne forſan vtrorumq; eſt ſubiectum proximum? Cur ergo *comparabilia* cenſes, quibus ius omne *comparationis*

nis interdixit olim Ariſt. Commodè igitur ego ex Gal. elicui, ab innato calore, qui vnicus, atque ſubſtantia, fieri hæmatoſim; malè tu cōminiſceris innatum calorem *qualitatem* collatis adinuicem æquiuocis, quæ neq; ſubiecto, neq; ſpecie, quin neq; genere conueniunt; vt hinc intelligant omnes quàm benè conſultum ſit Auditoribus, quos erudit ille, qui ad pauca reſpiciens, tam falſa, atq; erronea enunciat.

Elp. Dum vero ſecundo loco Galenus infit, præter ea, quæ ſuperius in eodem loco abſte citato conſiderauimus, Nam quid quæſo de ſanguine dicere potuit homo &c. p. 123. 2. de F.N. c. 8.

Tyr. Nuda affirmatio tua, ſimplici mea negatione tollitur. Neq; ego *nudum ſpoliare* ſatago (ſat norunt Auditores, quātùm profeceris in præſenti diſputatione) verùm duo curſim in tuis modò obſeruo: primum, quòd ingenij tui miram vbertatem indicat; nam qui *duplicem calorem* confirmare tibi propoſueras, triplicem nunc magna liberalitate erogas, *Subſtantialem, & ab eo naſcentem accidentalem, quin & ipſam animam*; Alterum eſt, quod tuis verbis referam.

Elp. Non erat ergo tibi explodendus calor accidens à munere ſanguificationis; potiſſime quum iecur illibato ſuo Temperamento habituali destitutus calore ſibi à corde per arterias influente qui ſibi eſt accidens, non poſſit vllo modo Chylum in ſangui vertere.

Tyr. Vt euehas calorem illum, qui, & tibi accidens eſt ad innati dignitatem, influentem calorem deprimis, quem tamèn in ſubſtantiarum cenſum repoſueras tu ſuperiùs, idq; patratum abſte omnes intelligunt, quò ius ſummum omnia peſſundandi integrum apud te ſeruari cunctis innoteſcat. Poteſt ne, quod vni eſt ſubſtantia alteri eſſe accidens? Si *quod verè eſt, ſit accidens nulli. Surdo* ne tibi *fabulam narrauit* Ariſtoteles? Non licebat olim hoc in Peripato, verùm tua

Licentia licebit cuilibet in poſterùm expungere, decemq; prima genera in ordinem redigere, quin totam naturalem Sophiam peruertere. Parùm curat hæc tuus Therſites, cui apprimè in votis eſt, *Nouis* celebrari *Iuuentis*. Neq; ego hanc illi inuideo nominis celebritatem egregijs artibus paratam: ſciſcitor nunc tantùm, quid tibi conferat allatum ratiocinium? quoue modò tibi ſuffragetur? Iecur deſtitutum calore influente, qui ſibi eſt accidens, ſanguinem non generat; quid igitur inferſ? Forsàn, *ergo calor innatus eſt accidens?* vel accidens eſt cauſa coctionis? Vtrumq; malè deducis, & infers: nam & tibi repugnas, & veritatem manifeſtè oppugnas. Etenim neq; calor influens accidens eſt, neq; Hepati accidit, quòd tu falsò aſſumis: quòd ſi accideret, intrinſecè tamèn eſſet ſubſtantia, non accidens, vixq; ex modo accidere diceretur: hinc tua retegitur fallacia. Prætereo data opera, quæ ſuperiùs adduxi de innato calore, nempè quòd ſubſtantia ſit compoſita, & quòd influens accidentali tantùm differentia ab implantato diſcriminetur, verùm ne gratis me accepiſſe dicas, quod nemo ſanus controuerteret, iufluentem ſcilicèt calorem hepati non eſſe accidens, lubens; volenſq; hanc non admodùm arduam prouinciam ſubeo. Equidèm non
2. Top. c. 5. omninò te exiſtimo immemorem, quòd *accidens cuiuis rei vni poteſt ineſſe, & non ineſſe*. At influens, non ineſt, ſed præeſt; neq; poteſt abeſſe, vel per minimum temporis mo-
11. Meta. mentum, ſalua vita, vitæq; operationibus, tantùm abeſt, *vt ſemper non fiat, nec ex neceſſitate, nec vt in plus*, quod & tu in præſens fateris. Amplius percunctantur ex te Logici, quod nam cenſeas futurum accidens influentem calorem? commune, ac ſeparabile, vel inſeparabile? primum, ſi ſapis
1. Phyſ. t. 28. euitabis, nam *contingit eſſe, & non eſſe*, alteri manum ſi des, refragabitur ille, nam influentis in ratione, *neq; eſt, neq; eſſe poteſt id cui accidit*. Influens igitur calor nequit eſſe accidens. At neq; Hepati eſt accidens, verùm ſubſtantia vbiq;, quin & forma. Hic ſubſultas tu, tanquàm habeas me tuis
4. Colleg. c. 1. ſubſcribentem de calore innato *forma*: audi interim Cordu-

benſem,

benſem, cuius monitu cautiùs procedes in poſterùm. *Calor, qui transmittitur à corde ad hepar, & cerebrum, eſt mediante quo iſta membra operantur artes ſuas: quia calor non eſt proprius in eorum eſſe, niſi calor partium conſimilium, ex quibus ſunt compoſita: & ille eſt ſicut materia: ſed calor transmiſſus à corde eſt ſicut forma*. Parq; erat, vt eodem conſeruante fouerentur, vel in proprias functiones promouerentur, quo auctore omne quod habent ſortita ſunt. An ignoras, quod vel in triuijs canunt pueruli, *idem eſſe agens generans, & conſeruans*? Habeto tibi hæc pauca pro multis, quibus defendi valet influentis caloris dignitas. At verò neq; indemnatam præteribant Dialecticæ, & Sophiæ alumni tuam illam inferendi normam, à ſecundum quid, ad ſimplicitèr, à cauſa ſine qua non, ad cauſam abſolutè. Nam dato quòd calor accidens, quicumq; tandèm ille fuerit, ſuppetias quomodocunq; ferat coctioni, non eſt tamèn vt *innati* nomen ſtatim mereatur, ſecùs, & balneum, & fotus, ſine quibus languente ſtomacho coctio non abſoluebatur, *calorem* propriè dicerentur habere *innatum*, quo nil inſulſius enunciari, excogitariue poteſt. Parùm tandèm tuæ conſulis exiſtimationi, qui turpi contradictione, adimis calori tuo hepatis, *habituali* illæſo emanationem illam *caloris actualis* totiès à te inculcatam, mordicùſq; tutatam. Qua vacante, ſi calor influẽs fert ſuppetias vnicuiq; parti, dubio procùl à cauſa iàm decidiſti, noſq; liberaſti à metu *Duplicis Caloris*, quibus tu omnis caloris expers vẽtoſo titulo nobis minitabaris. Prætcr id, quòd partium coctio debebitur influenti à corde calori, quem par eſt credere magis à corde dirigi, cuius eſt ſoboles, atq; ſatelles, quàm ab hepatis temperamento, cui prǫeſt tanquàm forma, vt audiſti ab Auerroe. Vnicus igitur eſt calor innatus, iſq; ſubſtantia compoſita, cui hæmatoſis debetur, & committitur nunc à Gal., necnon eadem mòx illi aſſerturus, quamquàm te inuito, perperàmq; reluctante.

Elp. Dum tertio Galenus de natura humana à te citato, vereor ne falſo citetur.

Tyr. Neq; ſecundus fuit vnquàm, eritue in præſens tibi Galenus, vt qui nec præſentem, vel alloquentem aſſequaris. Siquidèm loco citato in enodatione difficultatis illius, cur pituita hyeme generetur, non ſanguis, qui ſuccus temperatus eſt, ventres verò hyeme, & vere calidiſſimi ſint, habet, *ſiquidem oportuiſſet, quum alimentum probè coqueretur, ſanguinem potiùs, non pituitam generari*. Valdè profectò obtuſa eſt tua *acies*, nullo Teleſcopio excitabilis, quæ aperta, atq; dilucida non percipit, nempè, quod nulla controuerſia calori illi, cuius meminit Hipp. in aph. (cauēſis, ne dixeris ſolius meminiſſe influentis, quòd aliàs nimis impudentèr patraſti) demandetur hæmatoſis, quod & confirmat in ſolutione. *Quæ igitur ſolutio ambiguitatis? nobis quidem videntur ventres hyeme naturali calore calidiſſimi eſſe, ideſt optimè temperati*. Obſerua qui dicantur *calidiſſimi* pro tuis *viuidioribus*, vel ſi *calori tuo actuali* hæc tribuas, iunge tu *calidiſſimum* illud cum *Temperato*. Hæc ſatis. Euanuit igitur falſæ citationis *ſuſpicio* illa, inualuit, vel te fatente, certitudo tuæ negligentiæ in Auctoribus euoluendis.

l. c.

p. 124. *Elp. Scias non ob hæc ſoli calori, quem tu putas eſſe ſubſtantiā munus hoc totum à Galeno committi &c.*

Tyr. Profectò neq; mirum cuiquam videbatur, quòd tu corporis, & mentis luminibus captus, cæcorum induiſſes mores, qui iteratis, iiſq; inſulſiſſimis cantilenis, tædio cōficiunt Auditores. Iàm cuiq; exploratum eſt, vnico tantùm calori negocium hæmatoſis decerni à Galeno, eiq; innato, qui ſubſtantia compoſita eſt, atq; animata, vt monui te ſuperiùs. Innati verò caloris nomine vtrumq; complectitur calorē, tùm fixum, tùm influentem, quibus officium hoc ex æquò debetur. Falſum eſt agere hìc Galenum de calore influente tantùm, nam *Ventres ſunt temperatiſſimi*, partium verò temperiès poteſt ne tibi eſſe influens, qui eam cenſes, & prædicas,

cas, *formam miſti inanimati* (iàm dixeris, & animati) quod nonnulli de te ſuſpicantur. Audiſti inſupèr à Galeno, cuius ſententiam malè tu refers,atq; decurtas,habet verò, *Reliquæ attamèn particulæ corporis hyeme magis refrigeſcunt, immò nonnullis etiam ventriculus ipſe*, itaut, & ambuſtæ fiant quandòq;. Quæ calamitas non vnicæ influentis abſentię accepta referri abſte poteſt, qui tantum tribuis fixo, vt influens tibi ſit accidens, &adeſſe proindè poſſit, atq; abeſſe præter viſceris, vel partis corruptionem. Audi Gal. mihi patrocinantem. *Quæcumq; ſunt natura frigidiora, ijs ca lor innatus à frigore hyberno ſuperatur, adeo vt ferè extinguantur, quare plurima ipſorum ſimilia mortuis conſpiciuntur, cum ſine ſenſu, & motu in latebris iacent, quædam verò prorſus in hoc ipſo affectu moriuntur*. Ita vt neceſſe tibi ſit fateri calorem influentem,neq; *accidere*,neq; eſſe *accidens*, ſi eius abſentia corrumpitur animal, vel ſi ſecùs, non præterijſſe *fixum* modò ipſum Galenum, non ſecusàc in loc. à me citato. Malæ fidei, & falſitatis conuincunt te, quæ ſuppreſſiſti mòx ſubſequentia Galeni verba. *Prætereà longè etiam magis venæ per vniuerſum corpus diſpartitæ, vt quæ refrigeratæ ſint, nequeunt illum ſimilitèr tranſmutare*. An percipis adhùc quo calore egeant vaſa hæc, ne generent pituitam, vel ſanguinē pituitoſum? Intelligis ne, & Iecur,quamquàm his minùs, delinquere tamèn,neq; ſanguinis generationem abſoluere, & ſi influente vndiq; circumfuſum? Grauius eſt, quòd tui criminis reum me facere tentas, nempè, quòd tecum influentem calorem accidens dicam, quem paſsìm ſubſtantiam compoſitam, animatam aſſero, ſolaq; accidentali loci differentia à fixo vix, ac ne vix diſtinctum (nàm & fixus mouetur, propriaſq; commutat ſtationes. Influens igitur hic calor, qui tibi vnico ſanguini nititur, Galeno verò, & mihi *ſanguini, & ſpiritui*, inſidet ſanguini,non inhæret, ac proindè ſubſtantia eſt, non accidens, vti tu ſomnias. Benè eſt, quòd manus tandèm des. noſtroq; permittis vti iure, nam fateris, *tum quia ſanguificationem referre potuit*

aph 1. com. 15.

in

in eum calorem, qui magis præcipua cauſa eſt eius actionis. Calor igitur inſitus hæmatoſin abſoluit Galeni teſtimonio in commento cit. de Natura Humana, quod abundè ſuperiùs conuicimus, tuq; victus nunc fateris.

Auc. Et Chyloſin iniuncto officio committat.

Elp. Chyloſin decebat aptè deſcribere, quæ chyli confectio eſt in ventriculo.

Tyr. *Turpe eſt Senex elementarius*, dicebat Seneca, dum pro Typographo in re minima aberrante, tibi verè *elementario* (nam Grammaticè elementa obſeruas, Phyſicæ ignoras) ex animo ſuccenſet. Benè mecum actum nonnulli fatebantur modò, quod Venefica illa tua Grammatica, noſtrã non transformauerit *Chyloſim* in *Chyliſicationem*, prout *hæmatoſim* deformauerat dudùm in *Sanguificationem*. Cauſabantur, qui tuos mores norunt, attentionem in aptè deſcribenda *Chyloſi* quô Onomaſticon Grammaticali deſcriptione ditares, conſortibus tamèn tuis Pædagogis, neq; nouam, neq; probatam.

Elp. Quam ſanè Galenus rectè iniungit innati caloris officio; ſed non propterea tuam opinionem roborat interdicenti calorẽ accidentarium animalibus.

Tyr. Quapropter reuocant Grammatici te deuium ad ferulam pœnas daturum pro violata ſermonis congruitate in voce *interdicenti*, quæ nulli, præterquam tibi interdicendo Grammaticæ foribus congruit, ſit illis hæc cura; meum eſt ex commento Galeni à me citato, & inſiti caloris operam in Chyli coctione probare, quod tamèn adeò euidens, vt rem controuertere te puduerit. Nam vbi Galenus hæc habet, *Siquidem is, cui eos*, nempè cibos, *coquendi, ac conficiendi officium natura tribuit, calor innatus ſcilicèt, exiguus eſt*, præterquam

quòd

quod noſtra exactiſſimè confirmat, tibi quinetiàm grauitèr ſuccenſet, quod *duplicem* tuearis *calorem*,etiam *innatum*: nam *is, cui* demandatur coctionis officium *à natura*, vnicus eſt, ac æſtate *exiguus*. Quem igitur non habuimus contradictorem, audiamus Galenicæ ſententiæ corruptorem.

Elp. Porrò caloris innati nomine Gal. hic non fixum ventriculi calorem vti tu putas, qui ſubſtantia eſt intelligit &c.

Tyr. Bona verba quæsò. Si caloris innati nomine Gal. hic fixum ventriculi calorem, vti tu putas, & qui ſubſtantia eſt non intelligit, calor igitur fixus non operatur coctionem. Probo conſequentiam. Calori illi tribuenda eſt concoctio, cuius meminit modò Galenus, ſed meminit per te influentis, non fixi, influenti igitur, non fixo tribuenda eſt coctio. Minor tua eſt, maior Gal., qui digito præmonſtrat opificem coctionis. Verùm tu dudùm *accidens* dicebas *calorem influentem Iecori*, ac proindè vnicuiq; membro: inſupèr *calorem habitualem* partis dudùm dicebas, quòd *magis præcipua cauſa eſt eius actionis*. Hanc debebam apophyſim tuæ conſtantiæ. Proſequeris tu cauſam ſimilem primæ ſpeculationi aptare. *Non enim hic æſtate minuitur, hyeme augetur.* Augeri calorem innatum, non influentem tantùm, ſed & fixum præſertim iàm tibi probaui, & anni temporibus euidentèr illud contingere, Hippoc., & experimēto ductoribus, conuiceram, ni tu derogaſſes certiſſimæ eius poſſeſſioni: nam & Syrio ardente friges, rigeſq; bruma, nil tibi conferente illo, *qui concentratus colligitur multus in viſceribus interioribus*. Proh miram elegantiam. p. 125.

Elp. Quod autem ſecundo loco tibi Galenum adſtipulatorem vocas, vereor ne tibi potius refragetur, ac Vlyſſi plane ſuffragetur, ait enim citatis verbis. Quod geminum in animalium corpore &c. 6. epid. t. 25.

Tyr.

Tyr. Quid eſt in Sole caligare, niſi tu modò caligas? Probare inſtitueram inſitum animalium calorem abſoluere coctionem, præcipuè verò chyloſim, acceſſit noſtrum in patrocinium non inuitus Galenus loc. cit., is verò, vel tuimet relatione, hæc deponit. *Illud etenim conſtat in ventriculo ciborum concoctiones ab hoc inſito calore exuberante optimas fieri.* Vt audis *Inſito calori* abſolutè tribuit auctor concoctionem ciborum in ventriculo, prout ab igneo diſtinguitur, & qualitatem illam tuam caloris mòx reſpuit. *Itaq; ſicut abſolutè ciborum confectio huiuſmodi ventriculorum indicium eſt*, ſcilicèt calidiorum, *ita frigidiorum quidem in acidum conuerſio, calidiorum autem in nidoroſam qualitatem mutatio*. Nota inſupèr, quid exuberantia *caloris tui actualis* pręſtet in ventriculo. *At ob Ventriculi intemperiem malè concoquentibus, & cibos in fumidam, nidoroſamq; qualitatem corrumpentibus, vitioſus in aeris ſanguinem contrahitur, prauaq, in toto corpore fit nutricatio.* I nunc, & qualitatem dic innatum calorem, temperamentum infractum, *calorem habitualem*, ſeròq; diſce ab eodem auctore, quod *in Iecore, et corde multus ab initio inſitus calor ineſt*, qui ſubſtantia compoſita eſt, vt centies audiſti, *in carnes verò e venis ſanguinis profunditur*. Quæ vt noſtris ſuffragantur vnicum ponentibus in animali inſitum calorē, accidentali tantùm differentia diuerſum, ſic tibi refragantur credenti inſitū calorē eſſe temperiem, & formā, quam tamèn refugere, accedere, vitiari, reſtitui, multam paucamue fieri, perridiculum omnes exiſtimant. Malè proindè de futuro ſuffragio iudicaſti.

p.117. adu. Lyc. c.6. *Elp. Demum tertio loco à te citato, ne verbum quidem Gal. dcit quod eſt calorem innatum, qui ſubſtantia eſt, cauſam eſſe chylificationis effectiuam.*

Tyr. Maiori tu *Multa* dignus es, quàm Typographus, qui pro cap. 7. in margine 6. finxit: quamquàm Lycus ille te præſtantior, fateatur ex relatione Galeni in cap. 6. quòd *calor in corporibus noſtris alimentum in ventriculo concoquit, atque inteſti-*

inteſtinis. Qua facie aſſeris, *& in ſequenti cap. talem opinionem Lyci confutans, nihil de cauſa chylificationis*. Num hæc ſunt Gal. in fine cap. 7. *Ergo in pueris plurima ſanguinis ineſt ſubſtantia, nimirum ſecundum miſturæ proportionem (nam in hoc, velut ob lethargum dormitantes, identidem excitãdi ſunt, qui talia effutiunt, qualia Lycus ſcripſit) & quæ præterea cum ea vnà increſcit qualitas huiuſmodi, qua mitem ſe, ac tangentibus amicam non tàm aduerſam, mordacemq; præbeat, necnon etiam efficacem, ſecundùm quam nequicquã nidoroſæ concoctiones fiunt, neq; verò vti in pituita acidæ*. Equidèm cenſeo vniuerſum illud cap. 7. rediuiuo Lyco eſſe dicatum. Quæ verò impudentia adducat particulas; *connati igitur corporis, quod ab efficaciſſima, quæ in eo eſt qualitate innatum calidum appellatum fuit &c.* Rursùs. *Corpus porrò calidum innatum, ſanguis erat. Quare ex ijs colligitur, & ijs, qui creſcunt plurimum ineſſe corporis calidi innati*. Is, inquam, qui mordicùs tuebatur, calorem innatum, non corpus, ſed *qualitatem habitualem* eſſe, vel *formam*, monſtroſum prorsùs eſt. His niſi flectèris in poſterùm, quid eſt, vt ſperem *Nouatorem Lycum* obſeruaturum qualitatem, quæ corpori huic indiuidua eſt comes, *quæ mitem ſe, ac tangentibus amicam præbet*, ei profectò perquàm aduerſam, quam viuidioribus olim tribuebat. Par erat eum qui qualitatem iſtam tangibilem ab alia qualitate dimanare credebat, eorum meminiſſe, quę apertè Gal. præſenti in cap. monet. *Nam tàm eſt in ijs, qui creſcunt calidi innati ſubſtantia plurimum ad aliorum videlicet proportionem, quàm etiam vnà cum hac qualitatis: ſiquidèm à ſubſtantijs ſeparari propriæ qualitates nequeant, vti ſanè nec facultates*. Et ne vniuerſum cap. illud tranſcribam, colophonem cum Gal. imponam. *Omnibus igitur Lyce optime modis plurimum ijs qui creſcunt caloris innati, ineſt, quocircà nihil iàm deliquit Hippoc. At te potiùs ipſum conuiciatorem eſſe deprehendimus: planum enim ex ijs, quæ ſcripſiſti fecimus, vt à nullis introductus præceptoribus fueris, quò Hippocratis dogma aliquod percipere potueris, vtq; manifeſto,* K. Adu. Lyc. c. 7. in f.

quę prorſus ignoras, ipſe reprehendas; tum contradictionem moliri ignorantia plenam declaratus es eam, qua artis vniuſcuiuſq; conſtitutionem demoliendam aggredebaris, cumq; eorum, quæ de his ſæpenumerò ſcripſit Plato nihil teneas, tibi ipſi pugnantia ſæpè affers in adoleſcentium detrimentum, quicunq; ratiocinatiua, ſicuti tu ſcientia, ignari veram à falſa diſtinguere orationem nequeunt, poſtremò audaciſſimus præter hæc, ac nihili viſus es, dum priùs quàm ea planè didiceris, eorum, quæ ab Hippoc. dicuntur, expoſitiones conſcribere aggrederis.

Anc. *Non abſq; lucro introducam ipſum loquentem. Etenim protenſa eſt per ſolida corpora natura, inquit, quæ illorum eſt virtus, concoctionemq; à ſolidis corporibus ſanis humores conſequuntur, hanc verò naturam ſolida corpora regentem innatum eſſe calorem alibi docuit.*

1. epid. c. 1. t. 46.

Elp. *In primis natura hæc humores concoquens, demus, eſt calor fixus protenſus per vniuerſas partes ſolidas &c.*

Tyr. Tandèm manus das, & calorem inſitum cum Galeno agnoſcis naturam, atq; eam, quæ concoquit humores. Cui verò *naturę protenſio* illa debeatur, neq; te ignorare fas eſt, totiès monitum. At ſi naturæ nomen illi non denegas, cur eſt, vt ignobilem illi collegam adiungas *accidens*? An tibi *natura* eſt accidens, non ſubſtantia? vel *natura* ex æquo de accidente prædicatur, & ſubſtantia? vel accidens migrat in ſubſtantiæ ditionem? malè feciſti, dum his credis, dumq; Galenum introducis patronum, peſſimè quùm illum interpretaris. Duplici equidèm vtitur nomine Galenus *naturæ*, *& virtutis*, quô vnicam ſignificet ſubſtantiam gemina voce, & vna alteriùs in explicatione vicem ſubeunte, quod neq; purus Grammaticus alitèr iudicabit. Quapropter, vt veriſſimum eſt, & Ariſtoteli congruum, quod *natura ſubſtantialem formam miſti viuentis propriè* nunc *ſignificat*, non habi-

habituale temperamentum, quod ex ditione entis, formæq; miſti exulat, hæc verò non alia, quàm *anima*, *quæ forma viuentis eſt*, nilq; aliud præter *calorem innatum Galeno* ſignificare ſueta, vt anteà demonſtraui, ſic ab omni veritate abhorret, quòd *per virtutem propriè qualitatem intelligat*, *quæ dicitur naturalis potentia*, *vel impotentia*. Non enim adeò malus Logicus erat Galenus, vt ſubſtantiæ huic, genus præfeciſſet accidens, *natura quæ illarum eſt virtus*, vel pateretur prædicari in rećto accidens de ſubſtantia. Tu verò, qui ad nauſeam vſq; totiès repetis in hac tractatione *virtutes Elementorum*, quas ſaluari prædicas in miſto, dic ſodès, ſunt ne hæ *propriæ qualitates*, quæ naturali debebantur potentiæ, vel impotentiæ? Vel enim abiurare prolatam modò opinionem cogeris, vel *suis habitualibus* derogare, quas pro ſubſtantijs nobis huc ùſq; diuendidiſti.

Elp. Sine qua natura illa neutra coctiones humorum promouere non poteſt.

Tyr. Accurrunt Phyſici *Noua Natura* ićti ſono, quæ tibi *Neutra*. Sciſcitantur Ditionem, Stationem, Ius, Leges, Mores; percunćtantur abſte, quibus, quorumue reſpectu *Neutra*. An caloris innati, qui neq; materia, neq; forma, ſed compoſitum ex ijs conſtans? quod vt verum, ſic tibi perquàm aduerſum. Quæ igitur ſunt illa *vtraq;*, quibus opponitur hæc *tua Natura Neutra*? An ſubſtantiæ, & accidenti nupèr à te memoratis? Erit igitur præter res, hinc Grammaticorum votis *Neutralibus Verbis* maritanda, quæ neq; agunt aliquid, neq; patiuntur. Quod ſupereſt, hanc *Neutra Natura* recuſant conditionem, *Anima, & Calor innatus*, qui ſubſtantiæ dignitate, æquiſſimo, minimèq; interrupto iure potiuntur.

Elp. Deinde vero Natura hæc humorum concoctrix per ſolidas partes protenſa calor naturalis eſt, iſq; geminus, vel etiam tergeminus &c.

Tyr. Spectitorum verò vnanimi conſenſu, quùm hęc ſcripti taſſes, Elpenor, neq; ſobrius, neq; vigilans, non erat cur ad calculum illa reuocarent. Placuit tamèn Conſeſſui Litterario, cui nihil ex tuis hucuſq; placuit, ſi non ad ſtateram Aurificis, ad trutinam ſaltèm molendinariam, quæ nunc profers, penſitare. Tergemino tuo calori, quem tamèn Quintuplicem, emendans memoriæ lapſum, mòx facies, compari in lance opponunt vnicum innatum calidum Hippocrati, & Galeno cognitum: inuentus verò es tu minùs habens. Quin malæ fidei incuſat te Couus Senex, vt qui ne per ſomnium, duplicem vnquàm admiſerit innatum calorem, vel animam calorem dixerit: quamquàm animæ munera calori non denegarit in loco à te producto. Tot deniq; implicitus caloribus, præterquam quòd friges adhùc, aliud quinetiã agens, reſtituis ſubſtantiæ dignitati calorem influentem, quem dudùm accidens Iecori dixeras. Complicat ille proindè, quod præ turbata à te poſſeſſione explicauerat, Ariſtoteleum priuilegium, *quod verè eſt accidit nulli*, tibiq; infenſus, quãquàm vitæ communicatione abſte modò celebratus, ſuam in poſterùm tibi denegat operam; vt experiaris quid valeat aceruus horum *calorum ſingulum* rara Grammatica, *etſi more ſuo regit partes*. Noua Philoſophia, verèq; tua.

p.128. *Elp. Deniq; verò licet concedam tibi naturam ſolida corpora regentem ex Galeno innatum eſſe calorem &c.*

Tyr. Tàm iniquus es in Typographum, vt neq; vnicam numeralem notulam in margine illi condones, & pro com. 33. 4. aph., reſtituas com. 37., vbi Galènus hæc habet, *& eam, quæ ſolida corpora regit naturam, quæ ſecundum Hippòc. eſt calor naturalis, vel extingui omninò, vel proximam eſſe extinctioni*. Valeas proindè tu tua cum *paſpala*, tuaq; cum *conceſſione*, qui concoquere adhùc nequiſti caloris innati ius in concoctione, præ ignorantia naturæ eiuſdem caloris.

Auc. Quæ vt excludunt calorem illum accidens à coctionis officio, ſic vnum, eundemq; confirmant opificem cum Altione.

Elp. Immo luculenter includunt calorem illum accidens in co-ctionis, & altionis officio &c. p.119.

Tyr. Immò in lutulenta volutaris adhùc *fouea*, recuſaſq; veritatis præfulgidum intueri iubar; quòd, nempè, calor innatus ſit omnium naturalium operum auctor, inter quæs coctio, non poſtremum ſibi locum aſciuit. Præterea, quòd calor innatus ſit ſubſtantia compoſita, non ſimplex, animata, non inanimis, prout perperàm tria hæc hucùſq; credidiſti. Quamquàm verò coctionem, quę mutatio eſt ſubſtantialis, immediatè non promoueret Hippocrati, & Galeno calor innatus, non eſſet tamèn, vt qualitas illa *ſine qua non'* mutationem abſolueret, dicenda eſſet calor innatus, quùm vbiq; diſtinguatur cauſę genus huiuſmodi à principali agente realitèr, prętерquamquòd diuerſis conſtituantur ſub generibus ſępè ſępiùs, quod audiſti ex me ſuperiùs. Aſt ego ex te viciſſim audiui ſuperiùs, omnium alterationum, quæ fiunt in corpore noſtro, opificem *immediatè* eſſe calorem influentem, *principalitèr* calorem inſitum; vide quàm tecum conuenias. Adde, quòd eodem in loco aſſeueras, ſine calore inſito nihil agere poſſe influentem, dudùm verò dicebas, *nam vel influenti calore penitùs deſtitutæ moriuntur*. Viuunt igitur influentis præſentia, quę omnium maxima in animatis eſt functio. p.116.

Elp. Quare calor accidens caloris habitualis virtus hoc in loco dicitur à Galeno &c.

Tyr. Parùm curo, quàm perperàm Galeni mentem aſſequaris tu, vel nupèr à me monitus; illud tantùm accuratè ſciſcitabor, quod nunc polliceris, nempè, *quòd Gal. naturæ nomen cum Hipp. non ſemèl attribuit calori naturali, & accidenti,*

ac

ac omnino temperatura accidentali ex mea etiam ſententia.
Agè, illud conuince, Elpenor, & eris mihi *Magnus Apollo.*

Elp. Etenim temperatura naſcens ex Elementorum primorum, tam in homine, quam in alijs miſtis omnibus, tum animatis, tum anima carentibus, eiuſdem generis, & conditionis eſt &c.

Tyr. Vel deuias tu, vel nemo te aſſequitur. Dic, quę nam, hęc eſt illatio? Temperamentum vbiq; eſt eiuſdem generis, & conditionis, non igitur naturæ nomen excludit calorē accidens. Aliquid ne occultas myſterium? vel nouam inferendi normam *Nouo Inuento* nunc pandis? Accerſe Galenum, dicat Temperamentum eſſe naturam, adiungas tu temperamentum vbiq; eſſe idem, quid infers? *Non igitur naturæ nomen calori natiuo datum excludit calorē, qui qualitas eſt, & accidens.* Malus es Logicus, nam pręmiſſę tuę hanc virtute continent tantùm concluſionem, *igitur Natura vbiq; eſt eadem.* Quid forsàn tua *Nouitas* inſupèr addit alteram partem pręter enarratas? *Si vera ſunt, quæ ſupra dicebas, omnem calorem, qui reperitur, non ſolùm in Elementis, ſed etiam in miſtis corporibus accidens eſſe.* Egregium equidèm paras Logicę *additamentum*, aucta *terminorum*, *præmiſſarumq;* ditione, ac numero. Neq; meliùs intra Phyſicę atria canis, nam quid eſt? *Temperatura naſcens ex Elementorum primorum tàm in homine quàm in alijs miſtis omnibus tum animatis, tum anima carentibus, eiuſdem generis, & conditionis eſt.* An vnicum eſt Temperamentum omnium ſublunarium? vel quomodò nunc aſtruis *eiuſdem conditionis* eſſe omne Temperamentum tu, qui duplex prędicas Temperamentum, alterum ſubſtantiam, accidens alterum? An tibi *eiuſdem generis, & conditionis* ſunt ſubſtantia, & accidens? Malè proindè ratiocinaris *ſimpliciter*, non benè *ad hominem.* Sit mihi Temperamentum qualitas, Hippocrati verò, & Galeno illud credentibus, *natura*, quorsùm vagaris? quid infers? forsàn, igitur calor innatus eſt accidens etiam ex mea ſententia?

ria? Tàm bardus ne es, vt qui ex me audiſſe faſſus es Temperamentum omne eſſe accidens, Galenicę opinionis me facias modò conſortem, *quod Temperamentum ſit natura*? Equidèm natura ſubſtantia eſt, non accidens *Veterrimè Veterator*, ſatq; fuit tunc Medico Galeno eam prę oculis ſempèr habere ſymmetriam, qua pręſente actiones fiunt, ablata auferuntur, integra abſoluuntur, lęſa labefactantur; etſi quandòq; Philoſophico magis, quàm Medico habitu indutus, diſtinxerit probè Temperamentum ab Anima; pręcipuè verò ea in tractatione, cui titulus, *Quòd animi mores corporis temperaturam ſequantur*. Huius ſi inſtiteris antiquę credulitati, par eſt Temperamentum potiùs dicere naturam, quàm innatum calorem; ſiquidèm temperamentum illi eſt forma ſubſtantialis, innatus calor ſubſtantia compoſita: quapropter forma ſubſtantialis propriè dicenda eſt natura, compoſita ſubſtantia, impropriè natura, propriè verò *habens naturam* 2. *Phyſ.* ſummo Dictatore Ariſtot. *Naturam autem habent, quęcumque huiuſmodi habent principium, & ſunt hęc omnia ſubſtantiæ*. Quid igitur ex mutuò pugnantibus enunciationibus, *Temperamentum eſt ſubſtantia, Temperamentum non eſt ſubſtantia*, ac proindè nec natura, infers ridiculam concluſionem, neque tuæ opinionis complicem, quod temperamentum ſit forma ſubſtantialis, & aſſerorem, quòd calor innatus ſit accidens, iniquè facere tentas? Sat reſipere, quin eripere potuiſſes ius talis formę Temperamento, ſi attentè perlegiſſes inductum à te Galeni teſtimonium. *In morbis minùs periclitantur, quorum primæ corporis temperaturæ, vel ei, quæ nunc ratione ætatis, aut habitus, aut temporis adeſt, congruit morbus*. Iam *primam* immutari, quin in dies variari audis: exortem verò huius calamitatis cenſent cuncti formam ſubſtantialem; tuq; veritate magis, quam voluntate cogente, depoſuiſti quandòq;, *formas ſubſtantiales conſiſtere in indiuiſibili*. Tunc Plautus.

Neq; plus habet ſapientię, quam lapis.

t. 4.

Anc.

1. de F.N. c. 4. *Auc. Hoc verò palatis alibi ſignificauit verbis alteration ẽ verò ipſam, &c.*

p. 130. *Elp. Libenter à te diſcerem ſcriptorem illum Latinum, à quo palata verba deduxiſti, &c.*

Tyr. Vt ſatisfaciam triplici petitioni Noui diſcipuli, dumq; ſciſcitor *Scriptorem illum Latinum, à quo palata verba deduxi*, dic tu nobis, quibus auctoribus Claſſicis quaue auctoritate in Latium introducis nouis has voces, nempè in Dial. 1. pag. 11 *inarticulatis* 12. *inaudibilem*, 14 *præſtigiorum* 20. *melodicos*, 24. *vndiquaque* 35. *Tabularius*, Dial. Mulctra, *habitualis*, *actualis* milliès pag. 8. *ſubſtantialem* pluriès, 18. *eſſentialis*, 23. *conſtitutrices* 27. *inſeparabilitate*, 28. *mirabilitatem* 30. *contradiſtinguitur*, *formaliter*, 32. *ſpecificari*, 47 *conſtitutiua*; *cauſaliter* 49. *identificari*, 52. *inſtrumentale*, *accidentarias*, 54. *Vegetalis*, 70. *Logicalibus*, 76. *ſubſtantifici*, 82. *ſuſceptiua* 90. *mentali*, 96. *actuare* 99. *ſenſitrice*, 100. *comprincipium*, 105. *effectricum*, 107 *Iecorarijs*. 121. *ſanguificatione*, 124. *concentratur*, 127. *chylificationis*, 131. *citationem*, 134. *incompoſſibilia*, 135. *implantatus*, 153. *intellectilium*, 160. *confectiuus*, *concoctiuus*, *infrigidationis*, 161. *deperditionem*, quæ raptim dum noto, non abſq; nota barbariei ſingulas obſeruo tui exchartabuli paginas. Diſce præterea, non *permutari*, *neq; peruerti* auctorum ſententias, quod ſecundo loco petebas, ſi quandò ſcriptor pro nata occaſione præpoſtero in illis recenſendis vtatur ordine; ſuadente hoc vel methodo, vel diſſuadente futuro Lectoris tędio, cui ſcopulo tu frequentiſſimè præ ſtudio damnatæ prolixitatis, miſerè impingis. Quod tertiò loco doceri expoſcis, cur excludã *calorẽ accidens* ab ijs functionibus, quas Galenus adſcribit calido ſimplicitèr, & Innato calori, præſtabo, ſi aures, mentemque prębueris, ocioſam nempè, quòd calor innatus, cui cõmittuntur functiones illæ, eſt ſubſtantia compoſita, non ſimplex, non accidens: qui licèt more cęterarum ſubſtantiarum

qua-

qualitatibus non deſtituatur, nouaſq; in dies recipere valeat, nemo ſanus tamen, & ſenex has qualitates appellabit, nomineue inſigniet innati caloris. Idque non ſecùs fiet, ac ſi Lilij candorem, vel odorem, Lilium diceres, quamquàm ſint hęc aliquid ipſius Lilij. Etenim accidentia dicuntur *entia, eo quod talis ſit entis* Ariſtot. monitu. Satin rem tenes? 7. Metap. c. 2.

Oportet addiſcentem credere.

Auc. Eſt namq; Iecoris principaliſſima, & fere prima facultas concoquere, & permutare, ac alterare &c. 8. catat. 6

Elp. Iuro tibi per genium tuum me non intelligere citationem illam tuam 8. Chat. 6. p. 131.

Tyr. Sat noui, neq; per tuum, neq; per Genium acerrimi Iulij Scaligeri iurare te poſſe. Quare, vel tibi iniurato vberrimam habuiſſem fidē, nempè, quòd neq; Galeni locum à me cit. 8. Catat. 6., neq; ſententiam intellexeris, intellecturuſue ſis in poſterùm: vide quàm æquus in te ſim, Elpenor. Video ego & rideo, quin irrideo te, comparemq; pædagogum, fidum tibi Achatem, rei nouitate perculſos, anxios, diſcurſantes, percunctantes, donec neſcioquis è Medicorum familia commonefecit ignaros, non tàm Græci Idiomatis, quàm & rei Medicæ, moris eſſe apud eruditos, & paſsìm in Scholis, tractationes illas luculentiſſimas Galeni, apprimèque neceſſarias, quas ſua lingua inſcripſit περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη, aliam verò περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους ne præ longa ſerie fatigarent Lectorem de Compoſitione Medicamentorum ſecundùm genera, & de Compoſitione Medicamentorum ſecundùm locos, compendiarijs notis ſignificare: vel enim *Catag.*, & *Catat.* Græcis, licèt detruncatis vocibus vtuntur, vel caracteribus ſic notant, *de Med. ſ. g.*, *de Med. ſ. l.*. Pudet me in re nauci abſumere tempus: pudeat te *barbaros* appellare *Medicos* græcanica voce vtentes; Græcis enim exteræ gentes omnes fuêre bar-

in eum calorem, qui magis præcipua cauſa eſt eius actionis. Calor igitur inſitus hæmatoſin abſoluit Galeni teſtimonio in commento cit. de Natura Humana, quod abundè ſuperiùs conuicimus, tuq; victus nunc fateris.

Auc. Et Chyloſin iniuncto officio committat.

Elp. Chyloſin decebat aptè deſcribere, quæ chyli confectio eſt in ventriculo.

Tyr. *Turpe eſt Senex elementarius*, dicebat Seneca, dum pro Typographo in re minima aberrante, tibi verè *elementario* (nam Grammaticè elementa obſeruas, Phyſicæ ignoras) ex animo ſuccenſet. Benè mecum actum nonnulli fatebantur modò, quod Venefica illa tua Grammatica, noſtrã non transformauerit *Chyloſim* in *Chyliſicationem*, prout *hæmatoſim* deformauerat dudùm in *Sanguificationem*. Cauſabantur, qui tuos mores norunt, attentionem in aptè deſcribenda *Chyloſi* quô Onomaſticon Grammaticali deſcriptione ditares, conſortibus tamèn tuis Pædagogis, neq; nouam, neq; probatam.

Elp. Quam ſanè Galenus rectè iniungit innati caloris officio; ſed non propterea tuam opinionem roborat interdicenti calorẽ accidentarium animalibus.

Tyr. Quapropter reuocant Grammatici te deuium ad ferulam pœnas daturum pro violata ſermonis congruitate in voce *interdicenti*, quæ nulli, prçterquam tibi interdicendo Grammaticæ foribus congruit, ſit illis hæc cura; meum eſt ex commento Galeni à me citato, & inſiti caloris operam in Chyli coctione probare, quod tamèn adeò euidens, vt rem controuertere te puduerit. Nam vbi Galenus hæc habet, *Siquidem is, cui eos*, nempè cibos, *coquendi, ac conficiendi officium natura tribuit, calor innatus ſcilicèt, exiguus eſt*, prçterquam-

quòd

quod noſtra exactiſſimè confirmat, tibi quinetiàm grauitèr ſuccenſet, quod *duplicem* tuearis *calorem*, etiam *innatum*: nam *is, cui* demandatur coctionis officium *à natura,* vnicus eſt, ac æſtate *exiguus*. Quem igitur non habuimus contradictorem, audiamus Galenicæ ſententiæ corruptorem.

Elp. Porrò caloris innati nomine Gal. hic non fixum ventriculi calorem vti tu putas, qui ſubſtantia eſt intelligit &c.

Tyr. Bona verba quæsò. Si caloris innati nomine Gal. hic fixum ventriculi calorem, vti tu putas, & qui ſubſtantia eſt non intelligit, calor igitur fixus non operatur coctionem. Probo conſequentiam. Calori illi tribuenda eſt concoctio, cuius meminit modò Galenus, ſed meminit per te influentis, non fixi, influenti igitur, non fixo tribuenda eſt coctio. Minor tua eſt, maior Gal., qui digito præmonſtrat opificem coctionis. Verùm tu dudùm *accidens* dicebas *calorem influentem Iecori*, ac proindè vnicuiq; membro: inſupèr *calorem habitualem* partis dudùm dicebas, quòd *magis præcipua cauſa eſt eius actionis*. Hanc debebam apophyſim tuæ conſtantiæ. Proſequeris tu cauſam ſimilem primæ ſpeculationi aptare. *Non enim hic æſtate minuitur, hyeme augetur.* Augeri calorem innatum, non influentem tantùm, ſed & fixum præſertìm iàm tibi probaui, & anni temporibus euidentèr illud contingere, Hippoc., & experimēto ductoribus, conuiceram, nì tu derogaſſes certiſſimæ eius poſſeſſioni: nam & Syrio ardente friges, rigeſq; bruma, nil tibi conferente illo, *qui concentratus colligitur multus in viſceribus interioribus*. Proh miram elegantiam. p.125.

Elp. Quod autem ſecundo loco tibi Galenum adſtipulatorem vocas, vereor ne tibi potius refragetur, ac Vlyſſi plane ſuffragetur, ait enim citatis verbis. Quod geminum in animalium corpore &c. 6.epid.s.4 t.25.

Tyr.

Tyr. Quid eſt in Sole caligare, niſi tu modò caligas? Probare inſtitueram inſitum animalium calorem abſoluere coctionem, præcipuè verò chyloſim, acceſſit noſtrum in patrocinium non inuitus Galenus loc. cit., is verò, vel tuimet relatione, hæc deponit. *Illud etenim conſtat in ventriculo ciborum concoctiones ab hoc inſito calore exuberante optimas fieri.* Vt audis *Inſito calori* abſolutè rribuit auctor concoctionem ciborum in ventriculo, prout ab igneo diſtinguitur, & qualitatem illam tuam caloris mòx reſpuit. *Itaq; ſicut abſolutè ciborum confectio huiuſmodi ventriculorum indicium eſt*, ſcilicèt calidiorum, *ita frigidiorum quidem in acidum conuerſio, calidiorum autem in nidoroſam qualitatem mutatio*. Nota inſupèr, quid exuberantia *caloris tui actualis* prçſtet in ventriculo. *At ob Ventriculi intemperiem malè concoquentibus, & cibos in fumidam, nidoroſamq; qualitatem corrumpentibus, vitioſus in aeris ſanguinem contrahitur, prauaq; in toto corpore fit nutricatio.* I nunc, & qualitatem dic innatum calorem, temperamentum infractum, *calorem habitualem*, ſeròq; diſce ab eodem auctore, quod *in Iecore, et corde multus ab initio inſitus calor ineſt*, qui ſubſtantia compoſita eſt, vt centies audiſti, *in carnes verò e venis ſanguinis profunditur*. Quæ vt noſtris ſuffragantur vnicum ponentibus in animali inſitum calorē, accidentali tantùm differentia diuerſum, ſic tibi refragantur credenti inſitā calorē eſſe temperiem, & formā, quam tamèn refugere, accedere, vitiari, reſtitui, multam paucamue fieri, perridiculum omnes exiſtimant. Malè proindè de futuro ſuffragio iudicaſti.

p. 117. adu. Lyc. c. 6. *Elp. Demum tertio loco à te citato, ne verbum quidem Gal. de eo quod eſt calorem innatum, qui ſubſtantia eſt, cauſam eſſe chylificationis effectiuam.*

Tyr. Maiori tu *Multa* dignus es, quàm Typographus, qui pro cap. 7. in margine 6. finxit: quamquàm Lycus ille te præſtantior, fateatur ex relatione Galeni in cap. 6. quòd *calor in corporibus noſtris alimentum in ventriculo concoquit, atque inteſti-*

inteſtinis. Qua facie aſſeris, *& in ſequenti cap. talem opinionem Lyci confutans, nihil de cauſa chylificationis*. Num hæc ſunt Gal. in fine cap. 7. *Ergo in pueris plurima ſanguinis ineſt ſubſtantia, nimirum ſecundum miſturæ proportionem (nam in hoc, velut ob lethargum dormitantes, identidem excitãdi ſunt, qui talia effutiunt, qualia Lycus ſcripſit) & quæ præterea cum ea vnà increſcit qualitas huiuſmodi, quæ mitem ſe, ac tangentibus amicam non tàm aduerſam, mordacemq; præbeat, nec non etiam efficacem, ſecundùm quam nequicquã nidoroſæ concoctiones ſunt, neq; verò vti in pituita acidæ*. Equidèm cenſeo vniuerſum illud cap. 7. rediuiuo Lyco eſſe dicatum. Quæ verò impudentia adducat particulas; *connati igitur corporis, quod ab efficaciſſima, quæ in eo eſt qualitate innatum calidum appellatum fuit &c.* Rursùs. *Corpus porrò calidum innatum, ſanguis erat. Quare ex ijs colligitur, & ijs, qui creſcunt plurimum ineſſe corporis calidi innati*. Is, inquam, qui mordicùs tuebatur, calorem innatum, non corpus, ſed *qualitatem habitualem* eſſe, vel *formam*, monſtroſum prorsùs eſt. His niſi flecteris in poſterùm, quid eſt, vt ſperem *Nouatorem Lycum* obſeruaturum qualitatem, quæ corpori huic indiuidua eſt comes, *quæ mitem ſe, ac tangentibus amicam præbet*, ei profectò perquàm aduerſam, quam viuidioribus olim tribuebat. Par erat eum qui qualitatem illam tangibilem ab alia qualitate dimanare credebat, eorum meminiſſe, quę apertè Gal. præſenti in cap. monet. *Nam tàm eſt in ijs, qui creſcunt calidi innati ſubſtantiæ plurimum ad aliorum videlicet proportionem, quàm etiam vnà cum hac qualitatis: ſiquidèm à ſubſtantijs ſeparari propriæ qualitates nequeunt, vti ſanè nec facultates*. Et ne vniuerſum cap. illud tranſcribam, colophonem cum Gal. imponam. *Omnibus igitur Lyce optime modis plurimum ijs, qui creſcunt caloris innati, ineſt, quocircà nihil iàm deliquit Hippoc. At te potiùs ipſum conuiciatorem eſſe deprehendimus: planum enim ex ijs, quæ ſcripſiſti fecimus, vt à nullis introductus præceptoribus fueris, quò Hippocratis dogma aliquod percipere potueris, vtq; manifeſtò* E Adu. Lyc. c. 7. in f.

quę prorſus ignoras, ipſe reprehendas; tum contradictionem moliri ignorantia plenam declaratus es eam, qua artis vniuſcuiuſq; conſtitutionem demoliendam aggredebaris, cumq; eorum, quæ de his ſæpenumerò ſcripſit Plato nihil teneas, tibi ipſi pugnantia ſæpè affers in adoleſcentium detrimentum, quicunq; ratiocinatiua, ſicuti tu ſcientia, ignari veram à falſa diſtinguere orationem nequeunt, poſtremò audaciſſimus præter hæc, ac nihili viſus es, dum priùs quàm ea planè didiceris, eorum, quæ ab Hippoc. dicuntur, expoſitiones conſcribere aggrederis.

Anc. Non abſq; lucro introducam ipſum loquentem. Etenim 1. epid. c. 5 t. 46. *protenſa eſt per ſolida corpora natura, inquit, quæ illorum eſt virtus, concoctionemq; à ſolidis corporibus ſanis humores conſequuntur, hanc verò naturam ſolida corpora regentem innatum eſſe calorem alibi docuit.*

Elp. In primis natura hæc humores concoquens, demus, eſt calor fixus protenſus per vniuerſas partes ſolidas &c.

Tyr. Tandèm manus das, & calorem inſitum cum Galeno agnoſcis naturam, atq; eam, quæ concoquit humores. Cui verò *naturę protenſio* illa debeatur, neq; te ignorare fas eſt, totiès monitum. At ſi naturæ nomen illi non denegas, cur eſt, vt ignobilem illi collegam adiungas *accidens*? An tibi *natura* eſt accidens, non ſubſtantia? vel *natura* ex æquo de accidente prædicatur, & ſubſtantia? vel accidens migrat in ſubſtantiæ ditionem? malè feciſti, dum his credis, dumq; Galenum introducis patronum, peſſimè quùm illum interpretaris. Duplici equidèm vtitur nomine Galenus *natura*, *& virtutis*, quô vnicam ſignificet ſubſtantiam gemina voce, & vna alteriùs in explicatione vicem ſubeunte, quod neq; purus Grammaticus alièr iudicabit. Quaproptèr, vt veriſſimum eſt, & Ariſtoteli congruum, quod *natura ſubſtantialem formam miſti vincentis propriè* nunc *ſignificat*, non habi-

habituale temperamentum, quod ex ditione entis, formæq; miſti exulat, hæc verò non alia, quàm *anima*, *quæ forma viuentis eſt*, nilq; aliud præter *calorem innatum Galeno* ſignificare ſueta, vt anteà demonſtraui, ſic ab omni veritate abhorret, quòd *per virtutem propriè qualitatem intelligat*, *quæ dicitur naturalis potentia, vel impotentia*. Non enim adeò malus Logicus erat Galenus, vt ſubſtantiæ huic, genus præfeciſſet accidens, *natura*, *qua illarum eſt virtus*, vel pateretur prædicari in recto accidens de ſubſtantia. Tu verò, qui ad nauſeam vſq; totiès repetis in hac tractatione *virtutes Elementorum*, quas ſaluari prædicas in miſto, dic ſodès, ſunt ne hæ *propriæ qualitates*, quæ naturali debebantur potentiæ, vel impotentiæ? Vel enim abiurare prolatam modò opinionem cogeris, vel *tuis habitualibus* derogare, quas pro ſubſtantijs nobis hucuſq; diuendidiſti.

Elp. Sine qua natura illa neutra coctiones humorum promouere non poteſt.

Tyr. Accurrunt Phyſici *Nouæ Naturæ* icti ſono, quæ tibi *Neutra*. Sciſcitantur Ditionem, Stationem, Ius, Leges, Mores; percunctantur abſte, quibus, quorumue reſpectu *Neutra*. An caloris innati, qui neq; materia, neq; forma, ſed compoſitum ex ijs conſtans? quod vt verum, ſic tibi perquàm aduerſum. Quæ igitur ſunt illa *vtraq;*, quibus opponitur hæc *tua Natura Neutra?* An ſubſtantiæ, & accidenti nupèr à te memoratis? Erit igitur præter res, hinc Grammaticorum votis *Neutralibus Verbis* maritanda, quæ neq; agunt aliquid, neq; patiuntur. Quod ſupereſt, hanc *Neutra Natura* recuſant conditionem, *Anima & Calor innatus*, qui ſubſtantiæ dignitate, æquiſſimo, minimèq; interrupto iure potiuntur.

Elp. Deinde vero Natura hæc humorum concoctrix per ſolidas partes protenſa calor naturalis eſt, isq; geminus, vel etiam tergeminus &c.

Tyr. Spectatorum verò vnanimi conſenſu, quùm hęc ſcriptitalles, Elpenor, neq; ſobrius, neq; vigilans, non erat cur ad calculum illa reuocarent. Placuit tamèn Conſeſſui Litterario, cui nihil ex tuis hùcuſq; placuit, ſi non ad ſtateram Aurificis, ad trutinam ſaltèm molendinariam, quæ nunc profers, penſitare. Tergemino tuo calori, quem tamèn Quintuplicem, emendans memoriæ lapſum, mòx facies, compari in lance opponunt vnicum innatum calidum Hippocrati, & Galeno cognitum: inuentus verò es tu minùs habens. Quin malæ fidei incuſat te Couus Senex, vt qui ne per ſomnium, duplicem vnquàm admiſerit innatum calorem, vel animam calorem dixerit: quamquàm animæ munera calori non denegarit in loco à te producto. Tot deniq; implicitus caloribus, præterquam quòd friges adhùc, aliud quinetiã agens, reſtituis ſubſtantiæ dignitati calorem influentem, quem dudùm accidens Iecori dixeras. Complicat ille proindè, quod præ turbata à te poſſeſſione explicauerat, Ariſtoteleum priuilegium, *quod verè eſt accidit nulli*, tibiq; infenſus, quãquàm vitæ communicatione abſte modò celebratus, ſuam in poſterùm tibi denegat operam; vt experiaris quid valeat aceruus horum *calorum ſingulum* rara Grammatica *, etſi more ſuo regit partes*. Noua Philoſophia, verèq; tua.

p.128. *Elp. Deniq; verò licet concedam tibi naturam ſolida corpora regentem ex Galeno innatum eſſe calorem &c.*

Tyr. Tàm iniquus es in Typographum, vt neq; vnicam numeralem notulam in margine illi condones, & pro com. 33. 4. aph., reſtituas com. 37., vbi Galenus hæc habet, *& eam, quæ ſolida corpora regit naturam, quæ ſecundum Hippòc. eſt calor naturalis, vel extingui omninò, vel proximam eſſe extinctioni*. Valeas proindè tu tua cum *paſpala*, tuaq; cum *conceſſione*, qui concoquere adhùc nequiſti caloris innati ius in concoctione, præ ignorantia naturæ eiuſdem caloris.

Auc. Quæ vt excludunt calorem illum accidens à coctionis officio, ſic vnum, eundemq; confirmant opificem cum Altione.

Elp. Immo luculenter includunt calorem illum accidens in coctionis, & altionis officio &c. p. 119.

Tyr. Immò in lutulenta volutaris adhùc *fouea*, recuſaſq; veritatis præfulgidum intueri iubar; quòd, nempè, calor innatus ſit omnium naturalium operum auctor, inter quæs coctio, non poſtremum ſibi locum aſciuit. Prætereà, quòd calor innatus ſit ſubſtantia compoſita, non ſimplex, animata, non inanimis, prout perperàm tria hæc hucùſq; credidiſti. Quamquàm verò coctionem, quę mutatio eſt ſubſtantialis, immediatè non promoueret Hippocrati, & Galeno calor innatus, non eſſet tamèn, vt qualitas illa *ſine qua non* mutationem abſolueret, dicenda eſſet calor innatus, quùm vbiq; diſtinguatur cauſę genus huiuſmodi à principali agente realitèr, prçterquamquòd diuerſis conſtituantur ſub generibus ſępè ſępiùs, quod audiſti ex me ſuperiùs. Aſt ego ex te viciſſim audiui ſuperiùs, omnium alterationum, quæ fiunt in corpore noſtro, opificem *immediatè* eſſe calorem influentem, *principalitèr* calorem inſitum; vide quàm tecum conuenias. Adde, quòd eodem in loco aſſeueras, ſine calore inſito nihil agere poſſe influentem, dudùm verò dicebas, *nam vel influenti calore penitùs deſtituta moriuntur*. Viuunt igitur influentis præſentia, quę omnium maxima in animatis eſt functio. p. 116.

Elp. Quare calor accidens caloris habitualis virtus hoc in loco dicitur à Galeno &c.

Tyr. Parùm curo, quàm perperàm Galeni mentem aſſequaris tu, vel nupèr à me monitus; illud tantùm accuratè ſciſcitabor, quod nunc polliceris, nempè, *quòd Gal. naturæ nomen cum Hipp. non ſemèl attribuit calori naturali, & accidenti,*

ac omnino temperatura accidentali ex mea etiam ſententia. Agè, illud conuince, Elpenor, & eris mihi *Magnus Apollo.*

Elp. Etenim temperatura naſcens ex Elementorum primorum, tam in homine, quam in alijs miſtis omnibus, tum animatis, tum anima carentibus, eiuſdem generis, & cõditionis eſt &c.

Tyr. Vel deuias tu, vel nemo te aſſequitur. Dic, quę nam, hęc eſt illatio? Temperamentum vbiq; eſt eiuſdem generis, & conditionis, non igitur naturæ nomen excludit calorẽ accidens. Aliquid ne occultas myſterium? vel nouam inferendi normam *Nouo Inuento* nunc pandis? Acceſſe Galenum, dicat Temperamentum eſſe naturam, adiungas tu temperamentum vbiq; eſſe idem, quid infers? *Non igitur naturæ nomen calori natiuo datum excludit calorẽ, qui qualitas eſt, & accidens.* Malus es Logicus, nam pręmiſſę tuę hanc virtute continent tantùm concluſionem, *igitur Natura vbiq; eſt eadem.* Quid forsàn tua *Nouitas* inſupèr addit alteram partem pręter enarratas? *Si vera ſunt, quæ ſupra dicebas, omnem calorem, qui reperitur, non ſolùm in Elementis, ſed etiam in miſtis corporibus accidens eſſe.* Egregium equidèm paras Logicę *additamentum*, aucta *terminorum*, *præmiſſarumq;* ditione, ac numero. Neq; meliùs intra Phyſicę atria canis, nam quid eſt? *Temperatura naſcens ex Elementorum primorum tàm in homine, quàm in alijs miſtis omnibus tum animatis, tum anima carentibus, eiuſdem generis, & conditionis eſt.* An vnicum eſt Temperamentum omnium ſublunarium? vel quomodò nunc aſtruis *eiuſdem conditionis* eſſe omne Temperamentum tu, qui duplex prędicas Temperamentum, alterum ſubſtantiam, accidens alterum? An tibi *eiuſdem generis, & conditionis* ſunt ſubſtantia, & accidens? Malè proindè ratiocinaris *ſimpliciter*, non benè *ad hominem.* Sit mihi Temperamentum qualitas, Hippocrati verò, & Galeno illud credentibus, *natura*, quorsùm vagaris? quid infers? forsàn, igitur calor innatus eſt accidens etiam ex mea ſententia?

tia? Tàm bardus ne es, vt qui ex me audiſſe ſaſſus es Temperamentum omne eſſe accidens, Galenicę opinionis me facias modò conſortem, *quod Temperamentum ſit natura*? Equidèm natura ſubſtantia eſt, non accidens *Veterrimè Veterator*, ſatq; fuit tunc Medico Galeno eam prę oculis ſempèr habere ſymmetriam, qua pręſente actiones fiunt, ablata auferuntur, integra abſoluuntur, lęſa labefactantur; etſi quandòq; Philoſophico magis, quàm Medico habitu indutus, diſtinxerit probè Temperamentum ab Anima; pręcipuè verò ea in tractatione, cui titulus, *Quòd animi mores corporis temperaturam ſequantur*. Huius ſi inſtiteris antiquę credulitati, par eſt Temperamentum potiùs dicere naturam, quàm innatum calorem; ſiquidèm temperamentum illi eſt forma ſubſtantialis, innatus calor ſubſtantia compoſita: quapropter forma ſubſtantialis propriè dicenda eſt natura, compoſita ſubſtantia, impropriè natura, propriè verò *habens naturam* 2. Phyſ. ſummo Dictatore Ariſtot. *Naturam autem habent, quęcumque huiuſmodi habent principium, & ſunt hęc omnia ſubſtantiæ*. Quid igitur ex mutuò pugnantibus enunciationibus, 1. 4. *Temperamentum eſt ſubſtantia, Temperamentum non eſt ſubſtantia*, ac proindè nec natura, infers ridiculam concluſionem, neque tuæ opinionis complicem, quod temperamentum ſit forma ſubſtantialis, & aſſerorem, quòd calor innatus ſit accidens, iniquè facere tentas? Sat reſipere, quin eripere potuiſſes ius talis formę Temperamento, ſi attentè perlegiſſes inductum à te Galeni teſtimonium. *In morbis minùs periclitantur, quorum primæ corporis temperaturæ, vel ei, quæ nunc ratione ætatis, aut habitus, aut temporis adeſt, congruit morbus*. Iam *primam* immutari, quin in dies variari audis: exortem verò huius calamitatis cenſent cuncti formam ſubſtantialem; tuq; veritate magis, quam voluntate cogente, depoſuiſti quandòq;, *formas ſubſtantiales conſiſtere in indiuiſibili*. Tunc Plautus.

Neq; plus habet ſapientię, quam lapis.

Anc.

1. de F.N. c. 4. *Auc. Hoc verò palatis alibi ſignificauit verbis alterationē verò ipſam, &c.*

p. 130. *Elp. Libenter à te diſcerem ſcriptorem illum Latinum, à quo palata verba deduxiſti, &c.*

Tyr. Vt ſatisfaciam triplici petitioni Noui diſcipuli, dumq; ſciſcitor *Scriptorem illum Latinum, à quo palata verba deduxi*, dic tu nobis, quibus auctoribus Claſſicis quaue auctoritate in Latium introducis nouis has voces, nempè in Dial. 1. pag. 11 *inarticulatis* 12. *inaudibilem*, 14 *præſtigiorum* 20. *melodicos*, 24. *vndiquaque* 35. *Tabularius*, Dial. Mulctra, *habitualis, actualis* millies pag. 8. *ſubſtantialem* pluries, 18. *eſſentialis*, 23. *conſtitutrices* 27. *inſeparabilitate*, 28. *mirabilitatem* 30. *contradiſtinguitur, formaliter*, 32. *ſpecificari*, 47 *conſtitutiua; cauſaliter* 49. *identificari*, 52. *inſtrumentale*, *accidentarias*, 54. *Vegetalis*, 70. *Logicalibus*, 76. *ſubſtantifici*, 82. *ſuſceptiua* 90. *mentali*, 96. *actuare* 99. *ſenſitrice*, 100. *conprincipium*, 105. *effectricum*, 107 *Iecorarijs*. 121. *ſanguificatione*, 124. *concentratur*, 127. *chylificationis*, 131. *citationem*, 134. *incompoſſibilia*, 135. *implantatus*, 153. *intellectilium*, 160. *confectiuus*, *concoctiuus*, *infrigidationis*, 161. *deperditionem*, quæ raptim dum noto, non abſq; nota barbariei ſingulas obſeruo tui exchartabuli paginas. Diſce prætereà, non *permutari, neq; peruerti* auctorum ſententias, quod ſecundo loco petebas, ſi quandò ſcriptor pro nata occaſione præpoſtero in illis recenſendis vtatur ordine; ſuadente hoc vel methodo, vel diſsuadente futuro Lectoris tędio, cui ſcopulo tu frequentiſſimè præ ſtudio damnatæ prolixitatis, miſerè impingis. Quod tertiò loco doceri expoſcis, cur excludā *calorē accidens* ab ijs functionibus, quas Galenus adſcribit calido ſimplicitèr, & Innato calori, præſtabo, ſi aures, mentemque prębueris, ocioſam nempè, quòd calor innatus, cui cōmittuntur functiones illæ, eſt ſubſtantia compoſita, non ſimplex, non accidens: qui licèt more cęterarum ſubſtantiarum

qua-

qualitatibus non deſtituatur, nouaſq; in dies recipere valeat, nemo ſanus tamen, & ſenex has qualitates appellabit, nomineue inſigniet innati caloris. Idque non ſecùs fiet, ac ſi Lilij candorem, vel odorem, Lilium diceres, quamquàm ſint hęc aliquid ipſius Lilij. Etenim accidentia dicuntur *entia, eo quod ſaliterentis* Ariſtot. monitu. Satin rem tenes? 7. Metap. c. 1.

Oportet addiſcentem credere.

Anc. *Eſt namq; Iecoris principaliſſima, & fere prima facultas concoquere, & permutare, ac alterare &c.* 8. catat. 6

Elp. *Iuro tibi per genium tuum me non intelligere citationem illam tuam* 8. *Cbat.6.* p. 131.

Tyr. Sat noui, neq; per tuum, neq; per Genium acerrimi Iulij Scaligeri iurare te poſſe. Quare, vel tibi iniurato vberrimam habuiſſem fidẽ, nempè, quòd neq; Galeni locum à me cit. 8. Catat. *6.*, neq; ſententiam intellexeris, intellecturuſue ſis in poſterùm: vide quàm æquus in te ſim, Elpenor. Video ego & rideo, quin irrideo te, comparemq; pædagogum, fidum tibi Achatem, rei nouitate perculſos, anxios, diſcurſantes, percunctantes, donec neſcioquis è Medicorum familia commonefecit ignaros, non tàm Græci Idiomatis, quàm & rei Medicæ, moris eſſe apud eruditos, & paſsìm in Scholis, tractationes illas luculentiſſimas Galeni, apprimèque neceſſarias, quas ſua lingua inſcripſit περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη, aliam verò περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους ne præ longa ſerie fatigarent Lectorem *de Compoſitione Medicamentorum ſecundùm genera*, & *de Compoſitione Medicamentorum ſecundùm locos*, compendiarijs notis ſignificare: vel enim *Catag.*, & *Catat.* Græcis, licèt detruncatis vocibus vtuntur, vel caracteribus ſic notant, *de Med. ſ. g.*, *de Med. ſ. l.*. Pudet me in re nauci abſumere tempus: pudeat te *barbaros* appellare *Medicos* græcanica voce vtentes; Græcis enim exteræ gentes omnes fuẽre bar-

baræ, ipſi nullis. Habeo quòd te moneam Typographi nomine; is enim à te commonefactus de ſuperflua aſpiratione, non ingratus rependit gratiam, teq; monet, vt proprios corrigas grammaticales lapſus, alterum pag. 128. *ad vnamquamq; partem, quorum calor*, alterum verò ſeq. pag. 129. *hoc eſt facultatem, quæ velut inſtrumento conſueuit vti calore ſubſtantialis*. Graue proindè non erit tibi duobus iàm beneficijs deuincto, alterum benefactori tuo pro benefactis condonare lapſum, nempè, quùm pro *alteratiuam* poſuit *alterationem*. His tu nugis ſperaſti Auditorum animos diuertere, quominùs intelligant, quod mihi probandum ex Galeni mente aſſumpſeram, (ſcilicèt *vnum, eundemq; confirmari opificem coctionis, & Altionis*) me vberrimè iam præſtitiſſe, non abſq; tuo magno incōmodo. I nunc *tertius Cato, tolle criſtas, linum lino necte, nam vt ſementem feceris, ita & metes, non abſq; Temeſſæo Genio*.

p.131. *Auc. Vnus igitur, idemq; calor innatus, qui nutritionem, coctionem quinetiàm omnem abſoluit in animalibus*.

Elp. Nec Argus omnibus vigilans oculis nec Lynex viderit ex allatis Galeni locis conſequi calorem vnum eundemq; &c.

Tyr. Quid Argos, & Lynces inducis tu cæcior *Talpa*? An adeo hebes es, vt quæ dudùm exaraſti non videas? dum tranſcriberes Galeni teſtimonium, quod ſic habet in calce.

p. 130. 2. de F.N. c. 4. *Atq; idcirco tum nutritionem, tum concoctionem tum omnem ſucci generationem, iàm verò & in excrementis ipſis qualitates à calido innato prouenire*. Quæ niſi viſus acie aſſequaris, ſaltèm cernentibus crede, vel temet non cæco duci crede.

Elp. Dic obſecro poterit ne fieri coctio à puro, puto calore fixo ventriculi prima, Iecoris ſecunda, & aliarum partium ſolidarum tertia, ſine concurſu, & auxilio caloris vitalis à corde per arterias influentis ad eas partes? minimè.

Tyr.

Tyr. Illùc collimas, vt detrahas innato calori, qui vnicus, & ſubſtantia coctionis munus; atq; promoueas calorẽ, qui accidens, & qualitas, ad innati officium, & dignitatem. Videamus quibus artibus. Interrogas an calor fixus partium potis ſit abſoluere coctionem, abſq; influente? Quid tibi, vel propoſitæ Theſi confert hæc interrogatiuncula? Forsàn omne animatum calore ditatur influente, vel niſi hoc ditetur, tui babitur coctio? Verùm tibi iàm decocto minitantur non frutices tantùm, humileſq; myricæ, verùm inuiſæ Vlmi, nodoſeq; Quercus, querqueram iàm te in ordinem redacturæ *antiquo robore*. Præuenis meam reſponſionem tua reſponſione, aſſeriſq;, quod *minimè*. Benè eſt, ſi reſipuiſti, monitus ab Auerroe meo iudicio, quùm re uera calor influens ſit velut forma, ſi conferatur ad fixum. At noua fuit nobis tua hæc ratiocinatio, tuæq; doctrinæ incongrua, qui faſſus plerumq; eras, calorem fixum duplicem eſſe; habitualem de genere ſubſtantiæ, & actualem de genere accidentis, qui inſeruit ſubſtantiali, vt inſtrumentum agenti magis principali, *quin neq; habitualis ad coctionem promouen* p. 122.
dam ſufficit ſine actuali, nec hic accidentalis abſq; illo ha- 124. p. 121.
bitualis. Accidens verò, vel accidentale Temperamentum prouenit tibi *à ſubſtantiali, ac illi deſeruit, vt inſtrumen-* p. 126.
tum adoperandum. Quorsùm igitur tui immemor tibimet aduerſaris, alios conuocans auxiliares fixo calori; præter propriam ſobolem, atq; ſatellitem? Audiamus eum, qui mentitur Veritatis patrocinium, inconſtantiæ, non reſipiſcentię artibus, dicebat neſcioquis è turba Litteraria. Placuit Senatui, hinc

Conticuère omnes, intentiq; ora tenebant.

Elp. Si enim æſtate coctiones ideo minus fieri poſſunt Galeno, & Hippocrati, quia minus caloris influentis ad membra coctionibus dicata confluit, profectò ſi nihil eius caloris adipſa confluat, nulla prorſus in ijs coctiones effici poterunt. 1. aph 15.

Tyr. Tantùm abeſt, vt dignitatem extollas influentis caloris, vt falſa fallaciq; argumentandi norma, deprimas, dubiumq; facias antiquam ſui primatus poſſeſſionem. Siccine nos deludis tuis captionibus, Elpenor? à *ſecundum quid, ad ſimpliciter* tua ne tibi eſt inferendi regula? velut ſi dixeris, Aer abſq; vno, alteroue caloris gradu conſiſtere poteſt, ergo & abſq; omni calore. Perge pſeudole.

Elp. At vero calor ille vitalis influens, nixuſq; ſpiritibus, & ſanguine tenuiori, eſt ne tibi ſubſtantia, an accidens?

Tyr. Cur interrogas, quę totiès, & faſſus ſum, & mihi probanda in principio aſſumpſeram, atq; perfeci. Tu verò quid inde infers?

Elp. Si ſubſtantiam dixeris, iam nobis concedes in miſtis inanimatis calorē propriū inueniri, qui ſubſtantia eſt, quod tamen in ſuperiori cap. negabas.

Tyr. Verebar nouum bellicum tormentum, quo impugnares, ni expugnares noſtram, quin omnium ſententiam: tu verò & pręcedentium agreſſionum, & mearum defenſionum penitùs oblitus, inſtauras denuò, atq; reſarcis diffractas, ridiculaſq; noſtro ęuo Catapultas, atq; Baliſtas. Calor innatus ſubſtantia eſt compoſita, non ſimplex, eaq; animata, non miſta tantùm, *non nititur ſanguini, & ſpiritui*, quod malè tu cenſes, verùm viceuerſa, ſanguis, & ſpiritus, omne quod habent innato calori ferunt acceptum, nam illorum reſpectu *natura eſt*, qua ſi priuentur, nonniſi ęquiuocè ſanguis, & ſpiritus dici merentur. Nunquam pręthereà nititur ſubſtantia, ſed ſubſtantiæ omnia nituntur compoſitæ; quę verò ſimplex (talem verò credis tu fruſtulum innati caloris) tantùm abeſt, vt innitatur, vel contineatur, vt materiā contineat, neq; vllo pacto *ſit in ſubiecto*. Hęc verò luculentèr ex me ſuperiùs audiſti. Quicquid verò ſit de animatione

ſan-

ſanguinis,& ſpiritus,quod tu Sublimis Dictator neutra audita parte, nunc decernis, reclamante Theologorum cœtu, quod mox audies, certum eſt ijs adeſſe,præeſſe,non ineſſe innatum calorem. Tuę ſic conſultum volo inſcitię, & obliuioni.

Sit ne ſanguis pars hominis integralis, atq; animata.

VEllicaſti nos pluriès ſanctionibus vltroneis, in ſanguinem iniquus iudex, vtinam non impiùs. Ficulneas declinauimus tuas aggreſſiones experire tu modò adamantinas è Theologico penu. Sanguis, qui verè, ſimplicitèr,& abſolutè talis, pars integralis eſt hominis,atq; animata. His ne refragetur pietatis cultor, faciunt, quæ pręcepit Moſes diuino afflatus numine, & Leuit.c. 3. 7. 17. 19. ,& Deut. 16. 15. interdicens ſanguinis eſum; hunc verò, & vetuerat olim Deus Noè, poſtquàm *omne,quod mouetur, & viuit* ſumma liberalitate tradidiſſet homini in eſcam, ſubdit illicò, excepto, *quòd carnem cum ſanguine non comedetis*. Pręualuit inſtitutum, non tàm in Veteri Lege, ex quo Saulus delinquētem populum nouo erecto altari,expiauit, verùm, & in Noua Gratię Lege, quod videre eſt in Actibus Ap. c. 15.& 21 necnon apud Tertullianum in Apologetico. Nam Chriſtianos ſui temporis, dum expurgat ab illata contumelia inſanticidij, & ſanguinis eſus, hęc habet. *Erubeſcat error veſter Chriſtianos, qui ne animalium quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus, qui propterea quoq; ſuffocatis, & morticinis abſtinemus, ne quo ſanguine contaminemur; vel intra viſcera ſepulto*. Placuit Legislatori Moſi præcepti cauſam annectere, teq; deuium poſt tot ſęcula monere, *Anima enim omnis carnis in ſanguine eſt*. Vrgent inſupèr Theologi Chriſtus Dominus verè aſſumpſit ſāguinem, ergo ſanguis eſt animatus. Probatur conſequentia. Quia Chriſtus non aſſumpſit naturā irrationalem, ergo non aſſumeret ſanguinē, Gen.9. 1. Reg. c.14. Hurtadus de An. Diſp.1. ſec.6.

niſi

niſi eſſet animatus. Prętereà cùm *Medina* ſuper hoc Artic. p. 1. Sanguis in Chriſto Domino fuit vnitus Verbo hypoſtaticè, & contrarium aſſerere eſt magnus, & intolerabilis error, igitur ſanguis eſt animatus; parſq; hominis verè integralis. Tandèm ſanguis Chriſti effuſus, inq; triduo vnitus Verbo, à reſurgente Domino non reaſſumeretur, niſi fuiſſet de integritate humanę naturæ, parſq; integralis: at reaſſumitur vniuerſus ſanguis, qui abſolutè, verèq; ſanguis, igitur integralis Chriſti pars erat ſanguis, atq; animata, ac proindè hominis vniuſcuiuſq; Neue vllus dubio locus tibi ſit reliquus in poſterùm, illud te non ignorare par eſt, quod ſanguis pars dicitur corporis actu, & potentia: actu quidèm, quoniam vna eſt ex partibus corporis integralibus, potentia verò, quoniam per tranſmutationem actu fieri poteſt pars quælibet. tum ſic. Ad integritatem humanæ naturæ reſurgentis, Chriſtus Dominus vniuerſum reaſſumpſit ſanguinē non quidem ad partium alimentum, quo corpus glorioſum minimè egebat, igitur ad integritatem compoſiti, ſanguinem eius partem *actu* reaſſumpſiſſe neceſſe fuit. Vetant in poſterùm ius ſanguinis vtrumq; te controuertere, quæ habet Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. c. 3. *Semper hæc fides in Eccleſia Dei fuit, ſtatim poſt conſecrationem Domini noſtri corpus, verumq; eius ſanguinem ſub panis, & vini ſpecie, vnà cum ipſius anima, & diuinitate exiſtere. Sed corpus quidem ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie ex vi verborū. Ipſū autē corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinē ſub ſpecie panis, animāq; ſub vtraq; vt naturalis illius connexionis, & concomitantia, qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit, nō ampliùs moriturus, inter ſe copulantur.* Sanguinem igitur audis partem eſſe hominis, atq; animatum: quod reliquum cautiùs in poſterùm tu ius dic, da, atq; addica.

Elp. Si dicas ex aduerſo ſpiritum ſanguiniſq; calorem per arterias influentem à corde in partes animantis accidens eſſe &c.

Tyr.

Tyr. Hoc dixeris tu tibimet aduerſans, & concinens. Nam qui innatum calorem partitus fueras in fixum, & influentem, hunc verò rurſus in habitualem, qui ſubſtantia, & actualem, qui accidens, tandem calorem influentem abſolutè dixiſti Iecori eſſe accidens, ridente Philoſophantiũ choro, quin irridente, & alteram inconſtantiam, dum *fixum tuum habitualem* euiras, vt ſterilis, & infecundus, adoptiuum influentem futuro ſuo *Actuali* ſubſtituat.

Auc. Omnem dixi, non tantùm excrementorum gratia, verùm & putreſcentium.

Elp. Vis ne totum Galeni librum ſecundum de Fac. Nat. à te citatum percurram? ———— cita verba, & omnia patebunt, quæ tibi dico.

Tyr. Quid eſt quod citem *cap.* & verba, quæ dudũ ex me audiſti, atque tranſcripſiſti p. 130? Notus eſt locus Galeni in 2. de fac. Na. c. 4. ſub littera A. verſ. 4. & 5. in editione Iunctarum nouiſsima. *Iam verò, & in excrementis ipſis qualitates à calido innato prouenire.* Nam tibi factum eſt ſatis?

Auc. Gal. ſiquidem, quæ velut in corpore inanimato putreſcunt nihil ad permutationem conferente innato calido, à coctionis ratione degenerant. De V.R. c.2.t.44.

Elp. Proponitur hoc aſſertum à Galeno tractatu de putredine, ſiue ſuccorum, ſiue partium animantis morboſa &c.

Tyr. Quod meum erat, quodq; pollicitus fueram præſtiti, nempè, *quòd calor innatus omnem abſoluit in animalibus coctionem, omnem dixi non tantùm excrementorum gratia*; hoc verò, & 2. de F.N. & 2. de R. V. c. 2. cit. *verùm & putreſcentium*, quod com. t. 44., te non refragante, quin confirmante etſi ridiculis modis pro more, Galeni ſententiam. Neq; in-

ſtitutum

ſtitutum Auctoris tenes, qui in com. ad Hipp. lib. de Vic. R. non *in tract. de putredine, ſiue ſuccorum ſiue partium animantis morboſa*, nactus occaſionem ex Hipp. comminante *ſymptomata multa, & praua ijs*, qui indecenti vtuntur victus ratione, inter quæ morbi recrudeſcētia, vel impedita coctio ex nuperis confluentibus ad læſam partem humoribus, duo monet; primùm, quod nomē coctionis ab Hipp. vſurpatur hìc *in ſuo generali vniuerſaliore ſignificato*. In quibus indicat, quod aliàs te monui, tuq; nunquam percepiſti, coctionem eſſe *genus analogum*, per quod priùs dici, atque poſteriùs. Alterum, quod nobis conducit in præſens, eſt, cuicumq; coctioni, qualiſcumq; illa tandèm fuerit, præeſſe debere innatum calorem, quod ſi ſecùs, *à coctionis ratione* mutationem illam *degenerare*. Coctionis igitur ratio præſcribitur in ſingulis coctis, vel concoquendis ex præſentia, vel abſentia innati caloris; quæ præ innata tibi frigiditatē concoquere adhùc nequiſti.

Elp. Putredine, ſiue ſuccorum, ſiue partium animantis morboſa.

Tyr. Fit ne putredo ſalutaris quandoq; in animante? vel è ſanitate animantis eſt putreſcere? Sanus per me ſis tu, qui talia comminiſceris: haùd enim præ vocum inopia, vel inexperientia confundere te puto coctionem cum putredine quòd fecerat olim Empedocles.

Elp. Ad differentiam generationis puris, qua fit à calore natiuo viuente.

Tyr. Quin & ad differentiam coctionis humorum præcipuè, qui non ſecusàc pus in tuberculis coquuntur in vaſis eadem coctionis ſpecie. *Sic igitur bilioſorum humorum concoctio exiſtit, vt ſanguinis, qui in phlegmone eſt, in pus migrātis, intelligentibus nobis coctionis nomē in ſuo vniuerſaliore ſignificato.* com. cit.
Nō intelligis tamèn tu, phlegmonis pus adduci pro exēplo coctionis humorum, quibus lucubrationem dicauerat tunc

Gale-

Galenus, & in pure laudabili quatuor, non tres expeti ab Hippocr. conditiones, quarum poſtremam, perq; neceſſariam, nempè, quòd ſit, *quàm minimè fœtidum*, neſcio quo ſuaſore deſpexerit veſtra *Veteranitas*. in Prog.

Elp. Quæ fit à calore natiuo.

Tyr. Ceſpitas rursùs, biſq; laberis; primùm quidèm, quòd credas puris generationẽ excludere abſolutè putrediné, quùm tamèn ſecùs ſentiat Hipp., referente Gal., *quòd cũ aliquâ putreſcẽtia pus fiat, obiter doceat.* Cuius indiciũ profectò eſt grauis odor, indiuiduus putredinis comes, quãquàm pus aliorũ putreſcentium reſpectu, *quàm minimè fœtidum* obſeruetur. Habeas, & hæc à Gal.. *In ipſo ſimul quid putredinis præter naturam apparere, parùm verò illud eſſe, &, vt Hipp. dixit, quàm minimè fœtidum: etenim hæc vox quàm minimè, id pollet, quàm quòd pauciſſimè.* Vrgerem, ſi tui eſſem ſimilis, eiuſdem auctoris teſtimonio, qui pus quandòq; recenſet inter res, *quæ toto genere ſunt præter naturam,* illud tamèn certiſſimum, ipſum Pergamenum alibi, & noſtra, quin ſua confirmare. Nam qui aliquandò dixerat. *Omnes tumores præter naturam diſiectis commiſtẽtibus eos humoribus, curantur, ac deſiſtunt. Ergo perſpicuum eſt, vt niſi deſiſtant, cunctantur humores, ac ſpacio temporis prorſus mutatio quædã ipſorum futura eſt per qualitatẽ, interdum ad putredinem, quoties vt in defuncto corpore, nihil ad eorum concoctionem natura molitur: interdum, ſi vires valeant, in pus mutatio fit.* Hinc lib. 1. de D. Feb. rem apertiùs explicans, primùm ſtatuit, quòd *humorum putredo, quæ in vaſis fit, ſimilis eſt ei, quæ in inflammationibus*, quod tibi ſignificaueram ſuperiùs: alterum verò, quòd putredo hæc *duplex eſt ſecundùm genus; Alterum quidem fit ſuperante natura, alterum verò ſuperata; & ſuperante quidem, ſicut in inflammationibus, & ſimilibus collectioni, tumoribus omnibus, pus: in humoribus autem, qui in venis, atq; arterijs continentur, quoddam, quod puri pro-*

4. Meth. c. 5. — Prog. c. 2. t. 46. — de D. M. c. 8. — com. 1. Prog. t. 48. — c. 6.

portione reſpondet, ſubſidens in vrinis. Ac talis quidem putredo (nota) *non ſimpliciter quidem putredo exiſtit, ſed aliquid in ſe continet coctionis: nam adhuc vi coquendi vaſorum remanente qui interim putreſit humor ad talem peruenit alterationem.* Riſit in te concitus Plautus.

Maxumas nugas, ineptiaſq; haud dubium eſt te capiſſe.

133\. *Elp. Nam putreſcentes humores in principio febris cocti non ſunt.*

Tyr. Quid falcem in meſſem alienam immittis? An ſuppetias fers tu Galeno? ſat ille probauit, quæ tuis perperàm, vel improbãtur, vel deſtruuntur. An in omni febre putreſcunt humores? vel tibi in ſolo principio putreſcunt? nonnè & in febribus, in quibus nullum principium? Verùm dic, quo nam in principio? nullibi enim natura intentatum coctionis relinquit opus, vel in ipſo vniuerſali morbi principio. An in particulari? cui dubium, & febrire quandòq; hominem, & humores laudabilem coctionem iàm fuiſſe aſſequutos. Quid tibi vis? dum habes; *putreſcentes humores in principio febrium cocti non ſunt*, an in fine coctos futuros ſperas? ita vt tertianarius, quem febris apprehendit meridiè cruda putreſcente bile, veſperè coctam hanc fore ſperes? Fortunatus, ſi Licet, Medicus. Quid tandèm confert hæc tua gloſſa Galeni placito? An putreſcunt in febribus humores in venis, *velut in corpore inanimato?* vel *nihil ad permutationem confert innatus calor?* indefeſſus operum naturalium auctor, quod toties ex me audiſti. Ridentibus omnibus arriſit, & Plautus, inq; te Scomma iecit,

Mirum ni lolio victitare te, tam vili tritico.

Elp. Putreſcenſq; caro in carbunculo, & os in carie concoqui non dicitur.

Tyr.

Tyr. Apicio forsàn, & rei Culinariæ peritis carnes coqui dicentur; Apollineæ verò artis ſectatoribus viceuerſa, coquere carnes, ſana oſſa, reliquaſq; corporis partes ſolidas, non concoqui: *etenim his in ſubiectam quandam formam finis eſt coctionis, cum tale fiat, & tantum humidum*. Læſas verò corporis partes corrumpi dicunt, vel ad corruptelam mutari, quod tandèm indicat cauitas, certiſſimum deperditæ ſubſtantiæ argumentum. Proh quàm malè *Nouus tu Medicus Medica tractas*. Audi, ſeròq; diſce, quòd in *carbunculo*, dummodò non ſucceſſerit nechroſis, attenditur, & procuratur coctio crudi in parte impacti. Neue tibi mea ſit ſuſpecta fides, facit A. Paræus Exymius Chirurgus, qui textatur, quod in carbunculo *poſt lapſum Eſchara detergentibus blandis vtendum erit, qualia ſunt, quæ in bubone peſtilente deſcripſimus, non omiſſis interim ſoppurantibus medicamentis, & remollientibus, vt dum quod purulentum eſt abſtergitur, quod crudum adhuc ſubeſt ſimul ad ſuppurationem perducatur. Tum enim duplex ſe oſtentat indicatio, vna eius, quod in parte crudum reſiſtit, maturandi, altera eius, quod coctum, & purulentum in vlcere ſubeſt detergendi*. Horum tu ignarus, non mirùm ſi commiſſos tibi malo Infortunio domeſticos, peſsùm olim dediſti, daturuſue ſis in poſterùm, ni ſeriò monitus ex animo reſipiſcas. Quòd ſi Galeni inſtitutum minimè fuiſti adhùc aſſequutus, quid mirùm, ſi non intelligas, quantùm *adiumenti* ſuſcipiat ex Galeni dictis, quam profiteor, ac tueor, concors omnium ſentẽtia. Gal. 1. ſimpl. c. 2. c. 46. Ariſt. 4. Meteo. l. 21. c. 34.

Auc. Facultas proinde hæc gubernans corpora, vbiq; officioſa, atq; ſatagens, motu prodit ſe eſſe ſubſtantiam. 1. aph. 15.

Elp. Calori, quo de agitur in præſentia, duo tu nunc attribuis attributa incompoſſibilia paucis hiſce verbis &c. p. 134.

Tyr. Non diutiùs paſſus eſt ſe traduci bonus Galenus, & qui tua hucùſq; vix diſſimulauerat errata, erronem te modò,

ineptumq; cenſorem appellat, qui temerario auſu non *Tyroni*, verùm illi ſuccenſere haud verearis. Parùm abfuit, quin malè cederet Quintiliano: is enim tuæ loquutionis prægu-
3.3.c.8. ſtator incautus, vt qui vocabulum *poſſibile* durum olim expertus, *incōpoſſibilia* tua *attributa* incaſsùm atterere, vel deglutire modò tentabat. At verò vniuerſali riſu cōmonefactus, valido iactu abiecit tandem malam mercem vltimam in Barbariem: Non dum deferbuerat Galenica ira, neq; aliorum ſerenitate, diſſilierant penitùs huic frōtis nubila, quùm virum conſpicamur cominùs accedentem, ac talia fantem.
lib ad Iulia. c. 2. *Homine hos loquacius inuenias nihil: Vnus olim Therſites plus iuſto loquax fuiſſe dictus, at id huic quantò, quàm Therſitæ, conueniet magis, facilè omnes quotquot vnquam fuêre, loquacitate ſuperanti: quapropter, qui ſermonibus his interfuêre, cum illos legerent, duobus hominem nominibus notarunt, loquendi immodicitate, atq; infinitate. Itaq; Vlyſſe potiùs quodam opus illi fuerit, qui eum ſceptro aſſidere iubeat, me autem, vt eum prudentia inſtruam, minimè: tam enim obſtupidum prudentem reddere, ne Muſarum quidem chorus poſſit. Cum igitur inuitus adductus ſim, vt iſta ſcriberem, ne fortè ab ijs, qui hæc lecturi ſunt, reprehenderer, præfari hæc volui. Cum enim futurum ſit, vt hominem redarguam indoctum, ſtolidum, opinione ſua Sapientem, nugis inter ineruditos adoleſcentes verſatum in vniuerſa vita, apud quos, quo nomine veteribus maledicebat, aliquis tandem eſſe viſus eſt, hoc cum peragere neceſſe habeam, quæſo, liceat mihi verbis huius ignorantiam caſtigare aſperioribus, quibus ego vti alioqui non ſoleo. Iniquum quippè foret, ſiquidem huic in optimum quemq; veterum congerere maledicta liceat, nobis non liceat eius ignorantiam demonſtrationibus detegere manifeſtis, quę tantum ſuſcepit incrementum, vt vnde nam ordiatur quiſpiam, non ſit facilè inuenire.* Notabat te primò Galenus incuriæ, vel inſcitiæ: nam, vel neglexiſti ipſius auctoritatē, quam ego tibi indicaueram in margine 1. aph. 15., vel ignoraſti hucùſq; dilucidè tunc Pergamenum enunciaſſe,

ciaſſe, *percipies, puto, nos gubernantis robur facultatis, quæ eſt calor innatus. Facultatem illam vocauimus* dicebat alibi Galenus, *vt quamlibet, puto, aliam facultatem à facultate faciendi, cuius habet facultatem ſolemus nominare. Alicuius enim eſt facultas, & eius notio, eſt relationi ſubiecta.* Refricabat verò tuæ memoriç, quç calor innatus faciat opera, quæue facere potis ſit. Notabant, & nonnulli, Peripati Principem, non ſecùs quandòq; innatum calorem dixiſſe *facultatem*, vt hinc omnis euadendi tibi adimatur facultas. Hinc facta mihi poteſtate tuis percunctationibus reſpondendi; perpendere cæpi anguſtias, in quas me adigere tentas tuis technis. 1. de C. Pul. c. 2. 2. de P. An. c. 7.

Elp. Dic obſecro, calorem hunc inſitum, qui tibi ſubſtantia dicitur, putaſne ſubſtantiam eſſe corpoream, an incorpoream? nulla ſiquidem tertia datur, quæ ſubterfugiat diuiſionem hanc per contradictorias differentias aſſignatam.

Tyr. Tuq; *dic obſecro*; quid per *incorporeum* intelligis? equidèm incorporeum bifariam accipitur: vno quidèm modo, vt denotet prorsùs corporis negationem, ſic dicimus immuſicum, ideſt non muſicum, & hoc pacto corporeum, & incorporeum ſunt contradictoria: alio modò, vt denotet nobilitatem, atq; præſtantiam, ſcilicèt rem à materię concretione immunem, qua ſub ratione affirmatum ſignificat, non contradictorium. Perperàm igitur tu aſſeris, *quod nulla tertia datur, quæ ſubterfugiat &c.* Mirabatur Præceptor tuus Pendaſius, quod tam labilis tibi eſſet memoria, vt exciderit, quæ de *Immobilitate* opportunè, & ad rem noſtram docuerat te olim miſerrimo euentu. 8. Phyſ. t. 5.

Elp. Siquidem tu velis eſſe ſubſtantiam incorpoream, qualis eſt ille, quem Galenus ex Hippocr. ſtatuit eſſe animam, hic verè facultas eſt corpora gubernans, vbiq; officioſa, ſed tamen non vere tibi dicitur eſſe per ſe mobilis de vna parte corporis de Trem. c. 6. de Princ. 2. de An. t. 34.

ad

ad aliam: quum anima ſit penitus immobilis, vt late nos docuit Ariſtot. 1. de An. t. 41. & ſeqq. & 66.

Tyr. Quamquam verò ego nunc cum Galeno, & pro Galeno *facultatem* illam corpora gubernantem *corpoream* eſſe admittã, quin, & corpus phyſicum ex propria materia conſtans, & forma, ſpontè tamèn illud præſtabo, non tuis adactus irritis conatibus. Anima namq; Ariſtoteli *non eſt penitus immobilis,* quòd tanta ſecuritate tibi aſſumis. Siquidèm Præceptor admirandus epilogo concludens, quæ ſuperiùs
1. de An. t. 61. longa ſerie tractauerat, hæc habet. *Quod igitur neque harmoniam poſſibile eſt eſſe animam, neq; circulariter moueri, manifeſtum ex dictis, ſecundum accidens autem moueri, vt dicimus, eſt, & mouere ſe ipſam.* Quin, & tutemet prolatę nunc falſitati renuncians ſubſequenti pag. hæc habes.
p. 137. *Nam, & animam, quæ forma ſubſtantialis eſt in viuente corpore, non per ſe moueri, ſed ſolùm per accidens ad motum ſubiecti corporis docuit Ariſtot. non vno in loco.* Vacat igitur illud tuum *penitùs* te iudice, quamquàm & reliqua vacantèr cumulaueris, atq; inanitèr.

Elp. Si vero ponas calorem innatum eſſe ſubſtantiam corpoream, quomodo tribuis illi facultatis corpora gubernantis naturam, & nomenclaturam? certè ſubſtantiæ, quæ corpus eſt, dare nomen facultatis corpora gubernantis, ne dum nouum, & inauditum eſt dogma, ſed planè falſum.

Tyr. Riſere quot aderant, tuamq; irriſere nouam, atq; inauditam petulantiam; qui tanto Viro, deq; re medica optimè merito, *falſitatis* notam inuras. Malè proindè tibi ominabantur periti; nam tua

Mala ſoluta nauis exit alite.

quod præter conceptam opinionem mòx tu experieris.

p. 135. *Elp. Deinde verò calor, qui tibi ſubſtantia eſt corpora gubernans &c.*

Tyr. Negas tu fixum, vel implantatum calorem moueri, & influenti motum non denegas. Prouocas noua repetitione, nouoq; Gal. patrocinio, quod & præiudicatã de tua obliuione, & imprudentia opinionẽ apud Spectatores, penitùs cõfirmauit; vt qui Patronum induxeris eum, cui dudùm grauiter fueràs iniurius. Nouum hoc proſequar, ne tui exemplo, dum illa repeto, quibus tua diffregi, prolixitate, atq; tędio afficiam Lectorem. Vt igitur probes calorem innatum non eſſe mobilem, ac proindè non ſubſtantiam compoſitam, & corpus, quod mihi probandum olim aſſumpſeram, introducis Galenum ſic diſſerentem. *Quæ autem plurimo ſanguine abundant, atq; calore, tale quidam hyeme patiuntur, quale accidit corporibus fortibus aqua frigida lotis: nam calor eorum ad interiora ſe colligit, non, per Iouem, carnibus ad hac prima ſede derelicta refugientibus, ſed ſpiritu vna cum ſanguine.* 1. aph. 6.15.

His auditis Spectatores mirabundi mutuò ſe intuentur: deindè vt cõcepta admiratio genuinos edidit fœtus, omnia cachinnis, atq; ſibilis exſonuêre. Muſsitabat ſubridens Galenus modicumque concedens, ſciſcitabatur, an Interpres exorbitandi occaſionem tibi præbuiſſet. Adeò namq; apertè rem ſe tradidiſſe profitebatur, vt ſtolidus planè ſit is, qui non intelligat, *carnibus* immobilitatem deberi, non *calori*. Omnium calculis immunis à culpa iudicatur. N. Leonicenus, cuius opera vteris in præſens: at verò Plantio ſua decernitur laus, qui euidentiſſima interpretatione, vel deploratæ ſpei errones reuocare poſſit ad ſemitam. habet verò. *Ipſorum namque in profundo calor compelli, colligiq; ſolet, non mehercle carnibus eò fugientibus, & vnaquaq; locum, quem prius habebat deſerente, ſed vnà cum ſanguine eò ſe recipiante ſpiritu &c.* Quapropter dolum abeſſe rati Litterarij Fori Proceres, tuiq; commiſeratione permoti, è re tua fore in poſterùm exiſtimant, ſi tuus Therſites commutet Anglicis cum ſpecillis, tibi perquàm neceſſarijs, *aureum calamum*, quo nupèr donatus eſt a Nobili Britanno, cum cælatura caracterum Æ. T. S. quos tamen commodè interpretantur curioſi Dial. 1

Æ ao Therſiti Scurræ. *Aur.*

6. epid. 4. *Auc. Refugit in ſomno.*

Elp. Nihil in loco à te citato Galenus de calore refugiente in ſomno ad intimas corporis partes.

Tyr. Ne differas mercimonij vecturam: rari namq; apud nos ſunt ductores cæcorum; neq; ego diu patiar luſcioſi moleſtiã. Galenus à me citatus in marg. 6. Epid. 4. com. ad Hippocr. cont. 14. *Euidenter vigilans calidior exteriùs, interiùs frigidior, dormiens è contrario,* docet triplici indicio frigidiora reddi in ſomno animalium corpora. *Primum quidem ex veſtium indigentia, ſecundum ex maiori reſpiratione, quæ plus caloris in penetralibus corporis collectum* (nota) *teſtatur*, tertium ex coctionibus, quæ efficacius in dormientibus, quàm in vigilantibus fiunt, *non ſolùm in ventriculo ingeſtorum ciborum, verùm etiam humorum in Iecore, & venis, corporis abditas ſedes dormientibus calidiores effici ſignum eſt: cum à nobis conceſſum, & ſupra oſtenſum ſit, ingenitum calorem omnium in corpore concoctionum, præcipuum eſſe opificem.* Caueſis in poſterùm ne detrahas eius dignitati: dumq; refugientem obſeruas calorẽ in ſomno, illud te non fugiat, nempè, quòd ſpecillis, vel Teleſcopio indigeas; quamquàm ſomniculosè Auctorum lectioni inuigiles.

1. aph. 15. 5. aph. 21. lib. de Mor. *Auc. Frigida perfuſione, ſeuaq; ingruente hyeme, æſtate ad ſibi ſimilem protenditur, repetit in vigilia extimas corporis partes, tepore, & balneis euocatur.*

Tyr. Pluribus in ſectiunculis fruſtrà declinas noſtrorum miſſilium aciem, clypeo tantùm pertinaciæ munitus, dans illa influenti, negans fixo; neq; noui quid producens, præterquàm illud tibi *Nouo homini.*

Elp. Vnum mihi nouum hoc eſt verbum propalare, quod nunquam legi apud Auctores Latinos.

Tyr.

Tyr. Plurima credo contingent in poſterùm tibi *noua*, præter vocem, quam controuertis. Haud profectò *Lydius* tu nobis eſt *Lapis*; neq; tantæ Lectionis, quantæ vulgo videri ſtudes. Extorqueat tandèm tua pædagogia extemporaneam Columellę auctoritatem lib. 13. c. 7., atq; *vbi in malam rem maxumam*.

Auc. Ita vt Summus Naturæ Interpres metus inueſtigans effectus, reſponderit. An quia calor inſitus nobis, quaſi animans eſt &c. Sec. 11. Prob. 10.

Elp. Calor hic, qui mouetur in nobis, Ariſtotelis, & Galeni teſtimonio, non eſt ille fixus, qui ſubſtantia, temperamentumq; partium ſolidarum &c. p. 136.

Tyr. Quibus auditis Plautus erupit, in Trin.

Nihil eſt ſtolidius, neq; mendaciloquius.

An tibi mendaciuſculum videtur inducere *teſtimonium Galeni*? quem neq; intelligis, neq; ſeriò admonitus intelligis tibi perquàm aduerſum. Vnicus eſt calor innatus in animalibus, non ſecus àc ſingulis in animantibus vtraq; in Schola, accidentali tantùm differentia in illis vix notatus, cuius lares, atq; focus cor eſt. Hinc vniuerſum in corpus deriuatur, membrorum teporem excitans, officia promouens, vitam ſuo modo impertiens, vt inceſſanti beneficentia, antiquum conſtitutionis propaget beneficium. Mouetur, & qui creditur *Statarius*, tibiq; *fixus*, quòd audies mòx eodem Galeno Doctore, velutq; obſes membrorum ergaſtulo continetur, quouſq; nouo calore illùc aduentante, ac prioris vicem ſubeunte, repetat ille patrios lares, vireſq; reparet non dubias, erogandas in poſterùm nouas in miſſiones. Hinc forsàn ſuaſus Guillelmus Harueius Anglus Celeberrimus Anatomię publicus Profeſſor, & Regius Medicus (abſenti amico nō immemor amicus hoc præſtat perpetuæ obſeruātiæ argumentū) ſua in *Exercitatione de Motu cordis, & ſangui-*

guinis in animalibus, confluũ credit, multaq; euidentia confirmat ſanguinẽ omnem à corde per arterias, hinc tandèm per venas ad cor refluum, antiquæ perfectionis recuperandæ gratia, reuerti. Inſupèr ibi *calore naturali potenti, feruido, tanquam vitæ theſauro, denuò colliquatur ſpiritibus, & vt ita dicam, balſamo prægnans, inde rurſus diſpenſatur, & hæc omnia à motu, & pulſu cordis dependere*. Verùm ſordent tibi politiores meditationes, quas & ratio, & autopſia miniſtrat. Tuo mordicùs per me hæreas *temperamenti eſſentialis* ſcopulo, ad quem nemo hucùſq; ratem alliſit, allidetue poſtàc: illud ſaltèm intelligas, perperàm te ſperaſſe Ariſtot. ſenſum peruertere, vt qui Probl. ſec. 27., non 17., quod tu corrupiſti, probl. 10. apertiſſimè fateatur, quod τὸ θερμὸν τὸ ἐν ἡμῖν ἐστιν ὥσπερ ζῶον; An tibi calor fixus extra te eſt? influens intrà te *per accidens*? Quid igitur differt Elpenor à lapideo animalis ſimulachro?

p. 137. *Elp. Cæterum ex hoc motu calorem hunc, qui geminus eſt &c.*

Tyr. His irritatus Aduerſarius, tricuſpidi, eoq; hebetiſſimo nobis minitatur armamento. Nam qui totiès ex nobis audierat, calorem innatum Ariſtoteli, Hippocrati, Galeno, cunctiſq; horum veſtigijs inſiſtentibus, eſſe ſubſtantiam compoſitam, diſtulit ab exordio diſputationis in præſens vſq; tempus inueſtigare ſubſtantiæ illius modum, vt omnes intelligant, qua methodo, quaue animi attentione diſputationes abſoluat. Poſtquàm verò aditum ſe mihi denegare putauit, ex innati caloris motu, inferendi illum eſſe ſubſtantiam, & corpus (egregio ædepol, *Nouoq; Inuento*, Nouæ ſuæ Philoſophiæ congruo) nititur probare non eſſe ſubſtantiam compoſitam, quoniam *non eſt ſpiritus, neq; ſanguis*. Nugaris, an ſeriò diſputas? Siccinè philoſopharis? Vel admitteres tui exemplo ſic philoſophantem? *Auctor Mulctræ*, neq; *Salſus*, neq; *Dulcis* eſt, ergo *Inſipidus*; puto nãq; occurres ſtatim, teq; *Amarum* ſaltèm diuendes. Recole,

quæ

quæ ſuperiùs te docuit *Tyro* de innato calore, nempè hunc eſſe ſubſtantiam compoſitam ex propria materia, & forma, quæ eſt anima. His coeuntibus fit corpus diuerſum à ſpiritu, & ſanguine, quorum eſt inquilinus, & quibuſcum liberè vagatur *animantis* inſtar, quod audiſti dudùm ab Ariſtotele. Do tibi, quod calor innatus non ſit materia, quamuis tu tuimet immemor pluriès aſſeueraueris *calorem habitualem* eſſe inſtrumentum animæ, inſtrumentum verò materiæ aſſignaueris. *Io Paan tuæ conſtantiæ*. Nego tamèn, quod poſtremò reſeruaſti loco, calorem innatum eſſe *formã ſanguinis, & ſpiritus*. Nam præterquãquòd vnicus tãtùm ſupereſſet tibi influens calor, ſanguis, & ſpiritus vnum, ideq; eſſent, per vnã eandemq; formã: at verò tribus tu ab hinc lineis, hos dixiſti conſta e *materia, & formã propria*, nõ igitur *cõmuni*. Sat in præſens nobis ſunt hæc arma, quæ tuum miniſtrat armamentarium, ijs enim ab inuaſionibus vaniſſimis tuis incolumes euadimus, firmumq; manet, innatum calorẽ eſſe *per ſe* mobilem, non *per accidens*, quùm ſit verum corpus, conſtans ex materia, & forma naturali, atq; intrinſecum contineat ſuæ motionis principium. Interrogabat hominem Ariſtophanes.

Cuius ligni tu? Ficulni? *in Vesp.*

Auc. *Confluit inſupèr ad noxas, vel alimentum conficiendum, propriaq; indole motum ſic appetit, vt ſi denegetur, ſuffocetur, vel marceſcat; ſubſtantiæ namq; ſemper mobili loco conſiſtere mors eſt, vt dicebat Pergamenus; ſiquid verò nobili huic auctori ex voto ceſſit, feliciſſimè, me iudice, innatum obſeruauit calorem.* *lib. de Tr. R. P.*

Elp. *Vtinam cap. Galeni citaſſes: Vis ne ſemper me diem terere in toto libro perlegendo? non ita mihi tempus abundat &c.* *p. 131.*

Tyr. Veh mihi, qui publica incommoda peccaui, Galeni tractantiunculam quinq; paginarum indicans, non indicato tibi cap. vbi notiſſimam ſententiam, doctaq; per ora virûm

paſsim volitantem, ille deſcribit. Quas turbas excitabis in me tu, præ temporis diſpendio, quod erogaturus lepidè eras fabellis anilibus explicandis, atq; puerilibus gryphis enodandis? benè ſit tuæ negligentiæ, quæ me inſontem fecit, finitq; eo te *abundare*, quod dum teris, rem cariſſimam conteris.

Elp. Quare dantes diſputationi Galenum ea proferre, quæ dicis &c.

Tyr. Non eſt, quod des, iure omni te fateri cogente, ipſiſſima eſſe illa Galeni verba, quæ tunc protuli, nunc verò denuò referam ex lib. de Trem. cap. 6. pluriès cit. circa fin., *nam ſubſtantiæ ſemper mobili loco conſiſtere mors eſt.* Adauget conceptam de tua inertia opinionem, quod ſcribas, vel ſcribere intendas, abuti Galenum *mortis* voce. Oppoſitum verò ſcribis tu Grammaticalis Cenſor; nam ſi *mortis nomine Gal. abutitur in æquiuoca ſignificatione*, vtitur igitur in vniuoca, germanaq; ſignificatione. Eſtò: cur abutitur?

Elp. Nam moriuntur ſola viuentia.

n. 133. *Tyr.* Nonnè calor innatus viuens eſt? quod ſuperiùs affirmaſti. Nonnè Ariſtoteli, *velut animans*? quod dudùm audiſti. De Galeno verò, quid dicam? iàm enim ex me audiſti, auditurúſq; inſupèr es in poſterùm, calorem innatum, viuentem, atq; animatam eſſe ſubſtantiam. Hæc niſi præceſſiſſent, poteras ne tu abſq; nota petitionis principij illud tibi aſſumere? *calorem innatum non eſſe propriè viuens*, qui mecum diſputas aſſerente, calorem innatum eſſe corpus animatum, ac proindè viuens.

Vides quam iniquus ſis præ ſtudio?

Elp. Calor autem influens, de quo loquitur, viuens non eſt, quare nec mori poteſt, ſed interire, atq; corrumpi, qui ortum habuit, atq; generationem.

Tyr.

Tyr. En turpi te illaqueatū contradictione. *Calor influens viuens non eſt*, & *calor natiuus*, qui genus à te ponitur, *viuens eſt*. Dic viuens, & nō viuens, ſunt ne tibi contradictoria? At nobis, tàm contradictoria hæc, quàm falſa, Galenum lib. de Trem. proximè cit., loqui de influente calore; quùm pateat cuiq;, vel modicè erudito, abſolutè de inſito calore ipſum fuiſſe loquutum, cui tribuit, quæ tantùm negoeij tibi ſempèr fecerunt. *Calorem autem, non acquiſitum, neq; animalis generatione poſteriorem, verùm ipſum primum, primogenitum, & inſitum, ac natura ſanè, & anima, nihil aliud, quā hic exiſtit. Quare ſi ſubſtantiam per ſe mobilem, & ſemper mobilem ipſum intelligas, haud errabis.* His premeris anguſtijs, vt fatearis neceſſe ſit, vel calorem fixum non eſſe inſitum, vel hunc ęquè inſitum, & mobilem, quod audies poſtàc. Dum verò carperes Galenum tua pluſquàm pædagogica cenſura, ancipites cuncti erant, qualis tibi futurus exitus, mortis, vel interitus? Non leui interim damnabat te culpa, quòd *calidum interire, atq; corrumpi* dicas, qui *tibi forma eſt*, addiſq; *qui ortum habuit, & generationem*. Nam forma deſinit eſſe, corrumpitur verò, & generatur ſolum compoſitum. Amicè monebat te Flaccus.

Quid de quoq; viro, & cui dicas ſæpè videto. 1. epiſt. ad Lol.

Elp. Deindè vero ſcire debes motum euentilationis, qui ſublato calor ſuffocatur, aut marceſcit, non eſſe motum localem ipſius caloris, vti tu falſo ſupponis &c.

Tyr. Neq; te ignorare fas eſt, calorē eſſe per ſe mobilem, veròq; lationis motu cieri; tuas verò euaſiunculas, cunctis cōtingere pluſquàm ridiculas. Tàm infantes ne ſumus, vt nobis ſuadeamus, calorem moueri, quoniam mouentur fuligines, quas ille excitat, atq; expellit. Non ea eſt Galeno mens, vt mòx audies. Verùm tu priùs enuclea nobis, quis motus localis ſit? *tum Aeris refrigerantis*. Quid calorem cum aere commutas? calorem cum frigore? *Ac humoris*

velut

velut alentis. An aer ſecummet introducit humorem velut alentem? vel aere alitur humor noua Philoſophia, nouaq; Grammatica? Nam elementa in alimentum cedere, neq; tu admittis, neq; humor tibi viuit, quare nec alitur; quod ſi aleretur, humore ali deberet, non ſpiritu, vel aere. Verùm ali humorem, non *humoris*. Veteres dicerent Grammatici; nouus tu Grammaticus eadem *licentia* conſtruis, qua tuamet deſtruis. Nam quod pollicebaris humori alimentum ex Aere, & ſpiritu, mòx illud erogas caloris in beneficium. His per me alantur tuus humor, calorq;, ſi quis tamèn ſuperſtes.

Elp. Tu verò putas caloris euentilationem eſſe caloris ipſiuſmet motum localem, quum fixus calor immobilis in ſolida parte permanens, aſſidue ventilari debeat; alioquin ſuffocationem, vel marcorem perpeſſurus.

Tyr. Imputas tu nobis, quæ neq; putaret pupulus. Putamus cum Galeno, cui tu, tuaq; puteſcunt omnia, inſitum animalium calorem, neceſſariò, & per ſe moueri: quod vt audias à Summo Viro, tempeſtiuum iàm eſſe duximus. *Ac natura ſanè, & anima nihil aliud quam hic exiſtit. Quare ſi ſubſtantiam per ſe mobilem, & ſemper mobilem intelligas, haud errabis. Singula autem hac ſeorſum indagemus, etſi de ipſis alibi diſcere liceat; in præſentia autem ſermonis continuitas examinanda eſt. Nam calor inſitus, ceu ſemper mobilis, neq; intrò ſolùm, neq; extrà fertur, ſed alterum ipſius motum, alter ſemper excipit. Celeriter enim, ſi intùs calor maneret, in immobilitatem ceſſaret: ſi foris efferretur, & hic motus diſſiparet ipſum, atq; hac ratione perderet: modicè autem extinctus, & modicè accenſus, vt Heraclitus aiebat, ſemper mobilis ita perſeuerat. Incenditur igitur quum ad ima inclinat alimenti appetens: ab intimis elatus, & vndequaq; diſperſus, extinguitur. Verùm ad ſuperiora, exterioraq; lationem, & vt ita dicam à ſuo principio*

l. de Trē. c. 6.

cipio

cipio explicationem, quod natura calidus ſit, experitur. Intrò autem fertur, & deorſum, hoc eſt ad proprium principium viam init, quoniàm frigidi aliquatenùs particeps eſt: quippè ex calido, & frigido temperatus, prima ſanè calidi ratione ſua ſponte mouetur, atq; hoc potiſſimùm ad actiones indiget: magnum autē ipſi vſum, & frigidum exhibet. Solet enim calidum in ſublimè attolli, ac cum eo alimentum adducere: ſi autem frigidum non obſtaret, etiam longiſſimè procederet. Fit autem frigidum huiuſmodi caloris motui impedimento, ne diſperſus aboleatur: quippè periculum eſt, ne ipſe præ leuitate, & impetu ſurſùm à corporibus diſcedat: ſed frigidum retinet, impeditq;, & vehementiam nimij huius motus tollit. Quæ quidem & flammæ exemplo egregiè alibi proſequutus fuerat, te non animaduertente, vtpotè cui *non ita tempus abundat*. Iam igitur intelligis *calorem inſitum*, non ſolùm moueri, verùm ſubſtantiam eſſe per ſe mobilem, & ſemper mobilem; ni tamèn tu erroribus mordicùs addictus, *erro* dici à Galeno non recuſes. *de Vt. R. c. 3.*

Elp. Verum & Galenus nomine ſubſtantiæ ſemper mobilis cui loco conſiſtere mors eſt, non intellexit calorem, qui qualitas eſt &c. *p. 139.*

Tyr. Veritate nihil robuſtius: hæc namq; te reluctantem adegit, vt fatereris modò, quis modus ſubſtantiæ ſit innato calori, quem celebrat Galenus: cætera verò non abſq; deceptionis ſordibus. Audi. Si Galenus caloris nomine *qualitatem non intellexit*, cur totiès innati caloris nomine hanc honeſtaſti? Si *neq; ſubſtantiã, neq; qualitatem*, iàm igitur calor innatus Galeno, ex tui depoſitione, erit quid præter formam ſubſtantialem, vel accidentalem ab ea emanantem; de hoc verò noſtra diſputatio eſt, non de *ſubſtantia incorporea* quod ineptè ſcribis. Etenim præterquamquòd tranſgrederetur limites diſquiſitionis *Phyſico-medicæ*, quam tibi olim præſcripſiſti, neq; patitur forma naturalis *incorporea* abſolutè dici, quæ ſimul & cum materia corpus conſtituit. Quod *in Tit. Muliſt.*

veri-

veritati congruum dicis, & Gal. ſubſtantiã ſcilicèt mobilem indicare *corpus calidum*, *ſubſtantiamq; corpoream calore affectam*, ſubſequentibus verbis commaculas, *qualis eſt ſanguis,& ſpiritus*:nam præter duo hæc corpora, quæ recenſes, extat, vt audiſti ſuperiùs, corpus aliud calidum, ſubſtantiaq; corporea calore affecta,quam non ſemèl Gal. indicauit,confirmauit, atq; liberè appellauit *calidum innatum*.

Pl. in Pan. *Iam abi viciſti*.

Auc. Explicat ſe à principio, tum quia calidus.

p.139. *Elp. Mira locutio, à quo didiciſti calorem eſſe calidum?*

Tyr. Intruſit ſe Plautus

in Pan. *Quorsùm Aſinus cadit calcibus?*
Vt contemptim carnufex?

Delude vt lubet, nullum namq; fatentur Grammatici meæ in loquutione vitium,præter hoc,quòd tecum colloquor.Omnes, atq; vnanimes Proceres Sophiæ cultores, quin & Lixæ, calores(te vno excepto, qui *habitualem calorem* non calidum dixiſti) credidere calorem omnem, & calidum eſſe, & calore afficere ſubiectum. Centumplici tu riſu digniſſimus, qui tuam exponis vulgò irridendam deſipientiam. hoc verè eſt.

Aſciam propriijs cruribus illidere.

Præd.c.1. *Elp. An non Ariſt. te docuit nihil ſemetipſum denominare? ſed ex alio ſemper denominationem hauriri?*

Tyr. Plurima me docuit Ariſt., docetq; me cauere modo tua ab impoſtura. Falſum eſt in 1. cap. Præd. tradidiſſe nihil ſe ipſum denominare;quod etſi per ſe euidẽtiſſimũ,referã tamèn integrum Ariſt. locum, quo tuam compeſcam iactantiã, atq; vaniloquentiam. *Denominatiua verò dicuntur, quæcumque ab aliquo differentia caſu, ſecundùm nomen habent appellatio-*

lationem: vt à Grammatica Grammaticus, & à fortitudine fortis. Addas tu, à calore calidus. Perperàm igitur

. *Me meamq; rem tuis falſidicis fallacÿs dilacerauiſti*. *Pl. in Capt.*
Aduolat concitatus in te Galenus, *me me qui adſum*, inquit, iàm mea, non Tyronis cauſa agitur. *Hoc ipſum igitur verbum, calidum, aliquandò transferimus ad qualitatem, cuius proprium nomen eſt caliditas, aliquandò denominatiuè totum corpus dicimus calidum à caliditate: eſtq; hic modus loquendi plurimus in omni vita, & fuit apud antiquos, veluti Theophraſtus oſtendit in eo lib., qui de calido, & frigido inſcribitur*. Arguebat te pudibundum, quòd tam citò oblitus fuiſſes, ſubſtantiam illam, quam dicimus calidum innatum, à præpotenti in ea qualitate nomen ſortitum fuiſſe, *quippè ex calido, & frigido temperatus eſt calor innatus*. Increpabat inſupèr, quòd me illius verbis, ſenſuq; loquentem minimè obſeruaſſes, quin ludibrio habuiſſes. Repetebat ille proindè. *Verùm ad ſuperiora, exterioraq; lationem, & vt ita dicam à ſuo principio explicationem, quòd natura calidus ſit* (nota impure Cenſor) *experitur. Intrò autem fertur, & deorſum, hoc eſt ad proprium principium viam init, quoniam frigidi aliquatenus particeps eſt, quippè ex calido, & frigido temperatus. Prima ſanè calidi ratione ſua ſpontè mouetur, atq; hoc potiſſimum ad actiones indiget*. Malo omine reliqua tibi recenſebit idemmet Galenus.

1. aph. c. 14.

lib. de Trem.

Auc. Tum etenim, quia ad coctionem, alimentiq; diſtributionem impetus ille conducit.

Elp. Hac verè ſemper dicuntur de calore influente &c.

Tyr. Hac ſempèr verè dicuntur de calore illo à Galeno, quem non interrupta ſerie dixerat *naturam noſtram, & animam*. Quapropter dum antiquos repetis, enormeſq; errores, de *ſanguine inanimato, forma* differentia à *Temperamento* aduersùs tuum dogma, atq; de caloris innati diſtinctione in

Nnn ani-

animali, excitas Litterarium Senatum, vt Pœnam ei decernat, cui blanda haud ſufficit MVLTA.

de Vt. Reſ. *Anc. Vagaturus monetur à frigido, renocatur ab alimento, perpetuo, ac neceſſario cietur motu.*

Elp. Bene tibi ſit, quando cap. peculiare citaueris: percurri librum vniuerſum de Vt. Reſp., & nihil tale dictum à Gal. comperi: calor à frigido mouetur motu alterationis, non autem lationis, quo de loquimur in præſentia &c.

Tyr. Male ſit ijs, qui commutationem diſtulêre: Nam poſt exantlatos abs te labores in lectione *vniuerſi libri* (qui tamèn vix paginas tres excedit) vacuus redis, & erro; præ Anglicorum Specillorum penuria. *Monetur* habet noſtra commentatio, non *Mouetur* à frigido calor, & verè hic *Monetur*, ne vagus auolet, quod obſeruauerat Galenus, tum in lib. de Trem. c. nupèr citato, tum in tractantiuncula de Vtil. Reſp. Hanc tamèn niſi *percurriſſes*, vt fateris, verùm Philoſophico greſſu illam obſeruaſſes, deprehendiſſes profectò in cap. 3. p. 224. à tergo ſub littera H. quæ habeat Galenus tunc, dum exemplo flammæ vtitur, quam augeri, & roborari à moderato frigore, dum prædicat, interim hæc habet. *Ob id igitur moderatè frigido ambiente aere omnis flamma opus habet, qui enim excellenter calidus eſt, motum alterum ipſius immodicè extrà extendendo, frigidus verò alterum immoderatè intrà protrudendo, extinguit vterq;, ——. Eodem modo igitur vero non diſſimile eſt contingere, & circa inſitum animantibus calorem &c.* Sin autem tempus in ijs repetendis, quamquàm compendio tibi propoſitis, *terere* recuſas, conſule, ſaltèm Galenum lib. totiès cit. de Trem., is enim enucleatiùs te docebit, quod Inſitus Animalium Calor *prima ſanè calidi ratione ſua ſponte mouetur, —— ſi autem frigidum non obſtaret, etiam longiſſimè procederet., Eſt autem frigidum huiuſmodi caloris motui impedimento*

ne

ne diſperſus aboleatur, quippe periculum eſt, ne ipſe præ leuitate, & impetu ſurſum à corporibus diſcedat, ſed frigidum retinet, impeditq; , & vehementiam nimij huius motus tollit. Hæc opportunè reſeruauit tibi Galenus, vt intelligas motu lationis egere innatum calorem, qualiſcumq; ille tibi ſit: quin iurat, vel per Stygias aquas, tuam *Veteranitatem* ieiunam prorſus extitiſſe hucuſq;, futuramq; in poſterum adeò, vt ne verba quidem illius libarit, mentem penitus ignorauerit, recentiq; tui periculo iuſiurandum ſe confirmaturum non deſperat. Fare igitur.

Auc. Inſuper ab hoc edoctus deprehendo innatum calorem eſſe ſubſtantiam, quod alimentum appetat, inq; ſui naturam conficiat. Galenus particularem aſſignabat et materiam, in quam agerer, ipſum ſanguinem. de Vt. R.

Elp. Galenus l. cit. ſanguinem aſſignabat materiam, non quam calor in ſui ſubſtantiam conuerteret, vti tu dicis, ſed vnde accenditur, vt nuperrime vidimus. p. 42.

Tyr. Adeon bonus Philoſophus antiquos apud Gallos es tu, vt quæ euidentiſſima, vel ignores, vel diſſimules? Galenicum illud, *vnde accenditur*, quanti pendet apud te? Putaſne ſanguinem *follium* vicem ſupplere, quibus accendatur calor natiuus? Pudeat tuimet, ſi quandò Galenum conſulas l. cit. docentem, magis quàm dicentem. *Eodem modo igitur vero non diſſimile eſt contingere, & circa inſitam animantis caliditatem, vtpote quæ materiam, vnde accenditur, ſanguinem habet, à natura item inſitum principium motus in vtramq; partem, ita vt altero priuata, etiam reliquo ex neceſſitate priuetur: & ob id ipſum ſiuè à reſpiratione prohibeas, ſiuè ſanguine, ſtatim corrumpitur, nam & lucernæ flammam tolles ſuffocando, aut omninò oleo priuando.* Percepiſti ne adhuc *ſanguinem eſſe materiam calori innato*, ipſiq; cedere in alimentum, non ſecus ac oleum Ellychnio?

Elp. Præterea vero ex eo, quod innatus calor Galeno ſanguinem habet materiam, in quam agat, quomodo colligis calorem tali actione conuertere ſanguinem in ſui naturam.

Tyr. Veternoſus ſis, Elpenor, ex obliuioſo. An es neſcius quorsùm tendat agentis energia? An conſcius eorum, quæ
2. de An. t. 34. tradit Præceptor? *Naturaliſſimum enim operum, quæ in viuentibus, quæcumq; perfecta, & non mutilata ſunt, aut generationem ſpontaneam non habent* (quod adnotaſſe fuiſſet è re tua) *eſt facere aliud, quale ipſum*: agit innatus calor in ſanguinem, qui illi propria eſt materia, aget igitur, vt *faciat aliud quale ipſum*, conuertat nempè ſanguinem in ſui naturam. Excute ſomnum, atq; ad meliora propera.

p. 143. *Elp. Ventriculus agit in cibos, ergo eos tibi conuertet in ſui naturam? nihil minus.*

Tyr. At quorsùm agit? ſi naturalitèr agit; ſitq; *naturaliſſimum viuentibus*, qualem eſſe audiſti innatum calorem, *facere aliud, quale ipſum*? Admirantur cuncti, non minùs raram tuam methodum, dum obſcura per obſcuriora exempla obtenebras, quàm eximiam in ſententijs conſtantiam. Nam tu, qui ventriculo iniurius modò es, secùs olim pro il-
1. de Sp. T. Oc. 51. lo ius dixeras. Agnoſce tua. *Ego verò aſſero ventriculum in recepta nutrimenta operari ſuo vtroq; calore, & accidentali, & ſubſtantiali, ea ratione, vt actio caloris; qui qualitas eſt in accidentiũ ſerie, nulla ſit alia, niſi alteratio, & mutatio alimentorum ſecundũ qualitates: actio vero caloris ſubſtantifici, qui eſt apex temperamenti, & forma ſubſtantialis ventriculi, quatenus mixtum corpus eſt, non coctio, non alteratio, ſed eſt ſubſtantialis mutatio alimentorum in Chylum, ac omninò Chyli generatio. Quemadmodum actio formæ ſubſtantialis ventriculi, quatenus eſt viuens, ac omninò animæ ſtomachi operatio ſit mutatio proprij alimenti vltimi in ſuam ſubſtantiam, ac omnino ſtomachi nutricatio.* Quin & præ-

ſenti

ſenti in Dialogo p. 107. hæc habes. *Sic anima ventriculus vtroq; calore, temperamentoue vtroq, vtens in ſua cuiuſq; coctione promouenda, producit in chylo temperaturā, & actualem, & habitualem ſimilem temperatura duplici ventriculi, qui calor vterq; peracta coctione remanet in chylo.* Et quod riſum ab Heraclito extorſit, nonne tu fateris hac eadē in pag. à tergo rem planè diuerſam. *Nempè cibus in ventriculo, quando concoquitur conuertitur in ſubſtantiam chyli, cuius temperamentum, & forma ſpecifica, eſt ſimilis temperamento, & forma ſpecifica ventriculi, qua miſtum corpus eſt.* Hoc ne eſt *duabus ſellis ſedere?* vel ſeducere commiſſos tibi pupulos? p. 144.

Elp. At quod ais a calore nutrimentum appeti, metaphoricè verum eſt, vt quando dicitur à materia formam appeti. 1. Phyſ. t. 82.

Tyr. Æquum eſt ingraueſcentis tui morbi curationem Seniori Medico committere, Pergameno nempè; is enim te docebit, *inſitum à natura, non metaphoricè* principium ineſſe inſito animantium calori in vtrāq; partem. Hinc ille *modicè extinctus, & modicè accenſus, vt Heraclitus aiebat, ſemper mobilis ita perſeuerat. Inceuditur igitur, quum ad ima declinat alimenti appetens.* Ni tantis reſipiſcis auxilijs, conclamatum de te iàm eſt. de vi. R. de Trem.

Auc. Cōmuniorem verò Auerroes. Sicut cibaria, inquit, quæ quādo digeſta ſunt, conuertuntur, in calorem naturalem, in ſimilitudinem ſpeciei caloris digerentis illa. 4. Met.

Elp. Auerroes eo loci non loquitur de tranſmutatione materiæ alimentaris in ſubſtantiam caloris innati materialem, vti tu cenſes, &c.

Tyr. Mirum eſt ni conquæraris de cap. citatione: abſtines, credo, ſat tibi ratus, ſi Lectorem circumduxeris falſa expoſitio-

ne,

ne, & prolixitate innata con feceris. Volupe eſt, vt dum Auerroem apertiſſimè loquentem malè exponis, eundē è diametrò tibi opponas tuã impugnantem; ac primò, quod ventriculus conuertat cibaria in ſui naturam. Secundò, quod coctio, quæ tibi alteratio, fiat à *calore habituali;* qui tibi ſubſtantia. Tertiò quod calor fixus idem ſit cum influente, ſi à ventriculi temperamento ſimile irrepit temperamentum in cibaria, per quod conſtituitur calor naturalis influens. Non ſatis intelligebant quot aderant, qui tu à cibarijs Auerrois ſubſultans auolaſſes *ad ſanguinem:* nouumq; ipſis contingere fatebantur, ventriculum influentis caloris eſſe originem; rati ex hac tua doctrina (nam Auerrois certè non eſt) neceſſariò debere plures calores influentes præcedere, tandèmq; ad cor accedere, Ventriculi ſcilicet, inteſtinorum, meſaraicarum, atq; Hepatis. *Nouum* penitùs; tuumq; agnoſcunt *Inuentum*, quòd ventriculus ſanguinem generet, vel chyli generationem præcedat, ignoto nobis modo, ſanguinis è cibarijs abſolutio: hoc verò cuncti fatebantur, admirandum paradoxon, inexcogitatumq; ab vllo, qui res Galenicas hucuſq; tractauerit. Quapropter pleniſſimam huius *Inuenti* tribuebant tibi gloriam. Non deerant, & qui tuum celebrarent candorem, vt qui verba Ariſt. de fine coctionis, perquàm aduerſa tuę opinioni modò recitaſſes, ni tamen incoſultò, quod tibi frequentiſſimum, illud præſtiteris. Nam de Cordubenſis mente nemo hæſitabat, vt qui *conuerti cibaria*, idq; *poſt digeſtionem in calorem naturalem* apertiſſimè tradat. An cibaria, quæ ſubſtantiæ compoſitæ ſunt, *Noua tua metamorphoſi*, migrabunt, & conuertentur in ſolitariam formam? vel quod *poſt digeſtionem* illis contingit, aliud eſſe poteſt à nutritione proprij promouentis?

Auc. *Definiuit hæc ſatis, ſuperq; Galenus, verùm niſi hoc abundans habeat, quo fruatur alimentum &c. ſi verò quantum alimenti poteſt peruincere, hoc copioſè perfruetur; ipſe magis augebitur, atq; omnia, quæ antea diximus circa corpus animalis perficiet.* *Elp.*

Elp. Gal. hoc loco peragit de calore natiuo, quem appellat facultatem nos gubernantem queq; ſcribit ab immoderato frigore hyemis ſuperari, quæ verba, cur non attuliſti? p. 144.

Tyr. Interrogas, cur non integras recitauerim ego Galeni ſententiás, notaq; *&c.* priorem detruncauerim; æquum eſt me tibi facere ſatis, quô tibi, ſi ſapies, non leuidenſe accedat beneficium. Mos ille tuus integras trāſcribendi Auctorum paginas (quòd vel duabus lineis ad rem facientibus abſolui poterat.) exoſus eſt Lectoribus, diſpendioſus Bipliopolis, vnico tibi frugis, cui voluminis moles tantùm prę oculis eſt. Excreſcat per me proximi tui rogi materies; at quæ modò conſarcinas Galeni verba rei propoſitæ, tibiq; infrugifera, ob idq; à me conſultò dimiſſa, examinemus,

Quem inde queſò ſperas prouentum?

Elp. Nimirum quia patefaciunt hic alimento frui, non eſſe conuertere nutrimentum in ſui naturam, vti tu ponis, non enim facultas nutritur, nec ſubſtantia corporea, de qua tu loqueris à frigore ſuperatur &c.

Tyr. Verùm tu, qui nupèr increpabas me, *facultatis* nomen innato calori aptantem, etſi Galeno præmonſtratore, cur pudenda obliuione repudiatis ſubſcribis? benè eſt, ſi reſipiſcis, & tanto Dictatori non refragaris: quod ſupereſt abſolue, vt quæ tunc perperàm profitebaris expunges. Eſt igitur innatus calor facultas, ea nempè in ſignificatione, quam ex me, quin ex Galeno audiſti tunc, haùd verò nunc audies, ne vitio mihi detur, vernacula tibi battologia, qua pręſertim in præſens vteris, ſummo Lectoris tædio. Parùm ne erat Aſiatica tua dicacitas, ni ſuperpondij loco acceſſiſſet importuniſſima tautologia? Potuit igitur, debuitq; Galenus *facultatem* dicere innatum calorem, à quo in animante tot procedunt opera, quot ille recenſet in loc. cit. Cauere debebas tu ab æquiuocatione, vel ſaltèm ab analogia vocis, p. 134.

ne

ne fruſtrà detraheres innato calori, qui compoſita ſubſtantia vbiq; dicitur ab eodem Galeno, moreq; reliquorum animantiũ alimento fruitur. Tandèm ſperas a frigido plurimùm tibi accedere emolumenti; nec mirùm, nam ſimilia ſimilibus conſeruantur, atq; proficiunt. An putas, quòd ſi tibi frigidiſſimo beneficum, & cuicunq; naturali corpori fore mòx innoxium? Enectas obſeruauimus plantas elapſo anno prę hyemis ſæuitia, ſideratur os detectum Ariſtoteli; quin extremę noſtri corporis partes incurioſè veſtibus obuolutę, nechroſin bruma quandòq; patiuntur, diem obeunt animalia, & homines. Quid igitur eximis tu *ſubſtantiam* hanc innati caloris *corpoream* ab vniuerſali labe? Neue quàm plurima tibi adducam teſtimonia, audi ſaltèm Galenum eodem in commento te commonefacientem. *Sic & animalium, quæcunq; ſunt natura frigidiora, ijs calor innatus à frigore hiberno ſuperatur, adeo vt ferè extinguatur. Quare plurima ipſorum ſimilia mortuis conſpiciuntur, tum ſine ſenſu, & motu in latebris iacent: quædam verò prorsùs in hoc ipſo affectu moriuntur.* Quorsùm igitur rem euidentiſſimam denegaſti? nempè, vt verum faceres, quòd *minimus error in principio, maximus fit in progreſſu.* At nec minimus error fuit *qualitates* diuendere *actiuas*, quę non agant, & primas contrarietates poſitiui contrarij exortes conſtituere. Hinc ſuaſus, compelleris modò, vt pro *Veritatis Patrono*, cedas in *Vanitatis Petronem*. Quid ſi calor innatus, qui tibi temperamentum habituale ſanguinis, ſpiritus, partiumq; ſolidarum, ſuperatur à frigore? vt experiẽtia conſtat, & Galenus te monuit; non igitur carebit poſitiuo contrario? quod tu ſomniabas: prætèr id, quod ſi *temperamentum*, vel *Temperamenti apex*, non poteſt non poſitiuum agnoſcere aduerſarium. Audi modò, quę noſtra, quin Galeni, quem concors ſequitur medentium chorus. Exterminat, nunc ille, haud fouet tuam credulitatem, nempè, quòd calor innatus aliud ſit à temperamento. Dic ſodès, augetur ne temperamentum, vel intenditur? At nos credideramus hucùſq; à Gal. edocti ſolam

3.aph.15.

ſolam augeri ſubſtantiam compoſitam, intendi, & remitti qualitates. Vlteriùs, augetur ne tibi *Temperamentum habituale*, vel decreſcit? ſin abnuas, non erit igitur calor innatus, quod tu credebas: ſin adnuas; Quid ergo calorem *apicem temperamenti* dixiſti quandóq; *conſiſtere in indiuiſibili?* His tu ſuperatus, non ſuaſus, differs nouis technis abiurare falſam ſententiam, dum augeri, *non per ſe* dicis, verùm ad ſubiecti incrementum. In re tanta igitur, tantus Vir impropria vtitur, & altionis, & auctionis voce.? Faceſſat Galeni, vel tu potiùs, qui talia comminiſceris, & Galeno perperàm imponis. Lucidiſſima eius ſententia micat, & emicat inuita etiam caligine, quam offundis. *Verùm niſi hìc abundans habeat, quo fruatur, alimentum, primus ipſe à circunſtante frigore ſuperabitur, tum ab eo, qui extrinſecus ingruit, quàm ab illo, qui inſpiratione attrahitur: cum ipſo verò, & coctio ciborum debilitabitur, & boni ſanguinis generatio, & partium animalis enutritio, & ſuperfluitatum vacuatio.* Huic abſolutè, non metaphoricè nutritio debetur, vt audis. *Primus ipſe à circumſtanti frigore ſuperabitur.* Cur *ſuperabitur*, qui tibi inſuperabilis, & contrarium neſciens? Cur *primus*? qui tot fulcitur fulchris. At ſuperatur à contrario, deficitq;, atq; marceſcit præ pabuli inopia *primus* ille, qui plurima abſumit, quiq; in cauſa eſt, vt corpus animantis alatur. Cur autem, *ſi tantùm abundè habuerit alimentum, quantum poteſt euincere, & ipſe magis augebitur, & omnia, quæ anteà diximus, circa corpus animalis perficiet?* niſi quia calor innatus more reliquorum viuentium verè alitur, hincq; reparatis viribus, quod ſui muneris eſt, egregiè perficit. Apta tu *Temperamento habituali* alimenti victoriam, copioſam fruitionem, Temperamenti augmentum, functionum abſolutionem. Nam minùs, & vincere, & augeri illud par eſt præſente copioſo alimento; quùm temperamento nihil accedat ab alimento, decedat verò præ repaſſione, non dubia ſuæ energiæ portio. Quapropter tantùm abeſt, vt *in copioſo* quocunq; modò, reſumat vires, vel exerceat, vt eas defati-

gari tandèmq; labaſcere vero ſimile ſit. Erronea proindè eſt tua illatio. *Sic ergo alimento fruitur, licèt ipſum non conuertat in ſui naturam.* Nam *alimento fruitur*, qui alitur, haud verò alitur id, quod alimentum non tranſmutat, inq; ſui conuertit naturam, atq; ſubſtantiam. Iàm vides, quàm peruersè Galeni mentem, & verba fueris tu aſſequutus, cui omnia peruertere iàm dudùm fuit in votis.

Auc. Tandèm verò, quæ ſibi inhærent accidentia ſubſtantiam eſſe confirmant.

p. 145. *Elp. Quaſi accidentia non poſſint accidentibus inhærere &c.*

Tyr. Duo obſeruant in te Spectatores, falſam nempè doctrinam, atq; contubernale contradicendi œſtrum, vel in ijs, quę neq; tibi incommodant ſi admiſeris, incommodent verò, ſi controuerteris. Solus tu, qui ſat tibi ſapis, calorē animalium inſitum, formam ſubſtantialem eſſe cenſes: nos verò turba, & vulgus Sophiæ, Artiſq; Appollineæ, vnanimes illum fatemur compoſitam ſubſtantiam. Quod ſi vtriq; noſtrum calor innatus eſt ſubſtantia, quid tu deducere eius dignitatem nunc tentas ad accidentis naturam. Tàm facilè hęc nobis ſuadebis, quam illam exornabis fallaciam, quòd *accidens accidenti inhæreat*, per ſe, atq; phyſicè. Bis damnat

2. de An. c. 29. te abſurdo Alex.. Si *qualitas qualitatem habet*, admodùm

1. Poſt. c. 39. abſurdo, *ſi qualitas qualitatem recipere poteſt*. Increpabat te bonus Themiſtius. *Præterea fieri nequit, vt accidenti per ſe aliquid per ſe inhæreat: alioquin accidens natura quadam ſubiecta, & ſubſtantia videretur eſſe.* Non enim te igno-

in Præd. rare puto, quæ Præceptor docuerat olim, *quod primæ ſubſtantiæ omnibus ſubijciuntur, —— & in ipſis ſunt.* Quin D.

in lib. Poſter. Thomas amicè monebat te, quod *accidens nullū per ſe eſt ſubiectū alicuius accidentis, quia ſubſtantiæ propriè conuenit ratio ſubiecti. Colorem in corpore eſſe*, docuerat te Ariſt. in Logicæ veſtibulo mòx citato, & in corporis extremitate

inhæ-

inhærere colorem, non *in ſuperficie*, quód falsò adducis tu ex *cap.3.lib. de Senſ., & Senſ. Nam color, aut in extremitate, aut extremitas eſt*. Rursùs. *Quare color vtiq; erit perſpicui in corpore determinato extremitas*. Superficiem Pythagorici colorem appellarunt, non Ariſtot.; neq; ſuperficiei inhærere colorem ille dixit, niſi in hac ſignificatione extremitatis corporis phyſici, non mathematici, quod malè tu intellexiſti. Patùm inſupèr te perſpicacem in perſpectiuis te nunc exhibes, vt qui *coloratas lineas* conſiderari ab Optico tradas. Laberis, neq; vnico lapſu; non enim conſiderat Artifex ille lineam, vt coloratam, ſed *vt Phyſicam*. 2.Phyſ. c. 20.
Mirum ni inſeruiſſes tu rem perquàm ridiculam. Quo pacto linea erit colorata, ſi coloris ſubiectum tibi eſt ſuperficies? an ignoras quid interſit inter ſuperficiem, & lineam? Adde, quòd lineas haud aliter conſiderat Opticus, quàm mathematico more, ſi F. Piccolomineo credis. Colophonem tandèm imponis dignum præcedente diſputatione, *quod conſiderat nulla ratione habita ſubſtantiæ ſubiectæ*. Igitur dato, quòd conſideret Mathematicus, vel Opticus accidens abſq; ſubſtãtia, poterit igitur accidens ſubſiſtere ſolitarium, ſeq; cæteris accidentibus ſubijcere. Egregius pòl inferendi modus, dignus phantaſtico cerebro, cui idem eſt cogitatio, & ſubſiſtentia. Verùm Plautus neſcioquos accedentes conſpicatus, percunctabatur, in com.l.c.

Sed quis eſt hæc muliercula, & ille rauiſtillus, qui venit? in Epid.

Sybar. Bacch. Si noſter Epeus, vel etiam nondum ex Aſino reformatus in hominem initiatus eſſet Sacris veræ Religionis, noſset in quantitate, cui nulla ſubſtantia ſubeſt, eſſe colorem, figuram, & ſaporem priſtinæ ſubſtantiæ panis &c.

Tyr. Quid impuriſſima *Cælum terræ, Sacra prophanis* miſces? *ſi* (quod ais) *non opus eſt hæc nunc ijs admiſcere*. Valeat tuum τὸ πρῶτον totiès laceſſitum, valeant ineptiſſima tua exempla, & loquutio. Cur *noſcet*, qui credit? An qui malis artibus, malis tantùm Aſinus videbatur, dum

adorat diſcernit, quod Theologis non adhùc compertum? Nam, vt cæteros præteream, Guillelmus Okam Minorita peculiari tractatione acerrimè tuetur, quantitatem cæteris accidentibus non ſubijci, verùm omnia ex æquò ſuſtentari per Diuinam Omnipotentiam in Auguſtiſſimo Sacramento. Sapiant mortales mortalia, firmaq; Fide Sacroſancta veneremur Myſteria.

lib. de V. Med. *Auc. Eſt enim innatus calor, ſi Hippocrati credimus, permiſſus, verùm qui neq; craſſeſcere, neq; putreſcere poſſit.*

p. 146. *Elp. Hipp. nihil horum dicit in lib. de Vet. Med., quem in margine citaſti &c.*

l. c. *Tyr.* Adeon diſtractus, hebeſue es, vt quæ recitas te fugiant? quæ tractas ignores? *Quandoquidèm calidum nullius alterius permiſtione, quàm frigidi, calidum eſſe deſinit, neq; contra frigidum, quàm calidi, at reliqua omnia, quæ in homine inſunt, quo pluribus permiſcentur eò mitiora, & meliora euadunt.* An tibi extrà hominem calor innatus? vel non temperatus? Vexat ne te Hippocraticum placitum de Temperamento, tuis *Inuentis* perquàm aduerſum. *Temperamentum enim, & moderatio contingit frigido à calido, & viciſsìm calido à frigido.* Tu verò ex æquò, & Temperamentum deſtruis *tuis* cum *habitualibus* infractis, & Temperamentum cum miſtione confundis, quæ tamen Hippocrates egregiè diſtinxit.

Elp. Sed hic Hippocrates agit ſub nomine calidi, & frigidi, non de calore natiuo, vti tu putas, cui nullum opponitur frigidum in viuente, ſed manifeſtè de humoribus, iiſq; morboſis quorum calor eſt præter naturam &c.

Tyr. Ne mij quidèm à vero tramite deuiare nos faciet tua prolixitas, ridendaq; battologia, exclamarunt Hipp. familiares.

ſares. Quin ſtrenus ille Gallus teſtabatur de innato animantium calore hæc à Sene enunciari. Non aberat Coi ſtudioſiſſimus cliens Martianus, qui obſeruabat quatuor qualitatum eſſentiam, & naturam illam concordem, Magiſtrum explicare, quæ eſt temperies eorundem in corpore: ita vt iàm euidens ſit, non de *morboſo*, verum de *integro* animantis ſtatu verba feciſſe Hippocratem, quod tu perperàm negabas; neq; negaſſes profectò, ſi proximè ſequentia obſeruaſſes verba. *At verò homo optimè diſpoſitus eſt, vbi concoquit, & in quiete eſt, nullam peculiarem viam præſeferens.* Permiſtus igitur eſt, ac temperatus calor innatus Hippoc. Dictatore, & Gal. obſeruatione *bene temperata eſt innati caloris ſubſtantia*, quod inferiùs audies. Reliquum verò *Augiæ ſtabulum*, deq; *putredine*, præſertim, nec Hercules expurgaret. *Fräc. Valler. loc. com. c. 1.* *Hip. lo.*

Auc. Aereus Galeno, & aqueus, proindeq; vaporoſus. *1. aph. c. 14.*

Elp. Et hinc arbitraris colligere te poſſe calorem innatum eſſe ſubſtantiam? &c. *p. 148.*

Tyr. Non ſimpliciter ſubſtantiam, vel ſimplicem ſubſtantiam, verùm compoſitam, miſtamq; ex elementis, quorum impari iunctura, aereus dicitur, & aqueus, ac proindè vaporoſus, quæ omnia nullo conatu conuincam. Audi. Calor innatus eſt corpus miſtum ex quatuor elementis, in quo præualet aer, & aqua, igitur eſt ſubſtantia compoſita. Antecedens eſt Galeni in com. aph. 14., cuius integra te egere recitatione intelligo, non enim mea improbaſſes: nō quia *ſit ſubſtantia corporea de ſe vapores halans*, vti tu reris, prçter Galeni ſenſum, & mentem, cuius hæc ſunt. *Oportet enim defluxum ſimilem eſſe ſubiectæ ſubſtantiæ, vt quandò humida, atq; aerea ſubſtantia exiſtit, tunc quod ab ea defluit* (nota) *vaporoſum eſt, atq; ſuaue.* Rursùs, vt expugnet tuam peruiuaciam, vel potiùs ſtupiditatem, hæc annectit. *Cumquatuor*

tuor ſint elementa, ex quibus omnia corpora ſunt temperata, puerile quidèm corpus multum in ſe ipſo continet aerea, atq; aquoſæ ſubſtantiæ, minimum terreſtris.

His auum fuis implendum, non ſegnibus annis.

Anc. Suauis, tactui conueniens, ac benè temperatus.

Elp. Geminus in animali calor natiuus eſt, vt oſtendi ſuperius.

Tyr. Benè ſit tuæ *Animalitati*, quæ ſola *geminum calorem* fouet, & riget: nobis ſat vnus eſt, qui ſuis qualitatibus exornatur. Quapropter, dum *ſuauem, beneq; temperatum tangentibus* ſe exhibet, nullum dubio facit locum reliquum, inter compoſitas debere illum recenſeri ſubſtantias. Dic agè, *ſi calor vterq; tibi eſt ſuauis, tactuiq; conueniens*, cur toties *habitualem calorem* exemiſti ab ſenſuum criterio? Cauſaris tu modò, quod *habitualis* per accidens, *actualis* per ſe ſenſibilis ſit. Siſte gradum, vt duplicem agnoſcas ſenſibilium gradum, Communium, & Propriorum. *Communium autem habemus iàm ſenſum communem, non ſecundùm accidens.* At verò propria *ſecundùm accidens ſentiunt ad inuicem ſenſus.* Quis ſenſus igitur temperiem illam *caloris habitualis*, qui apex tibi eſt temperamenti, aſſequetur? ſi per accidens tactus tibi eam diudicat: An olfactus? Guſtus? Viſus? Auditus? vel ſiquod excogitaſti *additamẽtum* antiquis ſenſibus? inſupèr quod per accidens, poſteriùs eſt eo, quod per ſe eſt: priores igitur *Actuales* erunt tuis *habitualibus*; erit proindè origine prior tibi effectus ſua cauſa; vel *calor habitualis* erit per accidens prima qualitas, non ſecusàc tibi eſt ſenſibilis. Renunciat igitur meritò principatum corporis tangibilis, qui neque per ſe tangibilis, neq; contrarietatem habens, conſcius alias leges olim impoſitas à ſummo Naturæ Interprete. Sedem tandèm, tua opera, occupabit calor *actualis*, qui tibi accidens, tactum afficiens, & contrario non deſtitutus, eritque principium ſubſtantiæ accidens in tua ſchola. Proh quã gran-

2. de An. t. 134.

2. de G. C. t. 7.

grandeſcis *Nouis* hiſce *Inuentis?* Detumeſcant iàm bullatæ tuæ nugæ, vel enuclea nobis, quî poteſt *calor habitualis* ſentiri, vel per accidens? Reſpondes tu, *quia ſuſcitat ex humido ſubſtrato vapores ſuaues, ac tactui couenietes, beneq; temperatos.* Verùm defluxus hic *ſubiectæ ſubſtantiæ dicitur*, nil moror extrinſecam, intrinſecamue, quod ſuperiùs malè animaduertiſti tu, dicente Galeno, *vt quę humida, atq; aerea ſubſtantia exiſtit, tum quod ab ea defluit vapuroſum eſt, atq; ſuaue. Cum verò terreſtris, atq; arida, tum & quod effluit fumidum, fuliginoſumq; eſt, & acre, quod & in exterioribus euenit* Vbiq; ignis, calorue idem operatur; per ſe calefacit, hinc conſequitur in halitus reſolutio: ſintnè blandi, vel acres moderato igni, neq; per ſe, neq; per accidens ferunt acceptũ, verùm materiæ, è qua eleuantur. Quòd verò *calor tuus habitualis* hos eleuet, impoſſibile, ni tuis refrageris placitis, qui nempè aliquando affirmaſti *calorem habitualem more formarum ſubſtantialium indiuidua conſiſtere eſſentia*, ac proinde gradus omnes excludere, *habitualem calorem*, formam, *actualem* diſpoſitiones inuehere. hæc *lora ex tuomet corio*. Iàm cum euaporat aqua, non ignis, non aer eſt, verùm aqua eadem, caloris energia extenuata, quod vel minimo interpoſito obice facillimè ſenſu aſſequeris. Calor verò, qui talia molitur, non virtute talis, verùm actu (quale debet eſſe omne agens) vt qui calefaciendo extenuet, leuioremq; comunicata peregrina qualitate reddat aquam. Inijcias tu piper, pyrethrum, euphorbium, vel ſi quod habes virtute calidiùs, nunquam euaporantem videbis aquam. Quas debebimus gratias propoſita in euaporatione tuo *habituali?* nullas: eſt enim hæc pura, putaq; materiæ diſpoſitio; perq; gradus acquiſitio (quod formæ ſubſtantiali per te repugnat) calori tantum debita, qui actu calor, operans, ſenſumq; laceſſens. Quùm igitur, neq; excluſa, quin nec labefactata per te ſit antiqua *habitualis aquæ frigiditas*, impoſſibile verò ſit materiã eandem ſimùl, & ſemèl contrariorum eſſe ſuſceptiuam, ſequitur neceſſariò nil molitũ fuiſſe *calorem tuum habitualem* in euaporatio-

com. cit. — *p. 76.* — *4. de H. q. d.*

ratione, ſed omne id acceptum referri debere, & materiæ cõditioni, ex qua blandi excitari debent, poſſuntq; tantùm vapores, & calori, qui in actu, euaporationem promouenti. Rideo tuam credulitatem, quin ruditatem; quî enim *benè temperatus*, *& tactui conueniens* diudicabitur *calor habitualis*, ſi vapor examinatur, ſenſumq; mouet? Tàm bardus ne tibi eſt Galenus, vt hæc effutiat? Habes tamèn, quibus tuam cauſam tuearis, fateor, nempè, quod vapori inſit portio *caloris habitualis*, vel innati, vel quod *calor habitualis*, velut à ſigno, dijudicatur per vaporẽ. Qui tuam norunt peruicaciam, non tàm facilè credent falſæ opinioni te modò renunciaturum de modo ſubſtantiæ innati caloris, licèt non impares agnoſcant tuæ inconſtantiæ dotes: hæc verò debentur primæ tuæ euaſioni, qua tamèn in meliorem euaderes *Veritatis Patronum?* Nam poſterior euaſio falſitati, atq; deceptioni te mancipat: vnus namq; idemq; ignis, qui nunc è balneo vapores ſuaues ſuſcitat, ex hypocauſto acrem fumum reddit ſimul, atq; excitat. Inutilis proindè eſt de calore coniectura illa ex halitu, futilis euaſio; ridendum verò, atq; explodendum tuum comentum in dilucidiſſimam Galeni ſententiam.

Elp. *Sed ex hoc, quod percipi tactui poteſt calor innatus, tibi non bene reponitur inter ſubſtantias, quum & olim tu negaueris calorem ignis, qui tamen tactu percipitur eſſe ſubſtantiam &c.*

Tyr. Neq; noſtra aſſequeris, neq; quod ſperaſti conuincis. Ex inhærentibus accidentibus innato calori, cuius ſubſtantia ex Galeno *Aerea* eſt, & *Aquea*, conuinco calorem innatum eſſe ſubſtantiam: ſunt verò quæ recenſeo accidentia, tactus criterio deuoluta. Vide quàm malè, & præcedentia, & quæ immediatè ſubſequuntur, fueris tu aſſequutus: quaproptèr deceptionibus temet, tuoſq; inuoluis. Non defuit Plautus,

Baſi-

Baſilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallaciam, *in Pan.*
Purus, putus hic Sycophanta eſt.

Auc. Meruit tamen à potenti qualitate talem denominationem, qua qualitatũ in morem intenditur quandoq; , ac remittitur. *3. de Tēp.*

Elp. Tu de more librum citans, non citato capitulo cogis me totum Galeni lib. reuoluere, nec reperi tuum hoc aſſertum &c.

Tyr. Quæ tua eſt ignauia caput dum quæris, iniuria de capite quereris tu, quem acephalon omnes modò obſeruant. Intendi, & remitti qualitatem illam, quæ inſidet innato calori aſſumpſeram ego probãdum ex Galeni doctrina 3. de Temp., tu verò, qui è cap. 4. eiuſdem lib. plura tranſcripſiſti verba rem hanc confirmantia, ſcilicèt *aliquandò qualitatem caloris intendi, aliquandò ſubſtantiam eius augeri,* dormitabas profectò tunc nõ *bonus Homerus,* ſed egregius apud Gallos Vates.

Elp. Caloris vero naturalis ſubſtantia formaliter eſt habituale temperamentum, & eſt propria forma miſti tam animati cuiuſmodi pars eſt vnaquæq; ſolida &c. *p. 150.*

Tyr. Iàm tuam nobis ſignificaſti ſententiam apertè de Anima, hancq; eſſe Temperamentum clarè modò enuncias, quùm *propriam formam miſti animati* hoc eſſe dicas. Quæ impietas, nonniſi igne purgari meretur, & debet.

Auc. Tactum igitur ſemper afficit, ſecùs, vel ſenſilis qualitas non ſentiretur, vel à ſubſtantia ſeceſſiſſet.

Elp. Tu gratis aſſumis calore inſitum, qui ſubſtantia eſt, eſſe ſenſibilem qualitatem, at vero nonne debueras &c.

Tyr. Semper ne puer, vel bardus? ſenſibilem iungi qualitatem innato calori aſſero ego, non verò illum degenerare in quali-

litatem;quod monſtrum perperàm introducere tu contendebas, ridente Litterario Senatu.

1. de An. t. 65. 5. Phyſ. t. 18. 5. Met. 19. *Elp. Deinde ſcire te decuit ex Ariſtot., qualitates, quæ ſunt formæ ſubſtantiales, eſſe ſenſibiles per accidens, nimirum per alias qualitates per ſe ſenſibiles.*

Tyr. Plurimam habebo tibi gratiam, ſi Ariſtotelem introduxeris fatentem, *primas qualitates eſſe ſenſibiles per accidens*. Non tulit diutiùs tuam impoſturam Ariſtoteles, libereq; faſſus eſt, nil tale in libris de Anima ſe tradidiſſe, verùm in
2. de G.C. t. 7. loco proprio enucleatis verbis aſſeruiſſe oppoſitum, dum corporis ſenſibilis, hoc eſt tangibilis inueſtigaret principia, cuius primas contrarietates, ſecundùm quòd tangibiles, principia dicit. Pulchrum eſt, quòd nouum excogitaris modum, quo *tuæ habituales* ſentiantur, præter vapores profugos, quibus *per accidens* erant ſenſibiles; expectamus in poſterùm *Noua additamenta*, quibus tamèn neq; Calones Logicorum ſuaſi, permittent argumentari te impunè à *ſecūdum quod ipſum, ad per accidens*.

Elp. Deinceps habes pro abſurdo ſenſibilem qualitatem non ſentiri?

Tyr. Non pro abſurdo tantùm, verùm addas, maximo, inaudito, inexcogitato hucúſq;, præterquàm à te, tuoq; Promotore. Nam ratio formalis, per quàm ſtat qualitas ſenſibilis, eſt, vt afficiat ſenſum: quòd niſi ſenſum afficere potens ſit, debitis tamēn præſentibus requiſitis, ſenſibilis non erit.

2. de An. t. 118. *Elp. Nonne ſenſibilis eſt calor accidentarius mediocris, & infra mediocritatem poſitus &c.*

Tyr. Nonne ſentis arma te Aduerſario miniſtrare? Si *ſenſibilis eſt calor mediocris, & infra mediocritatem poſitus*, ſentietur

tietur igitur, ſecùs fruſtratoria eſſet illa potentia, & ſenſibile ad ſenſum non diceretur. Neq; tibi ſuffragatur introductus Ariſtoteles, quem abſolutè de *exuperantia* ſermonem habere credis; nam exuperantiæ ſenſorium non perficiunt, ſed deſtruunt: quòd niſi Præceptori te monenti credas, experire per ocium. Organum igitur tactus, quodcunq; illud ſit, quùm in potentia ſe habeat ad ſuum faciens, qualitatem nempè ſenſibilem, per quam fit actu, non organum, ſed ſentiens, quumq; contraria ſuſcipere debeat, vtriſq; exutum fore par eſſet, vel ſi illud impoſſibile, ab vtroq; ſaltèm ex æquò diſtare ipſum decebat. Quapropter quùm organum tactus conſtare ex elementis neceſſe eſſet, quorum aſſeclæ ſunt qualitates primæ, oportuit, ſi has præcipuè examinare debebat, in mediocritate quadā caloris, frigiditatis, humidi, & ſicci ſitum, ſatumq; eſſe, naturalitèr ſe habente animali, vt qualitatum gradus ab illa mediocritate quomodocunq; deflectentes, acritèr, verèq; dijudicet. Huius ſymmetriæ reſpectu, gradus illi exuperantiæ debentur, non ſimplicitèr, ſecùs omne ſenſibile ſenſus eſſet corruptiuum, ac proindè nullum eſſet ſenſibile, ſed inſenſibile omne. Quod vt percipias, ſcito illud tantùm ſenſibile dici à Præceptore, quod ſenſum afficit, & perficit. Vtra verò harum conditionum deficiat, facit, vt *inſenſile* illud dicatur. En tibi Ariſtotelem rem edocentem. *Intangibile autem eſt paruam omninò habens differentiam tangibilium, quomodò ſe habet aer, & tangibilium exuperantiæ, vt ea, quæ corruptiua ſunt.* Aer *intangibilis* abſolutè non eſt, ſed ad eucratum, & hominem, & organum, quorum reſpectu, paruam habet differentiam tangibilium: At verò neq; intangibilis penitùs eſt valetudinario, cui noxius, vel parem exiſtimabit ſanus etiam aeris ſtatum, ſi contingat aliquo euentu hominis variari naturalem temperiem: vtriq; enim euidentèr affici ab eodem aere fatentur, atq; percipiunt. Quòd ſi ſecùs Philoſophi mentem interpreteris; quid igitur erit tuo ſenſui ignis innoxius, qui corruptiuus, ob idq; intangibilis? Deroges

meis dictis fidem, dummodò accedas ad ignem, cum cominùs experturus, ni pluſquàm ſalamandrea tua frigiditas ignibus inuicta, ignem vincat, atq; extinguat protinùs.

p. 151. 3. de Tep. c. 4.

Elp. Nonne Galenus te coarguit, ac experimentum? Galenus quidem, dum in opere à te proximè citato ſcribit. Quippe hæc non eo minus genere deleteria ſunt dicenda, quod vbi planè minima exhibentur nullam inferunt ſenſibilem noxam &c.

Tyr. Formæ naturales, quô ſuas erumpant in operationes, determinata egent materię quantitate, qua ſi orbaueris, fruſtrà attendes earum energiam. Terra grauiſſima eſt inter corpora ſimplicia, Aurum inter compoſita, puluis tamèn, qui terræ pars, & Auri bracteola, non ſubſident in aqua, præ corpulentiæ improportione. Haùd mirum eſt te repueraſcentem in ludicris hiſce ineptire, atq; diem inutilitèr terere.

p. 152.

Elp. Experimentum vero, dum tangentes arborem, vel recens vento diſruptam, nullum omnino tactus calorem percipit in eius partibus intimis.

Thucyd. l. 2. Lucr. l. 1. & 5. Ael. l. 9. de V. Hiſt. Athen. lib. 12. c. 29.

Tyr. Quid ſi cuneis, & ſecuri? vel hebetiſſima tua aſcia, Elpenor? Syluam ventis agitatam exarſiſſe audiuimus: feceris ne tu periculum rei, quam adducis, ſuſpicamur; ni tamen rediuiuus tu Philetas, lapidibus obrueris te priùs, aduersùs ventorum impetum. Tetigiſti tandèm viſcera arboris diſruptæ, frigida obſeruaſti; quid ſi integram tetigiſſes? An neſcis frigida elementa in arbore dominari? quorum præſentia calor obruitur, ſenſumq; laceſſere minimè potens eſt. Dic nobis tu viceuerſa, cur feriatur calor tuus actualis in planta? cur ſenſum non mouet? præcipuè tanto igne conflata, quantum excuti fricatione aſſeuerauit quandòq; tuus Therſit-Vlyſses.

Auc.

Auc. Vel à ſubſtantia ſeceſſiſſet: at verò propriæ qualitates à ſubſtantijs ſeparari nequeunt, vt ſanè neq; facultates Galeno auctore. de Sp.v.&. l. ad Lycum.

Elp. Si cap. operis Galeni citaſſes, expenderem eius aſſertum, mihi non vacat nunc integrum illud volumen euoluere &c.

Tyr. Malè ſit tuæ ignauiæ, immò inſcitiæ: quid enim impugnas, quę confirmare tamdiu ſtuduiſti? nonne tu æquè calorē dicebas innatum, *qualitatem*, qua ille ornatur? Cur igitur non pateris hanc me indiuiſibili nexu ſubſtantiæ caloris iungere quæ tibi pluſquàm qualitas eſt, & re, & nomine. Alterum erratum, nec infrequens in te, eſt obliuio, & tui, & noſtri inſtituti. Emendabo quæ dixi, nam vnicum, conſtanſq; tibi eſt contradicendi, vel tibimet, inſtitutum. At noſtrum erit extorquendi à te, quòd innatus calor ſit ſubſtantia compoſita, quoniam ei inhærent accidentia, inter quæ præcipua eſt prima qualitas, à qua denominationem accepit. Vide quàm aberres miſer, quin diuertas imprudens. opportunè Plautus te monebat

--- Stultitiaſt in Pan.
Si quoi benè eſſe liceat, eum prauorti litibus.

Auc. Mutationem hanc tactu diſcernes in ſanis, & febricitantibus, pueris, & iuuenibus &c. 1. aph. 14 2. de Tēp. 6. epid. 2. de Fæt. For. c. 7.

Elp. Etſi tibi dedero Galenum aſſeueraſſe, caloris natiui mutationem in allatis hominum differentijs tactu diſcerni &c.

Tyr. Intrinſeca ego inſigniri qualitate, ſibiq; eſſentiali probo calorem innatum, ex illius frequenti mutatione, quam ſenſus diſcernit, tum in ægrotis, tum in valentibus; hinc q; fieri, vt ille neceſſariò ſit ſubſtantia compoſita, non forma ſubſtantialis, & accidentalis ſimul iuncta, quod tu Naturalis Sophiæ peruerſor, peruerſè hucuſq; tradidiſti.

Auc.

Auc. Cominùs intuere naturalem animalium calorem.

p.153. *Elp. Tu, qui pridem aſſerebas, & nunc repetis calorem ſenſibilem ſolo ſenſu iudicari &c.*

Tyr. Frigidiſſima ſcurrilitate vellicas tu metaphoricum intuitum, quùm tamèn cerebri tui hebetudinem non dubia coniectura nemò non videat. Verùmenimnerò quòd te Dictatore opus ſit, vel huic *manum adhibere* in poſterùm, manum quis illic intrudat confidentèr, ſecurus nulla, vel minima acie ſe læſum iri.

Age igitur nolo tuam aduerſari aduersùs ſententiam.

Auc. Cui coctionem demandari conuicimus, hic non mentis, ſed eius propalabitur ope, quem negare, ne dum ſumma impudentia, verùm ſenſus pœna plectendum.

Elp. Tibi mens, quæ Ariſt. omnia noſcit, calorē non agnoſcit. verè tua mens caloris naturam, te iudice, non indicat, quæ tam male ſentit &c.

in Pen. in Pſeud. *Tyr.* Plautus verò tui periculi conſcius

Maledicta hinc aufer, linguam compeſcas, tace
Maledicere huic tu temperabis, ſi ſapis.
Satis ſtultus es, rem actam agis.

nam duabus paginis replicaſti inutiliter, quę nos ſuperiùs vberrimè confutauimus. Tu verò qui traducere credidiſti Simplicium, eiuſq; nomine à lata appellaſti ſententia, illud noris, & liti Simplicium renunciaſſe, & nupèr confirmatam fuiſſe ſententiam Ariſtotelico, atq; irrefragabili decreto.

4. Mete. ſum. 2. c. 1 *Ad ſenſum omnia indicamus ſenſibilia*

I nunc peruerſe litigator, quin mere vitiligator tuos ad balatrones rursùs appella.

Auc. Calent dum viuunt animaliū corpora, neq; ſi cordi hoc acceptum

ptum referas, euitabis cenſuram, eſt enim &c.

Elp. Diſtinctius nobis agendum eſt de calore &c. p. 154.

Tyr. Laudo tuam reſipiſcentiam, qui tradita hucuſq; abſte de calore innato confusè, atq; tenebricosè, *diſtinctius* tractare polliceris. Expecto, ſcrutor, tandèm pro tritico, olidarum palearum inuenio aceruum. Calore quadruplici calere tradis animalium corpora, quùm tamèn alibi profitearis duplicem tantùm accidentarium ſentiri: inſupèr confundere te calorem innatum, & Temperamentum, diſtinguere calorem innatum à fixo, mòx verò vtrumq; *congenitum, ingenitum, naturalem, & inſitum*, partes omnes calidas eſſe à prædominio, inſultare in Galenum de opifice coctionis, imponere huic, & Hippocrati de numero calorum, tandèmq; tibi contradicere de calore influẽtis opera, quem alibi dixeras accidens ad fixum ventriculi, nùnc verò pro temone ad manum gubernatoris. Vacabit igitur, vel anima, vel calor fixus, vel hic tibi eſt anima, quod tàm apertè, quàm impiè ſuperiùs faſſus tu es. *ad Coruos* maſtigia.

Auc. Proprio quinetiam tepent partes calore, ita vt nullum habitualem inuenias, qui ſenſum non afficiat.

Elp. Partes animalis corporeæ ſingulæ duplici calore fruuntur &c.

Tyr. Tepent Galeno partes animalis omnes, vno excepto corde, qui innati caloris eſt veluti fons, quùm id feruere ſempèr ſit opus, quod tibi indicaui tunc paucis interpoſitis lineis. Duo interim hìc moneris à Pergameno, primùm, quòd *reliquis partibus ſat eſt, ſi non ſint frigidæ*, tu calere dicis *acriter vltra teporem hepar, & alia viſcera*, quę non Galeno tantùm hoc in loco, & alibi, verùm, & experimento, de P. N.

ver-

aduerſiſſima ſunt. Alterum, quod moneris eſt, nullibi caloris apicem eſſe temperamentum, quodcunq; illud fuerit tibi, vel *habitale, vel accidentale,* attamèn ſi hoc natum eſt ſenſum afficere, quùm prædominetur ſingulis in membris animalis, te fatente, non tepere illa, verùm feruere, perquàm neceſſarium erat. Vana igitur, atq; commentitia tua eſt doctrina, quam *Canterino ritu* vigilans ſomniaſti.

p. 156. *Elp. Sed heus tu, quavi ſyllogiſtica deducis nullum inueniri poſſe calorem habitualem, qui ſenſum non afficiat, ex eo, quod partes proprio calore tepeant &c.*

Tyr. Expeditiſſima, atq; veriſſima. Quod ſentitur, quatenùs tale, ſenſibili ei qualitati illud acceptum refert, quæ ſenſibilis corporis eſt principium, ſed tepidas ſentimus partes, igitur qualitati illi, vel qualitatibus debetur ſenſus hic, quæ corporis ſunt principia: talis tibi eſt *calor habitualis*; igitur quod tepida membra ſentiantur, acceptum referunt *habituali calori*; nullus igitur eſt *calor habitualis*, qui non ſentiatur: ac proindè ignotus, atq; ridiculus in Peripato eſt calor ille tuus *inſenſibilis*, non minùs, quàm fuga illa tua de ſenſibilitate *Cauſaliter*.

de F.N. c. 3. *Auc. Egregiè profectò hæc docuit Galenus, nam ſanguini, qui in venis eſt abſq; cordis calore, tepida quædam caliditas inſita eſt.*

Elp. Et putas te probare partes proprio calore tepere, quia ſangui in venis tepeat ex ſe ſine cordis calore? Sanguis in venis, o bone, pars non eſt, ſed materia, quæ nutricationis miniſterio poteſt in partium naturam mutari.

Tyr. Vniuerſam lege Galeni ſententiam, non detrunca Pſeudole, deprehendes, & cordis, & Iecoris ibi meminiſſe auctorem, præter ſanguinem. Mei muneris erat probare, omnia

in animali calere, etiam ſi fieri poſſet, remoto caloris influxu, qui à corde: nam proprio tepent partes calore, quod abundè l. à me cit. confirmat Galenus, tuamq; infirmat credulitatem de Iecoris *calore acri vltra teporem*. Quòd etſi ſanguis animalis pars non eſſet (hoc verò pro more, ſat audactèr, & ad pauca reſpiciens, enuncias, atq; ſancis) debebam ne ſententiæ fruſtulum tantùm producere, quùm faueant præſertim, quæ tunc de ſanguinis calore habet Galenus, proprio calori, quem confirmabamus.

Elp. Sanguis in venis, o bone pars non eſt, ſed materia.

Tyr. Sat temerario auſu (ò malè) peſſimòq; conſilio, vt audiſti ſuperiùs, & Moſi aduerſaris, qui ſanguinē cēſuit animatū, & Theologis, qui ſanguinē reſurgenti dicunt neceſſarium, vt integer homo reuiuiſcat. *Sanguis in venis* venarum *pars non eſt*, neq; *materia*. Eſt enim compoſita ſubſtantia: quùmq; tria ſint componentium genera, ex quibus integratur animalis corpus, Continentia, nempè, Contenta, & Impetum facientia, quæ docta eſt Coi Dictatoris ſententia, ſecundo ſub genere commodè locatur ſanguis, ſcilicèt ſub *contentis*. At verò, neq; ſui continentis, *venæ* nempè, pars eſt, ſed corporis vniuerſi: venæ namq; pars, vena eſt, quùm corpus ſit ſimilare: proxima venæ *materia* Galeno, tàm conſtitutionis, quam conſeruationis, ſemen eſt. Sanguis igitur, *neq; venæ pars, neq; materia eſt*, quod tibi modò aſſumpſeras perperàm.

Auc. Et propterea etiam in Iecore. Cor verò quaſi quendam ignis focum &c. Gal. l.c.

Elp. Et in his locis Galenus agnoſcens calorē cordis eſſe feruidum, aliarum verò partium, & ſanguinis mitiorem &c.

Tyr. Tranſcripſiſti tandèm, atq; produxiſti dilaceratam Gale-

ni auctoritatem, quæ vel diſcerpta, non ſinit meam fidem de partium tepore ex Galeno abſte diſcerpi. Quem tibi ſuperiùs *Innati calori velut fontem* indicaueram, reuelat Auctor, tuoq; cum malo. Nam *fons* in *focum* euaſit, qui puerilium tuorum ſophiſmatum quiſquilias, dicto citiùs, abſumpſit, ſuaq; luce tenebras, quas veritati incaſsùm offundis, penitùs fugauit. Cor, non pars tantùm, & membrum, verùm membrorum Princeps à nemine non ſalutatur, atq; agnoſcitur, præ innati caloris liberaliſſima diſpenſatione.

Hinc tu malè ſanus, duplici impoſtura, duplicis criminis reũ me facere fruſtrà tentas: prima quidèm eſt, quòd *partibus omnibus calorem aſſignauerim, quo tepeant*, quùm tamèn ex nuda meorum verborum recitatione conſtet cuiq; tua falſitas. *Calent dum viuunt animalium corpora, neq; ſi cordi hoc acceptum referas, euitabis cenſuram, eſt enim innati caloris, velut fons, & qui ab hoc effluit calor, ſpiritu, & ſanguine deuehentibus, ingenitus dicitur, omnium coctionum præcipuus opifex. Proprio quinetiàm tepent partes calore &c.* Nemo non intelligit, niſi tu excors, excipi cor: nemo non damnat tuam falſitatem *in partibus omnibus*. Altera impoſtura, quod parti *nulli* calorẽ aſſignauerim, *quo ferueat*. Certabo, vel te iudice. Dic tu, appoſui ne ſtatim, quæ ſequuntur Galeni verba? *Calor natiuus cordis calori reliquarum partium ſimilis non eſt, cum id feruere* (nota impoſtor) *ſemper ſit opus, reliquis partibus ſat ſit, ſi non ſint frigidæ.* Pudeat te, ni pénitùs perfrictæ frontis, enormis mendacij, vel te mendaciſſimum omnes agnoſcant, dum hæc pronuncias.

Phyſ. Lect. Anal. c. 17.

Ic.

Elp. *Quum enim locis allatis Galeno ſcopus eſſet agere de calore ſenſibili, qui accidens eſt, non autem de intelligibili &c.*

Tyr. Locis in allatis Galeno ſcopus eſt, abſolutè agere de caloris innati præſentia ſingulis in partibus animalis. Quod ut veriſſimũ deprehendat Candidus Lector (cuius ego conſulens

ſulens minori tædio, ab auctoritatibus rurſus producendis in præſens abſtineo) ſic commentium obſeruabit tuum commentum, quòd Galenus alium agnoſcat calorem innatum, quàm ſenſibilem, vel qualitates elementares nouerit *intelligibiles*; quod forsàn in Cataſtrophe ſymbolum collaturus, opportunè, atq; appoſitè, ille explicabit.

Auc. Cuius quidem nexui, vt adnatarum partium vitam Ariſt. refert acceptum, ſic caliditati functionem omnem, vel poſthabitis membris.

Elp. Itane poſthabita anima? poſthabito calore habituali? poſthabitis omnino membris? vbi dicit, amabo te, tale quid Ariſtoteles? &c.

Tyr. Cor, quod verè cor, non æquiuocè tale, & anima, & calore innato exornatur. An quoniam audis, cor eſſe fontem caloris innati, focum, lares, prætereà vitæ auctorem, facultatis vitalis principium, partis animoſæ ſedem, tu vecors fingis tibi frigidiſſimum cordis cadauer? Animato, calentiq; cordi vires, quas audiſti tribuit Ariſt. lib. de Motu animalium. *Quare non oportet in vnoquoq; eſſe animam, ſed in quodam principio corporis exiſtente, alia quidèm viuere, quia adnata ſunt.* I. Cauſabonus vertit, *quia ſunt annexa. Alexander* verò, qui Stagiritæ à ſecretis, rem tibi ſurdaſtro inculcabat. *Atq; illud per animam operatur, in quo principatum animæ eſſe conſpicimus, id enim in primis, & per ſe animatum eſt.* Rurſuſq; intonabat. *Eſt autem huiuſmodi affectio cordi inhærens, & aſſidens, vbi ferè in vniuerſum omnis animæ principatus viget ——— Enimuerò cor principium, & fons ſanguinis eſt, quo alimur, & principium idem, ac fons vitalitatis, & ſpiritus.* Quid tu nunc mendaciloque?

c. 7. 1. de An.

Auc. Non grauatè referam duos Præceptoris locos, quibus Diſpu-

ſputatio tota illuſtrabitur, finemq; adipiſcetur.

p. 157. *Elp. Eia, age rumpe moras, facem Ariſtotelicam adhibe tenebricoſæ huic diſputationi, ac deniq; termina.*

Tyr. En moram rumpo, & Rem oram breui diſrumpam. Lux interim Ariſtotelica Noctuis noxia, Talpis ignota, gratiſſima ijs erit, quos fumiuenduli ſuis tenebris penè occæcarunt. Caue tibi, fax adeſt, & emicat.

2. de P. Al. c. 3. *Auc. Alimentum, inquit, omnibus ex humido, & ſicco ſuppeditatur, quorum concoctio, & mutatio, nonniſi per caloris vim agitur &c,*

Elp. Et in hac ſententia, quam varijs in locis corrupiſti, ſcribit enim Ariſtot. Alimentum autem omnibus &c.

Tyr. Tu verò alienæ famæ corruptor iniquus, & purus, putusq; calumniator, quam expectabis *MVLTAM?* quæ tibi, ſubdole, irrogabitur Pœna? Men corruptorem Ariſtotelicę, dicis, ſententiæ, quã ſtatim ijſdem ad numerum litterulis recitas, præterquàm in voce *Alia*, quæ tranſuerſa linea, vt fit, ab Amanuenſe, ſcholaſtico, & compendioſo more notata, non animaduertitur à Typographo, neq; emendatur à Correctore. Hinc tu luminibus captus, vel noua luce deiectus, ſpem vultu ſimulas, rixaris, exclamas *varijs in locis ſententiam me corrupiſſe:* quæ tamèn, vel ſic tranſcripta, vnica tantùm in voce, eaq;, nec ſenſum Auctoris violante, deuiat. Patietur igitur Calumniator victus *Corruptoris* notam, quam nobis inurere falsò tentauit.

Elp. Non vides Ariſtotelem adminiſtrationes conficiendi cibi, non ſoli calori, ſed pluribus partibus attribuere, ventriculo, Iecori &c.

Tyr. Video Ariſtotelem, cui tu inuides, & quem videre ſimulas,

las, aſſerentem *nonniſi per caloris vim* alimenti concoctionem, & mutationem fieri διὰ τῆς τοῦ θερμοῦ δυνάμεως. Præterea nullam efficiendi vim partibus reſeruaſſe: neq; longam illam partium ſeriem recenſuiſſe; itaut omnes pro tuo agnoſcant, atq; fateantur, & partum ſuppoſitum, & deuiam interpretationem ab Ariſtot. ſenſu. Papè, quem Sophum?

Nunquid in principio ceſſauit verbum doctè dicere? appoſitè Plautus.

Haud potui etiam in primo verbo perſpicere ſapientiam. in Pen.

Elp. Quinimo dum coctionem, alimentiq; mutationem fieri dicit per vim caloris &c. p.358.

Tyr. Reſpuit, atq; execratur Ariſtot. portentoſas has tuas merces, qui vnici tantùm meminit vbiq; caloris, cui coctionem alibi demandauerat, *eſt autem calidi coctio*. Auerſatur farcimen illud tuum, ſeu *aggregatum ex habituali, & accidentali*, ignotum prorsùs in Peripato, quin ἀδύνατον: nam compoſitæ, non ſimplici ſubſtantiæ accidentia inhęrere, vel norunt pueruli. Quod ſi *abſolutè loquitur*, quid malè diſtrahis tu Auctoris mentem, vt tuę ſubſcribat dementię? *Nihil addit*, nam vnico quę additio? *Non ſecernit*: quî enim ſecernet, quæ nuſquam ſunt, vel fuêre cuiquam? 4. Met.

Elp. Deinde dum ait ob coctionem, ac mutationem alimenti neceſſarium eſſe vt tam animalia omnia &c.

Tyr. Exulent proindè tua cum tautologia moleſtiſſima, frigidiſſimi tui *calores*. At dic nobis tu, qui ſuſpectus, & legali præſumptioni obnoxius, quo iure tibi liceat eadem in linea, & falſa & ſibimet aduerſantia profiteri? Nam quod *principium* in principia ſecueris, eodem tibi *Corruptoris* licuit iure, quo calorem Ariſtot. in quadruplicem calorem diſcerpſiſti. Ridebant nonnulli *duplex* illud tuum *principium principale*,

le, exitiumq; principatui huic ominabatur Homerus

Il. 2. οὐκ ἀγατὸν πολυκοιρανίη.

Haud bona eſt multiplicitas principatus.

Habuit verò Peripateticorum Principem ſibi obſequentem, atq; ſubſcriptorem diſertum. *Idem dico primum, & principium*, quin temet *ſecundarium* appellantem ipſum calorem. Hoc age; ſi *cor eſt principium innati caloris* ex tui depoſitione, cur mox *eſt principium ſolius caloris influentis?* Prætereà ſi *Anima eſt principium omnis caloris innati*, cur non & influentis? An tibi influens non innatus? vacabit igitur cor. hoc igitur expunge è principiorum ſerie; vel ſi recuſas, fatere ſaltèm, quin deplora tuam inſcitiam. Neq; prætereà verum eſt animam eſſe principium omnis caloris animalis, *Ineſt enim in ſemine omnium, quod facit, vt fœcunda ſint ſemina, quod calor vocatur*: at ſemina ſanè philoſophantibus, haùd animata ſunt, niſi potentia. Inſupèr Sol, neq; anima vegetalis eſt, neq; hac præditus creditur, dicitur tamē calorē habere ζῶον. Tandē nō animaduertis tuam expoſitionem Philoſophi verbis minimè aptari poſſe: habet enim *quodq; ipſum partibus ſit pluribus accomodatum*, quod principium anima vegeta eſſe nequit, hæc enim non partibus, verùm è contra partes ipſi accomodantur; ſecùs anima eſſet propter corpus non corpus propter animā, vti verè eſt, & ab omnibus agnoſcitur. Retracta proindè abortiuum tuum iudicium de ſuffragio Ariſtoteleo, nam eidem Auctori, *ſecundæ cogitationes meliores.*

1. Poſt. — 1. de P. Al.

Auc. Alibi verò aurea hęc tradidit dogmata.

p. 159. *Elp. Nobis erunt fortaſſis aurea, tibi verò plumbea; ſed ea refer.*

Tyr. Sit Regi tuo Aurito, magis quàm Aurato Midæ priuilegium, impura tamèn manu *aurea* Ariſt. ne contrectet, experturus *chalybea*, ſi diſtorqueat, *plumbea*, ſi aduerſum nos torqueat.

Auc. Omnes autem particulæ, & totum corpus animalium habēt, quan-

quandam caliditatem naturalem: quapropter viuentia quidem calida, morientia autem, & priuata vita contrarium. Ar.leit.

Elp. Siſte curſum recitationis, & expendamus Ariſt. dicta &c.

Tyr. Nempe iubes? Tandèm es odioſus mihi, qui nodum in ſcyrpo quæras. Cur interrogas an *Magiſter agat* de calore ſenſibili? nouit ne alium calorem Ariſt. vnquàm, præterquã ſenſibilem? Quid inter nos controuertitur, Elpenor? Tam ne obcæcatus, & mentis, & corporis oculis es tu, vt non videas, quæ ille ſcribit modò euidentiſſima. *Quapropter viuentia quidem calida, morientia autem, & priuata vita contrarium.* Putaſne Ariſt. familiaris tibi criminis reum fore? vt ignotum per ignotius comprobaret, caliditatẽ nẽpẽ animaliũ naturalem, per caliditatem intelligibilem? quùm tamen ille per actu calere, quod eſt ſenſum afficere, atq; mouere, probet ineſſe animalibus naturalẽ caliditatem, his verò extinctis contrarium contingere. Quid tu huic veritati opponis? Pl. in Mem. Aſ.

Elp. Si annuas, dabo tibi ſerpentes, quorum corpora hyeme viuentia ſunt, & tamen tactui frigida ſentiuntur, nulloq; calore ſenſibili donantur, vt experimento conſtat &c. p.159.

Tyr. Pugnabo pro Ariſt., cuius doctrinam tu modò impugnas. ille namq; viuentia calida dixit, tu verò nobis *das Serpentes* (hos tamèn tibi reſerua) & hirundines Polonicas (concinnum tibi emblema) quorum corpora frigida hyeme ſentiuntur. Exenteraſti ne tu animalia? vel iubes nos tuæ ſubſcribere credulitati. Minùs calida Serpentium ſentimus corpora, nunquàm abſolutè frigida, plus verò quàm tepida, ſi tuæ cõparentur frigiditati. *Quod ſi nullo calore ſenſibili donantur,* quorſum abijt *calor* tuus *actualis?* nonne vides plus tibi, quàm Ariſtoteli adducta exempla officere? Nam qui *duplicem* tibi propoſueras confirmare *calorem*, neq; *habitualem* introducere hucùſq; potuiſti intra Peripati fines,

nes, (caue ne intrà domeſticos) denegaſti modò *actualem*, atq; ſenſibilem, rigentem te exponis publico Spectatorum ludibrio, quem feruidum, flagrantemq; iamdiù fruſtrà expectarunt.

l. cit. *Auc. Neceſſarium autem eſſe caliditatis huius principium in corde ſanguinem habentibus &c.*

p. 160. *Elp. Profectò quemadmodum ſæpius oſtendi &c.*

Tyr. Mendacem oportere eſſe memorem, vulgatum iàm eſt; tu verò deploratæ memoriæ homo, quæ dudùm poſuiſti de ſerpentium frigiditate, nunc exterminas. Si .n. *actualis calor* neceſſarius eſt animalibus ad coctionem abſoluendam, tui igitur *ſerpentes*, vel ſenſibiliter calidi, quod tu negabas, vel eo tepore non concoquent, neq; nutrientur, quod & Ariſtoti & euidentiæ repugnat. *Alimenta autem non ſumentia animalia, & plantæ corrumpuntur, conſumit enim ipſum ſe ipſum.* Euidẽtia verò, nam Viperæ, quæ exuccæ, ſua repetunt latibula inſtante bruma, redeunte Vere ſemitorpidæ, pinguiſſimæ tamèn, capiuntur à venatoribus. Suum quinetiàm obijciebat tibi Glyrem Martialis

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore ſum: quo me nil, niſi ſomnus alit.

Æquum erat tuam nos rursùs experiri conſtantiam: nam qui ſuperiùs dixeras *cordis calorẽ accidens eſſe membris concoquẽtibus*, modò Ariſt. forsàn audiens, antiquæ reſtituis illum dignitati, tuamq; violas, dum profers abſolutè, *calor naturalis habens principium in corde ſanguineorum animaliũ, conficiens, & concoquens alimentum.* ——— *Nec vnquam ex hoc loco Ariſt: deduces calorem omnem, qui coctionis principium eſt eſſe per ſe ſenſibilem. Salue Thales.*

Pl. in Men.

Elp. Nec vnquam ex hoc loco Ariſt. deduces &c.

Tyr.

Tyr. Plurima ſunt, quæ ex *loco Ariſtot. adducto*, deducuntur, quæ vanas tuas deducunt opiniones, atq; peſſundant. Primum quidèm, quòd actu calent viuentia *calore*, qui illis *naturalis* eſt. Secundum, calorem hunc contrarium verum habere, atq; poſitiuum, quod ſua lingua appellauit Ariſt. τὸ ἐναντίον. Tertium caliditatis naturalis, quam poſſident mẽbra, & totum corpus animalium, neceſſariò principium eſſe in corde. Quartum naturali hoc calido à corde partibus communicato, concoquere illas oblata alimenta. Quintum rependere membra cordi gratiam, vt quæ illi concoquant alimenta. Sextum contrarium illud caliditati naturali eſſe infrigidationem, quod tu negabas. Septimum reliquarum partium refrigerationem, vitæ animalis non officere, corde infrigidato, ſubſequi interitum, quod, & *tui habitualis* inſufficientiam, & *actualis* neceſſitatem portendit. Octauum calorem naturalem eſſe animatum, ſi mors eſt caloris extinctio, quod apertiſſimè profitetur Ariſtot. καὶ τὸν καλούμενον θάνατον εἶναι τὴν τούτου φθοράν. Nonum calorem naturalem eſſe rem compoſitam, cui propriè debeatur corruptio. Decimum non differre calorem implantatum ab influente, quùm σύμφυτον θερμότητα φυσικὴν partes, atq; vniuerſum corpus, cordi acceptum referant. *Aurea* proindè nobis hucùſq; extitere Ariſtot. dogmata, quibus, vel ſolis, confirmare valebamus noſtri cap. 17. rubricam.

Inſitum animalium calorem abſoluere coctionem, huncq; eſſe ſubſtantiam, & ſenſum afficere.

Elp. Nonne plantis ineſt calor naturalis alimenti confectiuus, & concoctiuus Ariſtoteli, & principium habet in ea parte ſtirpium, quæ in eis correſpondet proportione cordi animalium? vtiq;. p. 160. 2. de P. Al. c. 3.

Tyr. Et calorẽ habent plantæ, quo concoquant alimentum, & eum calorem, qui refrigeratione indigeat. Mihi non credis, vel Ariſtoteli ſaltèm fidem adhibe, paucis interpoſitis

lineis decenti. *Cum autem omnia viuentia animam ſorti ſint, qua nequaquam abſq; naturali calore eſſe poteſt, vt a ximus: plantis quidem ſubſidium illud, quod per alimentum & ambientem aerem paratur ſat eſt, ad caloris naturalis tutelam, atq; ſalutem. Etenim alimentum refrigerationem ingrediendo facit, qualis hominibus, cum primum quippiam ſumpſerunt cibi euenire ſolet. Ieiunia verò calefaciunt, ſitimq; mouent. Nam aer quum motu vacat, ſemper calefit, cum verò mouetur ingrediente cibo refrigerari ſolet, quoad concoctionem admiſerit. At ſi, aut continens frigore exuperet ob temporis conſtitutionem, vigente nimirũ valido gelu, obareſcunt;* (nota Nouator) *aut per ætatem vehementes æſtus accidant, neq; humor, qui è terra trahitur refrigerare poſſit, calor earũ marcore corrumpitur, atq; per id tempus arbores ſphaceliſmum ſentire, atq; ſiderari dicuntur. Quamobrem, & lapidum genera quædam, & aquam in vaſculis ſubdere radicibus conſueuere, vt ſtirpium radices refrigerentur.*

Elp. Quis autem tactu percipiet vnquam calorem naturalem plantæ? ego quidem diſſectæ cucurbitæ, braſſicæq; diſcerptæ in ſinum digitos immiſi, nec vllum caloris veſtigium ſentire potui?

Tyr. Is certè percipiet, qui organum diſpoſuerit, ſecusàc naturalitèr temperatum illud obtinuit. Quo nomine non queo non ſatis mirari, qui tu diuturna illa tractatione *braſſicæ*, & *cucurbitæ* (quam tamèn ne controuertam faciunt, & contracta abſte graueolentia, atq; inſipiditas) vtraſque calidas non perceperis nullo incommodo, vel impenſa: quùm tamèn nobis illud experturis, neceſſe ſit gelu manus infrigidare, ni ad manus tua ſint ſcripta Sueuico gelu longè frigidiora.

Ar. l. c. de De. Sen. *Auc. Quapropter alijs quidem partibus infrigiditatis remanet vita, eo autem, qui in hac, corrumpitur omnino. Quia hinc*

prin-

principium omnibus dependet caliditatis.

Elp. Ariſtot. hic dicens alijs partibus infrigiditatis &c. infrigidationis nomine non intelligit, vti tu cenſes, puram alterationem &c.

Tyr. Quòd pudendo mendacio diſtorqueas tu verba Philoſophi, tàm apertum eſt, vt nec patiantur Proceres, me pro veritate aduersùs *Veritatis Deſertorem*, non *Defenſorem* modò rursùs pugnare; ſat rati, ſi Lector memoritèr verba Præceptoris teneat. *Quapropter viuentia quidem calida, morientia autem frigida, & priuata vita contrarium.* Hic enim vnici tantùm caloris, eiuſq; ſenſum afficientis, vbiq; meminit. Permittunt tamèn me cursìm vnum, alterumue ex tuis notare, etſi non *obelo*: quî fiat, quæro, vt contradictionibus tàm frequentèr, tàmq; turpitèr te inuoluas? Audi: ſerò tandèm edoctus didiciſti, quòd *ex corde dependet principium omnis caloris alijs partibus, tum influentis, tum etiam fixi de mente Philoſophi*; hoc ſtante, *viuere* nihilominùs dicis tu *aliquandiu partes cordis calore deſtitutas*. Non *dependebit* igitur *principium caloris fixi à corde* quod modò aſſeuerabas: neque cor principium erit vitæ, ſi per ſe viuunt partes: quin & ſuffocato animali, quæ paſſio ſolius eſt cordis, ſuperuiuent tibi, & reliquæ partes *aliquandiu*, quamquàm influente calore deſtitutæ. Occurres tu. p. 161.

Elp. At verò ſi corrumpatur calor proprius in corde, tum habitualis, tum accidentalis itidem, ideo vita deſtruitur omnino in toto animali, quoniam ex corde dependet principium omnis caloris.

Tyr. At ſi vita omnino deſtruitur in toto animali, peto ego, ſunt ne partes extra ſuum totum? vel pars animalis eſt præter animal? Cor igitur, vel non principium vitæ, & caloris, vel ſimùl, & cum corde, à quo calor influit inceſſanti officio,

cio, diem obeunt membra, & viuere deſinunt. Tantum
rò abeſt, vt *aliquandiu viuant* poſt Cordis fata, vt me
brorum interitus præcedat cordis interitum, poſtremum
cor viuere deſinat. Tàm euidentia hæc ſunt, vt vix m
permittat Litterarius Conſeſſus diutiùs illa inculcare: q
proptèr onus ſubit Ariſtot. abolitæ tuæ memoriæ fru
refricandi. *Fit autem primò principium, quod in ſangui*
genere cor eſt: in cæteris proportionale, vt ſæpiùs dictum e
idq; effici primùm, non modò ſenſu percipitur, ſed etiam q
per obitum vita huic vltimo deficit. Euenit namq; in om
bus, vt quod vltimum fit, id primum deficiat, & quod pri
id vltimũ, quaſi natura decurſionem reducem agat, & à c
ad carceres, vnde proruit redeat, Quæ quidèm conſo
de Iuu. Sen. c. 2. egregiè ijs, quæ habet in adducto loco de Iuu. & Sen.
obrem cæterarum partium calore frigefacto, vita rema
cordis prorsùs interit, quod omnibus inde caliditatis prin
pendeat, & anima quaſi ignita ſit in hiſce partibus, ſan
neorum in corde, exanguium in parte proportionali. N
ſariũ itaq; eſt, vitam, & incolumitatẽ huiuſce caliditatis
mortem, & eiuſdem corruptionem ſimul eſſe. Perpend
qui ſomnians hæc ſcripſiſti, quo pacto tandèm licea
p. eadem. profiteri, *cor principium eſſe omnis caloris alijs partibus*
totiès profeſſus es, & profiteberis in poſterùm ad nau
vſq;, innatum calorem eſſe *temperamentum* ſingulo
membrorum, *cor ad alia membra collatum habere c*
habitualis plurimum. Sequetur igitur vna, eademq; f
temperamenti, membra omnia, & informari, & forman
ſtantialem intendi, atq; remitti; necnon vagari hanc
riam extrà proprios lares. Hæc vt audiuit Arpinas,
ma in te iecit ridens, *Beatus*, inquit, *es, cui in ſenectut*
tigit, vt ſapientiam, veraſq; opiniones aſſequi poſſis.

Ar. t. c. *Auc. Et anima tanquam ignita &c.*

p. 161. *El. Anima corpori nectitur, ac in eo conſeruatur vinculo*

neficio caloris naturalis, qui eſt vltima diſpoſitio corporis ad animam.

Tyr. Vt intellexit Præceptor Admirandus, neq; venuſtiſſima illa ferueſcentis animę translatione te admonitum, adhùc percepiſſe naturalis caloris efficaciam, vimq; ſenſibus nõ dubiã, actum de te, deq; tua eruditione publicè exclamauit, pœnàq; ſenſus adempti ęquiſſimo te plecti iure debere, clarè enunciauit. Has inter turbas non defuere, qui tua ſugillarent, vel ex tuis perquàm prolixis, necnon battologia, & falſitate exoſis, nonnulla grauiora notarent. Primùm quidèm, *vinculo necti animam corpori*, tanquàm violenter corpori alligetur, vel tertio indigeat, quo fiat vnum. Secundum *calorem eſſe vltimam diſpoſitionem corporis ad animam.* Superiùs verò exclusiſti calorem hunc ab iniuncto officio. *Vt ergo vegetalis anima ſubſtantia eſt, & ſi ſit vltima diſpoſitio conceptus ad animam ſenſitiuam, ac veluti ſenſitrix anima ſubſtantia eſt; & ſi ſit vltima diſpoſitio fœtus ad animam rationalem.* An plures eſſe poſſunt vltimæ diſpoſitiones in tua Schola? Tertium, *calorem in miſto*, ſupple, *animato* (nam de Corde nobis eſt ſermo) *maximè pendere ex igne*, prætèr Ariſtotelis monita, apertè negantis, ignem hunc eſſe, vel ab igne originem ducere; nam ignis nullum animal generat. Verùm quî tibi *maximè pendere poteſt ex igne*, qui aereum faſſus es? An vt aggreges tribus erroribus quartum erratum? dum quantitatem caloris cum qualitate confundis. Habeas tibi *vehementiſſimam* illam qualitatem, naturæ infenſam, vniuerſali labe ſingulis corporis functionibus incommodam, iam enim numerare deſinam innumerabiles tuos lapſus. Remitti *ignis calorem ex rarefactione ſubſtantiæ*, tàm falſum eſt, quàm verum, materiæ per ſe illud deberi, pro cuius modo, eiuſdem generis, & gradus qualitas, nulla ſui mutatione, magìs, minùſue afficit ſenſum. Audiſtin omnem remiſſionem fieri per admiſtionem contrarij? cur igitur non remiſſa ignis qualitas in ferro? intenſa in palea? At intenſior erit ex ſe caliditas in ma-

Margin notes: p.33. (beside "Vt ergo vege-"); 2. de G. Al. (beside "Ariſtotelis monita")

materia rareſacta,cuius conditione iàm properat ad forma ignis, & in proximo eſt, vt ea potiatur. Mira inſupèr narr. ignem ſcilicèt ex paleis tuæ parcerè frigiditati: qui vel auru liquat apud quaſdam gentes; & impunè illum *tractare ſe p ſe*. Hinc factum omnes tandèm intelligunt, vt *palearum* ta grandem coaceruaueris *aceruum*, haùd veritus ex futuro i cendio noxam.

Elp. Ita dubio procul anima, quæ dicitur in corde velut ignita, duplicem in corde calorem ſupponit habitualem &c.

Tyr. Audiuimus tandèm *ex tripode verba*, eaq; minimè inuoluta, vel dubia. Nam tu *colophonem* egregię huic tractationi *de Duplici Calore* impoſituus,è re pręſenti nactus occaſionem explicandi, quibuſnam caloribus anima igniatur, haùd diutius rem diſtuliſti: quumq; caloris *è palea*, & è *lignis quernis* meminiſſes, ſtatim ſubdis. *ita dubio procul anima in corde velut ignita duplicem in corde calorem ſupponit*, nępè *Palearium*, qui tuo parcit ſenſui, & *Quernum*, quo, vel inuitus, caleſces in poſterùm.

de Reſp. c. 13. *Elp. Quum autem anima præſtantior in corpore poſtulet Ariſtot. plus caloris, tum habitualis, tum accidentalis &c.*

Tyr. Mirabantur Spectatores, quî fieret, vt Ariſt., qui vnicum tantùm vbiq; prædicauerat elementalem calorem, quem *ſenſibilem qualitatem*, & *ſenſibilis corporis principium* vbiq; dixit, noua rapſodia modò diſtingueret in *habitualem, & accidentalem*? Detegit tandèm tuam impoſturam idemmet Philoſophus, non leuitèr in te concitus *Cauſa habendi quidem, quod honorabilia animalium plurem aſſequta ſunt caliditatē.* En vnicam in animalibus, non *duplicem*, quam tu mala fide Ariſtoteli imponebas.

(de Reſp. c. 13.)

Elp. Calor item accidentalis in proportionali parte cordis exanguium

guium non ita ſenſum feriat, ſed idem calori actualis in plantis adeo languidus exiſtat, vt omninò tactui ſit inſenſilis.

Tyr. Duo ſunt, in quibus euidentèr tibi contradicis. Primum quod calorem non deneges exanguium membro, quod cordi eſt analogū: ſuperiùs verò *Serpentum, & Hirundinum corpora frigidiſſima tactui* dixiſti. An tibi exangui, calere magìs exanguia videntur, quàm ſanguinea? Alterum, quòd *calor in plantis adeo languidus exiſtat, vt omnino tactui ſit inſenſilis*. Præterea, quòd nō languidus calor hic, niſi marceſcat: at ſi languidus, languidè quinetiam afficiet. Deprime calorē organi valentis, *feriet* ille *ſenſum*; tibi verò non integro, quodlibet lignum, nulla prodroma depreſſione, *feriet ſenſum*. Verùm tu, qui ex confricatis lignis calorē emergere obſeruabas, eumq; antiquum credis, haùd nouum ex attrito aere, quî ſarcis modò *omnino tactui inſenſile*, quod ſenſileſaſſus es tunc? An tua cunctatione his iàm igneſcentibus, notam tibi *Inſenſati* inurendam ſperaſti? *vt occapiſti perge*. *de Sp.v.a.* *Plau. in Sticho.*

Auc. Neceſſe eſt igitur vitam exiſtere, & caloris huius conſeruationem, & vocatam mortem eſſe huius corruptionem. *Ariſt. l. c.*

Elp. Nihil habes reliqui, quod per tua ſententia deducas ex Ariſtot.? actum de illa prorſus eſt. Ariſt. hic ſolum ait vitam non poſſe conſiſtere ſine calore naturali &c.

Tyr. Vt contemptim carnufex? Stultior ſtulto fuiſti, qui velli- caueris Ariſtotelici raciocinij veriſſimam illationem, vt aliquam euadendi reperires rimam. Fateris nihilominus, *neceſſe eſt igitur ſimul vitam exiſtere, & calidi huius*, nempè, qui corde inſidet, quo præſente calida videntur viuentia, extincta contrarium, *conſeruationem, & vocatam mortem eſſe huius corruptionem*. Vbiq; vnici meminit *calidi*, ſenſum afficientis, corruptioni obnoxij, quæ labes compoſitæ tantùm ſubſtantiæ propriè debetur: hoc verò eſt mihi forma acciden- *in Aſin.*

talis

talis, tibi verò ſubſtantialis, quorum neutra corrumpitur, ſed deſinit eſſe. Nam præterquàm diutiùs aſſeruari temperamentum in cadauere non repugnat, tuq; fateris alibi; viuet igitur cadauer ex Ariſtot. theoria, non viuet tibi, qui à *carceribus ad metam* vſq; inuoluiſti temet contradictionibus, pudendiſq; abſurdis, indignis, vel triobolari Philoſopho. Experiantur proindè curioſi, an tu nouus Archeſtratus ad lancem appenſus, pondus habeas, vel *vnius oboli*.

de Sp.v.s.

Ael.V.H. l. 10. Athen. l. 12.c.24.

Elp. Qui tamen incolumi vita plerumq; nullus eſt tactui notus in exanguium particula cordi proportionata. Summe tibi paruam loliginem, aut mytulum, oſtreamue, diſſeca &c.

Tyr. Recreaſti nos tandèm ridicula tua metamorphoſi, vt qui ex Philoſopho euaſeris, neſcio quibus artibus, in Culinę Pręfectum. *Braſſicatum* eminùs intuebamur te dudùm, atq; olidum, modò verò ſpectamus te cominùs *loligines*, *& oſtreas* diſcerpentem. Benè eſt, quòd prætereuntes accerſas, vt qui neq; hærentes continere in officio diutiùs potis ſis præ illata iniuria. Frigidas dicis viſceratìm, quas nón ita pridèm, *non ita ſenſum ferire* teſtabaris. Quanti pendet *particula* illa tua *cordi proportionata?* hanc namq; repudiarunt Grammatici, Philoſophi, Solerteſq; viſcerum Inſpectores. *Quid eſt, quod tu verborum ambagibus inuoluis?*

p.163. *Elp. Nullum certe calore in eis tactu percipies.*

Tyr. Calore ne tactus percipitur? vel quod verius, tactu calor? *Nullum* cui debetur? Si partibus, vapulabunt Grammatici, ſin ſecùs, ediſſerat nobis Sybilla, quæ ſcripſiſti. Tum Plautus.

in Pen. *Nam iſti quidem, hercle, orationi Oedipo opus*
eſt coniectore, qui Sphyngi interpres fuit.

Elp. Quum tamen calorem ineſſe neceſſe ſit ex Ariſtot., vbi eſt vita.

Tyr. Accitur in iudicium abſte Ariſtoteles: muſſitat ille, vixq; repetit calorem fidum vitæ eſſe ſodalem. Infers tu nouis Logicæ legibus, igitur *calor ibi degit inſenſibilis*. Rident omnes; quid ni rideant? tot perculſi nouitatibus ridiculis.

Elp. Tu vero reclamante cum Ariſtotele omni Philoſophorum choro, calorem in animalibus ponis eſſe ſubſtantiam, & per ſe ſenſum afficere. 2. de An. t. 65.

Tyr. Reclamantem tibi Ariſtotelem, ſimulq; vniuerſum Philoſophantium Chorum tuam perfidiam damnantem, comitor ego, teq; falſarium, improbumq; accuſo noſtræ ſententię corruptorem, *ſubſtantiam* namq; diximus *Inſitum animalium calorem, & ſenſum afficere*, nunquàm verò *per ſe ſenſum afficere*, quòd tu magna inſeruiſti impoſtura.

Auc. Hactenus, ni fallor, conuicimus calorem, qui in animalibus coctionem abſoluit, non eſſe accidens, verum ingenitum, ſubſtantiam, eamq; neceſſariò ſenſum afficientem.

Elp. Bene tandem cum cautione loqueris, quia multæ rationes, quas antea propoſui conuincunt apertiſſimè in tribus hiſce te falli &c.

Tyr. Nunquàm temeritas cum Sapientia commiſcetur, neq; temerarius excipiet eam hoſpitio. Hęc tu non proptèr audaciam dicis tam imprudentèr, ſed quia tantarum rerum repugnantiam non videas. Aliorum eſto de noſtris iudicium, pergas dummodò tu domeſticum in dedecus impunè, atq; intemperantèr debacchari. Quibus commotus. Terentius infit

Homine imperito nunquàm quicquam iniuſtius, in Adelp.
Qui niſi, quod ipſe fecit, nihil rectum putat.

Elp. Cætera, quæ proponis in Analyſi, quia nihil ad Vlyſſem

attinent, omitto lubeas, etſi plurima ſint, quæ non minùs, quã profligata longè deuiant à vero.

Tyr. Damnant tuum iudicium cultioris Litteraturæ Viri, Sophiæ, Artiſq; Apollineæ aſſeclæ, tum Itali, tum Exteri, quorum ad manus noſtra deuenère monumenta. Damnas & tu, qui *Phyſicam* me *excoluiſſe Lactis Analyſim* faſſus olim es: ni tamèn *à vero deuiare* idem tibi ſit, tuoq; Therſiti, quòd exornare, atq; excolere. Clàm tunc monuit me Plautus.

p.3.

in Stic. *Atq; eccùm tibi Lupum in ſermone, eſuriens adeſt.*

Therſit-Vly. Epee virum te præbuiſti.

Tyr. *O FORTVNATE, cedò FORTVNATAM manum* cur non, & noſtro cum Plauto in *Pſeudolo* dixiſti?

Euge frugi Epidice, frugi es, benè pugnaſti, homo es,
Qui me emunxiſti mucidum, minimi precij.

Abnuebat Accius,

Nam quanti refert ei rectè dicere,
Qui rectè nihil faciat.

Therſit Vlyſ. Interim dum Regulus alterum Dialogum inſtruit ea diligentius examinantem, quæcunq; blaterauit Bufo-Veruex &c.

Tyr. Anceps ego percunctabar Plautum, quid nam monſtri aleret noſter Hercules, quocum pugnam breuì ſe initurum pollicebatur. Incunctantèr ille reſpondit.

in Amph. *hic homo ſanus non eſt*
in Aſina. *Laruæ hunc, atq; intemperies, inſaniaq; agitant,*
in Capt. *Neq; pŭduit eum id ætatis ſycophantias ſtruere.*
Armenta abſunt: Aiacem hunc, quem vides, ipsũ vides.

Oues tamèn vagæ ambo Senes Bacchidi videbantur: Plauto
in Bacch. horum alter *Agnus Curio*. Interrogabam ego

Quid

Quid ſit Agnus Curio? at ille *in Aul.*
Qui oſſa, atq; pellis totus eſt, ita cura macer,
Quin exta inſpicere in Sole etiam vivo licet,
Ita is pellucet, quaſi laterna punica.
----- Pauſa, viciſti caſtigatorem tuum, occluſiſti *in Stic.*
Linguam, nihil eſt, quod reſpondeat.
Chlamidatus caueſis tibi à Curio INFORTVNIO.

CATASTROPHE

Damnatur incongrua qualitatum habitualium nomenclatura.

Conuenerant interim celebres Naturalis Sophię Amatores, expenſuri ad Philoſophicam lancem vtrumq; Paradoxon, *de Duplici* ſcilicèt *Calore*, necnon *de Suctu Infantis in vtero*. Et verò non leuitèr inter ſe digladiantes obſeruabamus Proceres, præcipuè verò Græcos, & Latinos, vtri factioni noſter Aduerſarius adhæreret, quã *de formis elementorum*. Illum excludere ſua è Schola tentabant Latini, quòd Græcorum teſtimonijs inſtructus in arenam deſcenderit, & quod magis eſt, qualitates primas liberè appellauerit formas Elementorum. Recuſabant Græci deſertorem, quin corruptorem admittere, nempè, qui laruato vultu Græcanicum ſimulauerat ſe, reapsè verò Græcis aduerſabatur cunctis, imponebat nemini vnicæ vocis hypocriſi, eiuſq; abſurdæ, atq; incongruæ. Quid enim abſurdius, dicebant, quàm ſubſtantiam qualitatis nomine indigitare? prima confundere genera? vniuerſam Philoſophiam ſubuertere? His concitus Alexander, interrogabat? *Qualitas igitur eſt ſubſtantia?* At verò Franciſcus Bonamicus Græcorum obſeruantiſſimus, ſummèq; in Alexandrum officioſus, negabat *habituales illas*, vel eſſe qualitates, vt quæ, nec ſuo genitori, vel baiulo ſint ſenſibiles: *tùm verò eſt qualitas* (dicebat) *vbi iàm ſenſilis facta eſt, & quando nõ eſt ſenſilis, nõ eſt*

2. de An.

2. de Motu.

eſt qualitas. Neq; profectò minùs incongruam *Habitualis* vocem iudicabant cuncti: nam etſi crediderit Aduerſarius coercendum nimis vagum *Qualitatis* nomen, ac proindè *Habituali* illam maritaſſe, falli tamèn egregiè fatebantur; quùm *Habitus* vox communiſſima ſit, latiùſq; pateat, quàm qualitatis, ipſeq; alibi faſſus ſit, *Quare habitus abſolute eſt genus quoddam analogum, ſeu maxis æquiuocum*. Dum verò declinat *qualitatis virtualis* ſuſpectam noméclaturam, neq; *formalis* ſat ſibi conduceret (nam & accidentia formæ ſunt) *ſubſtantialis* verò dignitatem nemo ignoret, & accidentibus quandoq; collatam, tandèm perplexus, atque ambitioſus animus, vt ſubſtantiam ſignificaret, quod minùs debebat, elegit, *Habituales*, nempè, quùm tamen Habitum Subſtantiæ opponi præmonuiſſet Præceptor conceptis verbis, *Sed hoc quidem forma, vt genus, & ſubſtantia, illud verò vt habitus, aut paſſio ſubſtātiæ*. Verū *neq; cōpetere elementis neq; corporibus innanimatis, vt metallis, foſſilibus, ſed ſolis viuentibus, ijſq; non omnibus* inſinuauerat dudùm Doctiſſimus Franciſcus Piccolomineus. Hic verò vt eſt ſolertiſſimus indagator, obſeruabat inſupèr, nomen *Habitus* formis competere ex ſententia Veterum, putantium materiam eſſe vniuerſam ſubſtantiam rerum; *alia autem omnia paſſiones iſtorum, & habitus, & diſpoſitiones*. Quod ſi *Habitum Actui* opponit Aduerſarius, ſat illi præcludi viam exiſtimabant, nam & forma primus, præcipuuſq; actus eſt, cui ſecundus omne, quod habet totum acceptū refert: quapropter nōniſi per ſummā iniuria illi derogare licebat: præterquamquòd non leuis ſuboriri poteſt ſuſpicio, ne *habitus* ille introducatur, qui ex iteratis fit actibus, primaſq;, omnium conſenſu, iàm diu obtinuit.

l. 3. de Vit. c. 9.

5. Met. t. 7

l. de Rer. Differ.

Ar. 2. Phy t. 9.

Quò-

Qualitates quomodo forma Elementorum Græcis.

NEquè prætereà ſat percipiſſe noſter credebatur Aduerſarius, quomodò Græci qualitates euexerint ad formarum dignitatem, vt qui ſub incongrua nomenclatura, rem perquã alienam ab illorum mente introducere ſatagat. Par erat, eum, qui præ nimia ſimplicitate Simplicium ſibi Anteſignanum fin xerat, ſubolfeciſſe, quæ idem Auctor quandóq; de forma profeſſus eſt. *Equidèm forma non eſt differentia, ſed compræhenſio, collectioq; differentiarum:* Quapropter Alex., referente Themiſtio, *concedit nonnullas ignis qualitates eſſe qualitatibus aquæ cõtrarias, frigiditati caliditatem, & humiditati ſiccitatem, nec tamen ex eo accipi vult vniuerſum ignem eſſe aquæ contrarium, quippe quæ non ex qualitatibus tantùm, ſed ex alijs quoq; compluſculis conſtent.* Hinc Simplicius maiori verborum vbertate rem enucleauit. *Num dicendum eſt in aqua, & igne eſſe contrarias quaſdam qualitates frigidum calido, & humidum ſicco, in quibus ſolis ignis eſſe non conſiſtit, ſed etiam in leuitate, & ſplendore, per quæ videbitur terra eſſe igni magis contraria: forma autem ignis eſt in omnibus qualitatibus, & in ſubſtantia, quæ eſt ſubiecta qualitatibus;* alibi verò. *Ignis enim, non ſolùm, quatenùs eſt compoſitum, eſt ingenitus, ſicut priùs dictum eſt; non ſolùm in materia, ſed etiam in forma. Fit autem per eas, quæ ipſum conſtituunt differentias, in quibus etiam conſideratur repugnantia. Caliditas enim, & ſiccitas, & ſursùm motus, per ſe quidèm eorum nibil eſt forma ignis, ſed ea ſunt differentiæ. Cum ſimul autèm concurrerint omnia; ignem faciunt. Per eorum ergo generationem ex contrarijs, & interitum in contrarium, ignis & gignitur, & interit. Ita autèm etiam in aliarum formarum vnaquaq; generatio, et interitus formæ per ſe nõ eſt, ſed per formæ differentias: cùm enim inter ſe altera ab altera interimitur, vnde etiam*

forma

2. Phyſ. c. 11.
5. Phy. c. 9.
5. Phy. c. 11.
2. Phy. c. 11.

forma interit, quemadmodùm etiam, dùm concurrunt, accedit. Defluxere hæc dubio procùl ex antiquiſſima ſchola Ocelli Lucani, qui non inuitus recenſuit rursùs proprias elementorum differentias, quarumq; prç collectione, abſoluta vniuſcuiuſq; elementi conſtituitur forma, ſic effatus: *At calor quidem, ſiccitas, raritas, & acumen, propria ſunt ignis facultates. Aquæ verò frigus, humor, denſitas, & obtuſitas. Aeris, mollitudo, leuitas, lęuor, & tenuitas. Terrę verò durities, aſperitas, grauitas, & craſſitudo tributa ſunt.* Neq; diſſimulare noſtro Cenſori licuiſſe collectionem hanc ex mente Græcorum, fatebantur Clariſſimi Viri, Federicus Pendaſius, & C. Cremoninus, quorum altero Præceptore vſus fuerat, altero verò coetaneo, atq; contubernali, & qui pro Qualitatum Elementarium dignitate ſeruanda, acerrimè dimicauerat: nam vterq; ſuis monumentis illum commonefecerat, formas elementares conſiſtere in collectione qualitatum, earundemq; certa quadam menſura, quam tamèn ſuis depictam coloribus Græcorum penicillo, mòx conſpicabitur, vt hinc intelligat quod omnes intelligunt, quàm à prototypo declinauerit noſter ille Zoilus ſuis cum *Habitualibus*, nec non à Græcorum ſententia; etſi perperàm ſuperbiens hanc toties iactauerit, neq; hucuſq; perceperit. *Tex. Phy. p. 9. l. de form. Elem.*

Calor elementarius vnicus Græcis, non Duplex.

Vnicum genus primarū qualitatū ſemper agnouerunt Grçci ſimùl, & cū Ariſtot., quod tàm certum eſt, quàm quòd ridiculum, dari duo primarum qualitatum genera, quod noſter ſibi ſuadet Aduerſarius. In re certa recuſabant propriam impendere operam, tanti Proceres, ſatq; cuiq; vel peruicaciſſimo factum exiſtimabant, ſiquis memoria recoleret, quæ primo in congreſſu depoſuerant. Verùm Ammonius haùd diſtulit rogatus, ſymbolum conferre. *Ac. dici poteſt qualitates* *in Præd. Subſt.*

lineis decenti. *Cum autem omnia viuentia animam ſortita ſint, qua nequaquam abſq; naturali calore eſſe poteſt, vt diximus: plantis quidem ſubſidium illud, quod per alimentum, & ambientem aerem paratur ſat eſt, ad caloris naturalis tutelam, atq; ſalutem. Etenim alimentum refrigerationem ingrediendo facit, qualis hominibus, cum primum quippiam ſumpſerunt cibi euenire ſolet. Ieiunia verò calefaciunt, ſitimq; mouent. Nam aer quum motu vacat, ſemper calefit, cum verò mouetur ingrediente cibo refrigerari ſolet, quoad concoctionem admiſerit. At ſi, aut continens frigore exuperet ob temporis conſtitutionem, vigente nimirũ valido gelu, obareſcunt,* (nota Nouator) *aut per ætatem vehementes æſtus accidant, neq; humor, qui è terra trahitur refrigerare poſſit, calor earũ marcore corrumpitur, atq; per id tempus arbores ſphaceliſmum ſentire, atq; ſiderari dicuntur. Quamobrem, & lapidum genera quædam, & aquam in vaſculis ſubdere radicibus conſueuere, vt ſtirpium radices refrigerentur.*

Elp. Quis autem tactu percipiet vnquam calorem naturalem plantæ? ego quidem diſſectæ cucurbitæ, braſſicæq; diſcerptæ in ſinum digitos immiſi, nec vllum caloris veſtigium ſentire potui?

Tyr. Is certè percipiet, qui organum diſpoſuerit, ſecus àc naturalitèr temperatum illud obtinuit. Quo nomine non queo non ſatis mirari, quî tu diuturna illa tractatione *braſſicæ, & cucurbitæ* (quam tamèn ne controuertant faciunt, & contracta abſte graueolentia, atq; inſipiditas) vtraſque calidas non perceperis nullo incommodo, vel impenſa: quùm tamèn nobis illud experturis, neceſſe ſit gelu manus infrigidare, ni ad manus tua ſint ſcripta Suenico gelu longè frigidiora.

Ar. l.c. de Du. Ser. *Anc. Quapropter alijs quidem partibus infrigiditatis remanet vitæ, eo autem, qui in hoc, corrumpitur omnino. Quia hinc*

pri-

principium omnibus dependet caliditatis.

Elp. *Ariſtot. hic dicens alijs partibus infrigiditatis &c. infrigidationis nomine non intelligit, vti tu cenſes, puram alterationem &c.*

Tyr. Quòd pudendo mendacio diſtorqueas tu verba Philoſophi, tàm apertum eſt, vt nec patiantur Proceres, me pro veritate aduersùs *Veritatis Deſertorem*, non *Defenſorem* modò rursùs pugnare; ſat rati, ſi Lector memoritèr verba Praeceptoris teneat. *Quapropter viuentia quidem calida, morientia autem frigida, & priuata vita contrarium.* Hic enim vnici tantùm caloris, eiuſq; ſenſum afficientis, vbiq; meminit. Permittunt tamèn me cursìm vnum, alterumue ex tuis notare, etſi non *obelo*: quî fiat, quæro, vt contradictionibus tàm frequentèr, tàmq; turpitèr te inuoluas? Audi: ſerò tandèm edoctus didiciſti, quòd *ex corde dependet principium omnis caloris alijs partibus, tum influentis, tum etiam fixi de mente Philoſophi*; hoc ſtante, *viuere* nihilominùs dicis tu *aliquandiu partes cordis calore deſtitutas.* Non *dependebit* igitur *principium caloris fixi à corde* quod modò aſſeuerabas: neque cor principium erit vitæ, ſi per ſe viuunt partes: quin & ſuffocato animali, quæ paſſio ſolius eſt cordis, ſuperuiuent tibi, & reliquæ partes *aliquandiu*, quamquàm influente calore deſtitutæ. Occurres tu. p. 161.

Elp. *At verò ſi corrumpatur calor proprius in corde, tum habitualis, tum accidentalis itidem, ideo vita deſtruitur omnino in toto animali, quoniam ex corde dependet principium omnis caloris.*

Tyr. *At ſi vita omnino deſtruitur in toto animali*, peto ego, ſunt ne partes extra ſuum totum? vel pars animalis eſt præter animal? Cor igitur, vel non principium vitæ, & caloris, vel ſimùl, & cum corde, à quo calor influit inceſſanti offi-

cio, diem obeunt membra, & viuere deſinunt. Tantùm verò abeſt, vt *aliquandiu viuant* poſt Cordis fata, vt membrorum interitus præcedat cordis interitum, poſtremúmque cor viuere deſinat. Tàm euidentia hæc ſunt, vt vix mihi permittat Litterarius Conſeſſus diutiùs illa inculcare: quapropter onus ſubit Ariſtot. abolitæ tuæ memoriæ fruſtrà refricandi. *Fit autem primò principium, quod in ſanguineo genere cor eſt: in cæteris proportionale, vt ſæpiùs dictum eſt, idq; effici primùm, non modò ſenſu percipitur, ſed etiam quòd per obitum vita huic vltimo deficit. Euenit namq; in omnibus, vt quod vltimum fit, id primum deficiat, & quod primũ, id vltimũ, quaſi natura decurſionem reducem agat, & à calce ad carceres, vnde proruit redeat*, Quæ quidèm conſonant egregiè ijs, quæ habet in adducto loco de Iuu. & Sen. *Quãobrem cæterarum partium calore frigefacto, vita remanet, cordis prorsùs interit, quod omnibus inde caliditatis principiũ pendeat, & anima quaſi ignita ſit in hiſce partibus, ſanguineorum in corde, exanguium in parte proportionali. Neceſſariũ itaq; eſt, vitam, & incolumitatẽ huiuſce caliditatis, item mortem, & eiuſdem corruptionem ſimul eſſe*. Perpende tu, qui ſomnians hæc ſcripſiſti, quo pacto tandèm liceat tibi profiteri, *cor principium eſſe omnis caloris alijs partibus*, qui totiès profeſſus es, & profiteberis in poſterùm ad nauſeam vſq; , innatum calorem eſſe *temperamentum* ſingulorum membrorum, *cor ad alia membra collatum habere caloris habitualis plurimum*. Sequetur igitur vna, eademq; forma temperamenti, membra omnia, & informari, & formam ſubſtantialem intendi, atq; remitti; necnon vagari hanc ſolitariam extrà proprios lares. Hæc vt audiuit Arpinas, Scomma in te iecit ridens, *Beatus*, inquit, *es, cui in ſenectute contigit, vt ſapientiam, veraſq, opiniones aſſequi poſſis*.

de Iuu. Sen. c. 2. — *p. eadem.*

Ar. l. c. *Auc. Et anima tanquam ignita &c.*

p. 161. *El. Anima corpori nectitur, ac in eo conſeruatur vinculo, & be-*

neſi-

neficio caloris naturalis, qui eſt vltima diſpoſitio corporis ad animam.

Tyr. Vt intellexit Præceptor Admirandus, neq; venuſtiſſima illa feruefcentis animę translatione te admonitum, adhùc percepiſſe naturalis caloris efficaciam, vimq; ſenſibus nō dubiā, actum de te, deq; tua eruditione publicè exclamauit, pœnaq; ſenſus adempti ęquiſſimo te plecti iure debere, clarè enunciauit. Has inter turbas non defuęre, qui tua ſugillarent, vel ex tuis perquàm prolixis, necnon battologia, & falſitate exoſis, nonnulla grauiora notarent. Primùm quidèm, *vinculo necti animam corpori*, tanquàm violenter corpori alligetur, vel tertio indigeat, quo fiat vnum. Secundum *calorem eſſe vltimam diſpoſitionem corporis ad animam.* Superiùs verò explufiſti calorem hunc ab iniuncto officio. *Vt ergo vegetalis anima ſubſtantia eſt, & ſi ſit vltima diſpoſitio conceptus ad animam ſenſitiuam, ac veluti ſenſitrix anima ſubſtantia eſt; & ſi ſit vltima diſpoſitio fœtus ad animam rationalem.* p.33. An plures eſſe poſſunt vltimæ diſpoſitiones in tua Schola? Tertium, *calorem in miſto,* ſupple, *animato* (nam de Corde nobis eſt ſermo) *maximè pendere ex igne*, prætèr Ariſtotelis monita, apertè negantis, ignem hunc eſſe, vel ab igne originem ducere; nam ignis nullum animal generat. Verùm qui tibi *maximè pendere poteſt ex igne*, qui aereum faſſus es? An vt aggreges tribus erroribus quartum erratum? dum quantitatem caloris cum qualitate confundis. Habeas tibi *vehementiſſimam* illam qualitatem, naturæ infenſam, vniuerſali labe ſingulis corporis functionibus incommodam, iam enim numerare deſinam innumerabiles tuos lapſus. Remitti *ignis calorem ex rarefactione ſubſtantiæ*, tàm falſum eſt, quàm verum, materiæ per ſe illud deberi, pro cuius modo, eiuſdem generis, & gradus qualitas, nulla ſui mutatione, magis, minùſue afficit ſenſum. Audiſtin omnem remiſſionem fieri per admiſtionem contrarij? cur igitur non remiſſa ignis qualitas in ferro? intenſa in palea? At intenſior erit ex ſe caliditas in 2. de G. Al.

materia rarefacta,cuius conditione iàm properat ad formam ignis, & in proximo eſt, vt ea potiatur. Mira inſupèr narras, ignem ſcilicèt ex paleis tuæ parcerè frigiditati: qui vel aurum liquat apud quaſdam gentes; & impunè illum *tractare te poſſe*. Hinc factum omnes tandèm intelligunt, vt *palearum* tam grandem coaceruaueris *aceruum*, haùd veritus ex futuro incendio noxam.

Elp. Ita dubio procul anima, quæ dicitur in corde velut ignita, duplicem in corde calorem ſupponit habitualem &c.

Tyr. Audiuimus tandèm *ex tripode verba*, eaq; minimè inuoluta, vel dubia. Nam tu *colophonem* egregię huic tractationi *de Duplici Calore* impoſituius,è re pręſenti nactus occaſionem explicandi, quibuſnam caloribus anima igniatur, haùd diutius rem diſtuliſti: quumq; caloris *è palea*, & è *lignis quernis* meminiſſes, ſtatìm ſubdis. *ita dubio procul anima in corde velut ignita duplicem in corde calorem ſupponit*, nępè *Palearium*, qui tuo parcit ſenſui, & *Quernum*, quo, vel inuitus, caleſces in poſterùm.

de Reſp. c. 13. *Elp. Quum autem anima præſtantior in corpore poſtulet Ariſtot. plus caloris, tum habitualis, tum accidentalis &c.*

Tyr. Mirabantur Spectatores, quî fieret, vt Ariſt., qui vnicum tantùm vbiq; prædicauerat elementalem calorem, quem *ſenſibilem qualitatem*, & *ſenſibilis corporis principium* vbiq; dixit, noua rapſodia modò diſtingueret in *habitualem, & accidentalem*? Detegit tandèm tuam impoſturam idemmet Philoſophus, non leuitèr in te concitus *Cauſa habendi quidem, quod honorabilia animalium plurem aſſequta ſunt caliditatē*. En vnicam in animalibus, non *duplicem*, quam tu mala fide Ariſtoteli imponebas. (de Reſp. c. 13.)

Elp. Calor item accidentalis in proportionali parte cordis exanguium

guium non ita ſenſum feriat, ſed idem calori actualis in plantis adeo languidus exiſtat, vt omninò tactui ſit inſenſilis.

Tyr. Duo ſunt, in quibus euidentèr tibi contradicis. Primum quod calorem non deneges exanguium membro, quod cordi eſt analogū: ſuperiùs verò *Serpentum, & Hirundinum corpora frigidiſſima tactui* dixiſti. An tibi exangui, calere magìs exanguia videntur, quàm ſanguinea? Alterum, quòd *calor in plantis adeo languidus exiſtat, vt omninò tactui ſit inſenſilis*. Prætereo, quòd nō languidus calor hic, niſi marceſcat: at ſi languidus, languidè quinetiam afficiet. Deprime calorē organi valentis, *feriet* ille *ſenſum*; tibi verò non integro, quodlibet lignum, nulla prodroma depreſſione, *feriet ſenſum*. Verùm tu, qui ex confricatis lignis calorē emergere obſeruabas, eumq; antiquum credis, haùd nouum ex attrito aere, quî farcis modò *omnino tactui inſenſile*, quod ſenſilefaſſus es tunc? An tua cunctatione his iàm igneſcentibus, notam tibi *Inſenſati* inurendam ſperaſti? *vt occapiſti perge.* *de Sp.v.e.* *Plau. in Sticho.*

Auc. Neceſſe eſt igitur vitam exiſtere, & caloris huius conſeruationem, & vocatam mortem eſſe huius corruptionem. *Ariſt. l. c.*

Elp. Nihil habes reliqui, quod per tua ſententia deducas ex Ariſtot.? actum de illa prorſus eſt. Ariſt. hic ſolum ait vitam non poſſe conſiſtere ſine calore naturali &c.

Tyr. Vt contemptim carnufex? Stultior ſtulto fuiſti, qui velli- *in Aſin.* caueris Ariſtotelici raciocinij veriſſimam illationem, vt aliquam euadendi reperires rimam. Fateris nihilominus, *neceſſe eſt igitur ſimul vitam exiſtere, & calidi huius*, nempè, qui corde inſidet, quo præſente calida videntur viuentia, extincta contrarium, *conſeruationem, & vocatam mortem eſſe huius corruptionem.* Vbiq; vnici meminit *calidi*, ſenſum afficientis, corruptioni obnoxij, quæ labes compoſitæ tantùm ſubſtantiæ propriè debetur: hoc verò eſt mihi forma accidentalis

talis

talis, tibi verò ſubſtantialis, quorum neutra corrumpitur, ſed deſinit eſſe. Nam præterquàm diutiùs aſſeruari tempera-
de Sp.v.a. mentum in cadauere non repugnat, tuq; fateris alibi, viuet igitur cadauer ex Ariſtot. theoria, non viuet tibi, qui à *carceribus ad metam* vſq; inuoluiſti temet contradictioni-
Ael.V.H. l. 10. Athen. l. 12.c.24. bus, pudendiſq; abſurdis, indignis, vel triobolari Philoſopho. Experiantur proindè curioſi, an tu nouus Archeſtratus ad lancem appenſus, pondus habeas, vel *vnius oboli*.

Elp. Qui tamen incolumi vita plerumq; nullus eſt tactui notus in exanguium particula cordi proportionata. Summe tibi paruam loliginem, aut mytulum, oſtreamue, diſſeca &c.

Tyr. Recreaſti nos tandèm ridicula tua metamorphoſi, vt qui ex Philoſopho euaſeris, neſcio quibus artibus, in Culinę Pręfectum. *Braſſicatum* eminùs intuebamur te dudùm, atq; olidum, modò verò ſpectamus te cominùs *loligines, & oſtreàs* diſcerpentem. Benè eſt, quòd prætereuntes accerſas, vt qui neq; hærentes continere in officio diutiùs potis ſis præ illata iniuria. Frigidas dicis viſceratìm, quas nón ita pridèm, *non ita ſenſum ferire* teſtabaris. Quanti pendet *particula* illa tua *cordi proportionata?* hanc namq; repudiarunt Grammatici, Philoſophi, Solerteſq; viſcerum Inſpectores. *Quid eſt, quod tu verborum ambagibus inuoluis?*

p.163. *Elp. Nullum certe calore in eis tactu percipies.*

Tyr. Calore ne tactus percipitur? vel quod verius, tactu calor? *Nullum* cui debetur? Si partibus, vapulabunt Grammatici, ſin ſecùs, ediſſerat nobis Sybilla, quæ ſcripſiſti. Tum Plautus.

Nam iſti quidem, hercle, orationi Oedipo opus
in Pæn. *eſt coniectore, qui Sphyngi interpres fuit.*

Elp. Quum tamen calorem ineſſe neceſſe ſit ex Ariſtot., vbi eſt vita.

Tyr.

Tyr. Accitur in iudicium abſte Ariſtoteles: muſſitat ille, vixq; repetit calorem fidum vitæ eſſe ſodalem. Infers tu nouis Logicæ legibus, igitur *calor ibi degit inſenſibilis*. Rident omnes; quid ni rideant? tot perculſi nouitatibus ridiculis.

Elp. Tu vero reclamante cum Ariſtotele omni Philoſophorum choro, calorem in animalibus ponis eſſe ſubſtantiam, & per ſe ſenſum afficere. 2. de An. t. 65.

Tyr. Reclamantem tibi Ariſtotelem, ſimulq; vniuerſum Philoſophantium Chorum tuam perfidiam damnantem, comitor ego, teq; falſarium, improbumq; accuſo noſtræ ſententię corruptorem, *ſubſtantiam* namq; diximus *Inſitum animalium calorem, & ſenſum afficere*, nunquàm verò *per ſe ſenſum afficere*, quòd tu magna inſeruiſti impoſtura.

Auc. Hactenus, ni fallor, conuicimus calorem, qui in animalibus coctionem abſoluit, non eſſe accidens, verum ingenitum, ſubſtantiam, eamq; neceſſariò ſenſum afficientem.

Elp. Bene tandem cum cautione loqueris, quia multæ rationes, quas antea propoſui conuincunt apertiſſimè in tribus hiſce te falli &c.

Tyr. Nunquàm temeritas cum Sapientia commiſcetur, neq; temerarius excipiet eam hoſpitio. Hęc tu non proptèr audaciam dicis tam imprudentèr, ſed quia tantarum rerum repugnantiam non videas. Aliorum eſto de noſtris iudicium, pergas dummodò tu domeſticum in dedecus impunè, atq; intemperantèr debacchari. Quibus commotus. Terentius infit

Homine imperito nunquàm quicquam iniuſtius, in Adelp.
Qui niſi, quod ipſe fecit, nihil rectum putat.

Elp. Cætera, quæ proponis in Analyſi, quia nihil ad Vlyſſem

 atti-

attinent, omitto lubeas, etſi plurima ſint, quæ non minùs, quã profligata longè deuiant à vero.

Tyr. Damnant tuum iudicium cultioris Litteraturæ Viri, Sophiæ, Artiſq; Apollineæ aſſeclæ, tum Itali, tum Exteri, quorum ad manus noſtra deuenère monumenta. Damnas & tu, qui *Phyſicam* me *excoluiſſe Lactis Analyſim* faſſus olim es: ni tamèn *à vero deuiare* idem tibi ſit, tuoq; Therſiti, quòd exornare, atq; excolere. Clàm tunc monuit me Plautus.

in Stic. *Atq; eccùm tibi Lupum in ſermone, eſuriens adeſt.*

Therſit. Vly. Epee virum te præbuiſti.

Tyr. *O FORTVNATE, cedò FORTVNATAM manum* cur non, & noſtro cum Plauto in *Pſeudolo* dixiſti?

Euge frugi Epidice, frugi es, benè pugnaſti, homo es,
Qui me emunxiſti mucidum, minimi precij.

Abnuebat Accius,

Nam quanti refert ei rectè dicere,
Qui rectè nihil faciat.

Therſit Vlyſ. Interim dum Regulus alterum Dialogum inſtruit ea diligentius examinantem, quæcunq; blaterauit Bufo-Veruex &c.

Tyr. Anceps ego percunctabar Plautum, quid nam monſtri aleret noſter Hercules, quocum pugnam breuì ſe initurum pollicebatur. Incunctantèr ille reſpondit.

in Amph. *hic homo ſanus non eſt*
in Aſina. *Larua hunc, atq; intemperies, inſaniaq; agitant,*
in Capt. *Neq; puduit eum id ætatis ſycophantias ſtruere.*
Armenta abſunt: Aiacem hunc, quem vides, ipsũ vides.

Oues tamèn vagæ ambo Senes Bacchidi videbantur: Plauto
in Bacch. horum alter *Agnus Curio*. Interrogabam ego

Quid

Quid ſit Agnus Curio? at ille *in Aul.*
Qui oſſa, atq; pellis totus eſt, ita cura macer,
Quin exta inſpicere in Sole etiam viuo licet,
Ita is pellucet, quaſi laterna punica.
----- Pauſa, viciſti caſtigatorem tuum, occluſiſti *in Stic.*
Linguam, nihil eſt, quod reſpondeat.
Chlamidatus caueſis tibi à Curio INFORTVNIO.

CATASTROPHE

Damnatur incongrua qualitatum habitualium nomenclatura.

CONuenerant interim celebres Naturalis Sophię Amatores, expenſuri ad Philoſophicam lancem vtrumq; Paradoxon, *de Duplici* ſcilicèt *Calore*, necnon *de Suctu Infantis in vtero*. Et verò non leuitèr inter ſe digladiantes obſeruabamus Proceres, præcipuè verò Græcos, & Latinos, vtri factioni noſter Aduerſarius adhæreret, quã *de formis elementorum*. Illum excludere ſua è Schola tentabant Latini, quòd Græcorum teſtimonijs inſtructus in arenam deſcenderit, & quod magis eſt, qualitates primas liberè appellauerit formas Elementorum. Recuſabant Græci deſertorem, quin corruptorem admittere, nempè, qui laruato vultu Græcanicum ſimulauerat ſe, reapsè verò Græcis aduerſabatur cunctis, imponebat nemini vnicæ vocis hypocriſi, eiuſq; abſurdæ, atq; incongruæ. Quid enim abſurdius, dicebant, quàm ſubſtantiam qualitatis nomine indigitare? prima confundere genera? vniuerſam Philoſophiam ſubuertere?
2. de An. His concitus Alexander, interrogabat? *Qualitas igitur eſt ſubſtantia?* At verò Franciſcus Bonamicus Græcorum obſeruantiſſimus, ſummèq; in Alexandrum officioſus, negabat *habituales illas*, vel eſſe qualitates, vt quæ, nec ſuo
2. de Meteo. genitori, vel baiulo ſint ſenſibiles: *tùm verò eſt qualitas* (dicebat) *vbi iàm ſenſilis facta eſt, & quandò nõ eſt ſenſilis, nõ*

eſt qualitas. Neq; profectò minùs incongruam *Habitualis* vocem iudicabant cuncti: nam etſi crediderit Aduerſarius coercendum nimis vagum *Qualitatis* nomen, ac proindè *Habituali* illam maritaſſe, falli tamèn egregiè fatebantur; quùm *Habitus* vox communiſſima ſit, latiùſq; pateat, quàm qualitatis, ipſeq; alibi faſſus ſit, *Quare habitus abſolute eſt genus quoddam analogum, ſeu manis æquiuocum*. Dum verò declinat *qualitatis virtualis* ſuſpectam nomēclaturam, neq; *formalis* ſat ſibi conduceret (nam & accidentia formæ ſunt) *ſubſtantialis* verò dignitatem nemo ignoret, & accidentibus quandoq; collatam, tandèm perplexus, atque ambitioſus animus, vt ſubſtantiam ſignificaret, quod minùs debebat, elegit; *Habituales*, nempè, quùm tamen Habitum Subſtantiæ opponi præmonuiſſet Præceptor conceptis verbis, *Sed hoc quidem forma, vt genus, & ſubſtantia, illud verò vt habitus, aut paſſio ſubſtātiæ*. Verū *neq; cōpetere elementis neq; corporibus innanimatis, vt metallis, foſſilibus, ſed ſolis viuentibus, ijſq; non omnibus* inſinuauerat dudùm Doctiſſimus Franciſcus Piccolomineus. Hic verò vt eſt ſolertiſſimus indagator, obſeruabat inſupèr, nomen *Habitus* formis competere ex ſententia Veterum, putantium materiam eſſe vniuerſam ſubſtantiam rerum; *alia autem omnia paſſiones iſtorum, & habitus, & diſpoſitiones*. Quod ſi *Habitum Actui* opponit Aduerſarius, ſat illi præcludi viam exiſtimabant, nam & forma primus, præcipuuſq; actus eſt, cui ſecundus omne, quod habet totum acceptū refert: quapropter nōniſi per ſummā iniuria illi derogare licebat: præterquamquòd non leuis ſuboriri poteſt ſuſpicio, ne *habitus* ille introducatur, qui ex iteratis fit actibus, primaſq; omnium conſenſu, iàm diu obtinuit.

l. 3. de Vit. c. 9.

5. Met. c. 7

l. de Rer. Differ.

Ar. 2. Phy. c. 9.

Qualitates quomodo forma Elementorum Gracis.

NEquè prætereà ſat percipiſſe noſter credebatur Aduerſarius, quomodò Græci qualitates euexerint ad formarum dignitatem, vt qui ſub incongrua nomenclatura, rem perquã alienam ab illorum mente introducere ſatagat. Par erat, eum, qui præ nimia ſimplicitate Simplicium ſibi Anteſignanum finxerat, ſubolfeciſſe, quæ idem Auctor quandòq; de forma
2.Phyſ. profeſſus eſt. *Equidèm forma non eſt differentia, ſed compræ-*
c.11. *henſio, collectioq; differentiarum:* Quapropter Alex., refe-
5.Phy. rente Themiſtio, *concedit nonnullas ignis qualitates eſſe qua-*
c.9. *litatibus aquæ cõtrarias, frigiditati caliditatem, & humiditati ſiccitatem, nec tamen ex eo accipi vult vniuerſum ignem eße aquæ contrarium, quippe quæ non ex qualitatibus tantùm, ſed ex alijs quoq; compluſculis conſtent.* Hinc Simplicius maio-
5 Phy. ri verborum vbertate rem enucleauit. *Num dicendum eſt in*
c.11. *aqua, & igne eße contrarias quaſdam qualitates frigidum calido, & humidum ſicco, in quibus ſolis ignis eſſe non conſiſtit, ſed etiam in leuitate, & ſplendore, per quæ videbitur terra eße igni magis contraria: forma autem ignis eſt in omnibus qualitatibus, & in ſubſtantia, quæ eſt ſubiecta qualitatibus;*
2.Phy. alibi verò. *Ignis enim, non ſolùm, quatenùs eſt compoſitum,*
c.11. *eſt ingenitus, ſicut priùs dictum eſt, non ſolùm in materia, ſed etiam in forma. Fit autem per eas, quæ ipſum conſtituunt differentias, in quibus etiam conſideratur repugnantia. Caliditas enim, & ſiccitas, & ſursùm motus, per ſe quidèm eorum nihil eſt forma ignis, ſed ea ſunt differentiæ. Cum ſimul autèm concurrerint omnia, ignem faciunt. Per eorum ergo generationem ex contrarijs, & interitum in contrarium, ignis & gignitur, & interit. Ita autèm etiam in aliarum formarum vnaquaq; generatio, et interitus formæ per ſe nõ eſt, ſed per formæ differentias; cùm enim inter ſe altera ab altera interimitur, vnà etiam*

forma

forma interit, quemadmodùm etiam, dum concurrunt, accedit. Defluxere hæc dubio procùl ex antiquiſſima ſchola Ocelli Lucani, qui non inuitus recenſuit rursùs proprias elementorum differentias, quarumq; prę collectione, abſoluta vniuſcuiuſq; elementi conſtituitur forma, ſic effatus: *At calor quidem, ſiccitas, raritas, & acumen, propriæ ſunt ignis facultates. Aquæ verò frigus, humor, denſitas, & obtuſitas. Aeris, mollitudo, leuitas, lęuor, & tenuitas. Terrę verò durities, aſperitas, grauitas, & craſſitudo tributa ſunt.* Neq; diſſimulare noſtro Cenſori licuiſſe collectionem hanc ex mente Græcorum, fatebantur Clariſſimi Viri, Federicus Pendaſius, & C. Cremoninus, quorum altero Præceptore vſus fuerat, altero verò coætaneo, atq; contubernali, & qui pro Qualitatum Elementarium dignitate ſeruanda, acerrimè dimicauerat: nam vterq; ſuis monumentis illum commonefecerat, formas elementares conſiſtere in collectione qualitatum, earundemq; certa quadam menſura, quam tamèn ſuis depictam coloribus Græcorum penicillo, mòx conſpicabitur, vt hinc intelligat quod omnes intelligunt, quàm à prototypo declinauerit noſter ille Zoilus ſuis cum *Habitualibus*, nec non à Græcorum ſententia; etſi perperàm ſuperbiens hanc toties iactauerit, neq; hucuſq; perceperit. *Tex. Phy. p. 9.* *l. de form. Elem.*

Calor elementarius vnicus Græcis, non Duplex.

VNicum genus primarũ qualitatũ ſemper agnouerunt Gręci ſimùl, & cũ Ariſtot., quod tàm certum eſt, quàm quòd ridiculum, dari duo primarum qualitatum genera, quod noſter ſibi ſuadet Aduerſarius. In re certa recuſabant propriam impendere operam, tanti Proceres, ſatq; cuiq; vel peruicaciſſimo factum exiſtimabant, ſiquis memoria recoleret, quæ primò in congreſſu depoſuerant. Verùm Ammonius haùd diſtulit rogatus, ſymbolum conferre. *Ac dici poteſt qualita-* *in Præd. ſubſt.*

tes has rurſus, non ceu ſubſtãtias, magis, ac minus ſuſcipere, qualibet enim in proprio ſubiecto plurima eſt, vt accidentia verò intendi, ac remitti. En tibi eaſdem primas qualitates, & accidentis, & ſubſtantię vices ſubire, pro modo, quo participantur à ſubiecto. Euidentiſſimè verò & alibi. *Quae ergò ſuperueniunt qualitates, ſecundo, inquam, ſubiecto, quatenus ipſi qualitatę carenti adueniunt, ſunt accidentia. Subſtantiae autem, quatenus ignis, aquae, elementorumq; reliquorum ſunt completiua. Calida enim, & ſicca igni, velut qualitas corpori eſt ſuperindita: vt autem igni, non hae etiam ſuperueniere dicuntur, ſed huius magis complere ſubſtantiam.* Non negauit Simplicius illud repetere. *Secundùm autem aliam adiectionem, idem virtus, & paſſio eſt. Ab eo quidem, quod eſt paſſionem efficere, aut patientem fieri, paſſio. Virtus autem ab eo, quod eſt poſſe.* Hinc intelliges, quae ſit illa *participatio*, cuius ille meminit in praedicamento qualitatis, quae vetat quominùs calor in ignis Elemento paſſiua dici debeat qualitas. Audi rurſùs eundem te ſeriò monentem. *Ipſarum igitur qualitatum, hae quidem corrumpuntur, hae autem fiunt: ſubiectum autem ſecundùm ipſas tranſmutatur, & non ſolùm in generatione ſic ſe res habet, ſed & in alteratione: dictum eſt enim, & de hac, quòd quandò non fit perfecta patientis ſecundùm contrarias qualitates tranſmutatio, ſed ſuperuentus ſolùm aliarum ab alijs, vt aquae, quae calefit, tunc aliud quidem nòn fit, quòd patitur, ſed alter ſolùm.* Percipis ne adhùc ex Simplicio, vnicum tantùm eſſe qualitatis genus? non Duplex, quod tu ſomnias, & pro modò quo ſe communicat *perfectè*, vel *imperfectè* generationem, vel alterationem abſoluens? quod & paulò ſuperiùs enucleauerat, praeter id, quod & ſubſequenti in com. 24. profitetur. *Intenſa enim paſſio. tranſmutationem ſemper facit Elementorum.* Alibi verò. *Nam corruptibilia ſuis qualitatibus paſſiuis ſpecificantur. —— Si igitur ſecundùm actiuas contrarias qualitates ſpecificantur ignis, & terra, hic quidem ſecundùm calorem, haec autem ſecundùm frigiditatẽ.* Praeter verò quamplurima

in Praed. Quant. | 3. Cal c. vlt. | 1. Cal. c. 21. | 2. de Cal. c. 21.

rima

rimã Alexandri placita vnicum qualitatum genus comprobantia, illud tandèm conſulit. *Eſt quoq;, & in alijs corporibus ſimplicibus mutationem in iuxta poſita eis corpora per mutationem alterius ipſa formantium conſpicere, indigentem tempore, non enim, vt apparet, ſecundùm alterum tantùm mutãtur, ſed etiam ſecundùm ambo. Ex eo, quòd mutatio ſecundùm alterum, non ſit in contrarium, ſed aut ad remiſſionem, aut ad intenſionem eiuſdem qualitatis ſolùm ex mutatione eorum, quæ ſunt in eo, in contrarium videtur mutari.* Neq; valuit Ariſtoteles, cui tua iampridèm ſtomachum fecerant, reuocare amicum Ocellum Lucanum, quin rursùs te doceret. *Corporum differentia duæ ſunt, aliæ primę, aliæ ex primis ortæ. Primæ quidem habentur, calor, frigiditas, humor, & ſiccitas. Ex primis ortæ ſunt, grauitas, & leuitas &c.* Hinc reuelata fallacia, tuæq; mercis improbitate, riſu exſonuêre immenſa Atria Litterarij Fori.

Primas qualitates ſenſum afficere.

ADeò inſenſatum fore quempiàm haud credimus, exclamarunt Græci vnanimes, vt qualitates primas, quæ primò, & per ſe ſenſibiles ſunt, ſenſum minimè laceſſere, fateri quiuis audeat. Officioſus Seneca ſignificabat, quòd *Ægyptij quatuor Elementa fecère: deindè ex ſingulis bina, marem, & fœminam: Ignem vocant maſculum, quà ardet flamma: & fœminam, quâ lucet innoxius tactu:* Detulit & Fonſeca extitiſſe nonnullos qualitatibus virtualibus addictos, qui, vt has tuerentur, aſſerebant, nec eas eſſe contrarias, neq; intenſioni, aut remiſſioni obnoxias, verùm neq; ſenſiles. Hinc corraſiſſe noſtrum credebat Aduerſarium, quæ ſuo è penu nunc depromere ſimulat, quamquàm *habitualis* nouo ſigillo veteri, impurę q; merci aptato. Subſcribebat interìm vir apprimè eruditus huic coniecturæ appoſitiſſimo exemplo. *Vt fures earum rerum, quas ceperunt ſigna commutant, ſic multi alienis ſententijs pro ſuis vtuntur, nomina, tanquàm rerum notas mutantes.* Dedignabatur

Sen. lib. 3. Q. N.

1. Met. 7

Vallef.

tur Ariſtoteles deuium erronem rursùs monere. *Manifeſtum quod non omnes contrarietates corporis formas, & principia faciunt, ſed ſolùm, quæ ſecundùm tactum: ſecundùm contrarietatem enim differunt, & ſecundùm tangibilem contrarietatem.* Tunc Galenus. *Eaſdem hæc opinio patitur reprehenſiones, quas illæ, quæ volunt corpus ſenſile ex primis corporibus impatibilibus, & ſenſus expertibus fieri.* Quin *manifeſtè ſanè liquet ſenſum eorum minimè fore indicem, quæ vera, & ex ipſa natura ſunt rei vniuſcuiuſq; elementa* —— *Quare fieri nequit, vt corpus facultate ſentiendi præditum ex Elementis ortum habeat, quæ pariter impaſſibilia, ſenſuſq; expertia ſint, ſed neque impatibilibus quidem, verùm ſenſu præditis* —— *Iurè ergo ijs contrarius eſt Hippocrates, dum ait, nunquam hominem doliturũ, ſi hæc eſſet illius natura. Sed quoniam ij, qui talia introducunt elementa, non modò ſunt diſciplinæ diſſerendi rudes, & præterea contentioſi, verùm, & ſibi malo fore exiſtimant (ſi vel in melius ſententiam mutauerint, noſtram hanc rationem principalibus aliquibus exemplis illis exponamus.* Quod & perfecit, vt loc. cit. videre eſt, perfeciſſetq; in præſens, ni impatiens Alexander, *Quomodò igitur ſubiectum, quod caliditatem, ac ſiccitatem habet, tactile non erit? hac enim ratione calidum iuxta ipſis ſenſile non erit ex ſua natura* —— *abſurdum enim eſſet ea, quæ in rebus à ſenſu percipiendis ponuntur, ſentiri non poſſe* —— *corpus eſt, quod tangitur. Nam coagmentatio quatuor qualitatum, quibus corpus viget, & ſubſiſtit, à tactu percipitur. Quinetiam ea ſentiuntur à tactu, è quibus formantur, vel ex quibus prima corpora conſtituuntur. Igitur tactilium rerum ſuſceptio intermedio corpore indiget, ex quo differentiæ corporum, quatenùs corpora ſunt tactiles habentur, ſiccitas, humiditas, caliditas, frigiditas. Ex quibus qualitatibus prima, & ſimplicia corpora definitionem adipiſcuntur.* At verò Ioannes Grammaticus, vt audiuit Ariſtotelem docentem, *cur inexiſtente igne, & terra, & alijs elementis, quorum eſt ſenſus per ſe &c.* ſtatìm depoſuit, *Elementa enim habent qualitates has quidem ſubſtantiales, & eorum completiuas, illas verò per accidens. Subſtantialium*

[Marginal notes: 1. de El. c. 1. c. 2. — 2. de An. — de Senſ. Senſ. c. 39 — de Senſ. Senſ. — 1. de An. — 2. de An. t. 52.]

lium itaq; elementorum qualitatum apprehenſiuus eſt tactus, vt caliditatis, frigiditatis, humiditatis, ſiccitatis. Hæ ſunt enim qualitates, quæ illis formam tribuunt. Neq; ijs contentus addidit ex mente ſui Anteſigniani. *Aliorum autem ſenſibilium, dicit Alexander, tactum per accidens eſſe ſuſceptiuum, quod horũ ſuſceptiuus eſt, quibus alia contigerunt. Nam ſimplicia, & prima corpora, de quibus alia quoq; ſunt, ijs definita ſunt, quorum tactus ſuſceptiuus eſt: ſuſcipit autem calidum, & frigidũ, & ſiccum, & humidum, quæ quidem primorum corporum ſimplices, & ſpecificæ differentiæ ſunt.* Alibi prætereà conſtanti ſententia monuerat, *Quare quoniam apparuit nos corporis principia quærere naturalis, & ſenſibilis, quærendæ ſunt contrarietates ſenſibiles. Senſibiles autem, non quaſcumq;, ſed materias proximas, & communiſſimas, & per omnia corpora permeantes, quæ autem ſint hæ, cognoſcemus ad ſenſus recurrentes. Manifeſtum eſt enim, quod ſubiectas communiſſimo ſenſuum ſenſibiles differentias, illas vt communiſſimas exiſtentes, oportet ponere principia corporum formatiua. —— Tangibiles ergo contrarietates ſunt, quæ communiſſimæ ſunt, & per omnia corpora perambulantes, & ſimul auferentes, non autem quæ ſimul alibi auferantur. Hæc igitur principia ſumenda ſunt.* Mòx verò. *Quoniam igitur, inquit, quærimus ſenſibilis corporis principia: tale enim eſt generabile corpus, & corruptibile: omne autem ſenſibile tangibile eſt, non enim viſibile omnino, aut audibile, aut aliud quid aliorum, tangibiles quærendæ ſunt differentiæ corporum formatiuæ. Prima enim, inquit, corpora, quorum contrarietates quærimus, ſecundùm contrarietates ab inuicem differunt, quæ tangibiles ſunt: Qui hoc oſtendens, quòd meritò, & ipſa dicimus ſenſibilia eſſe, & tangibiles contrarietates ipſorum principia ponimus.* Mirabatur Ammonius hæc diutiùs controuerti. Quapropter è ſuggeſtu docebat, *Si igitur ſpeciei omni competit, completiuaq; ſit, paſſiua qualitas nominatur, vt ſenſui noſtro paſſionem ingerens.* Symbolum & contulit Simplicius, repetens, quæ tradiderat, quandòq; in explicatione illius particulæ, *Siccis enim humidis, & calidis, & frigidis nutriuntur animalia*

c. 28.

2. de G.C. c. 7.

in Præd.

2. de An. t. 28.

malia omnia. Horum autem ſenſus tactus, quam dudùm in ſui tutelam perperàm adducebat Aduerſarius; habet verò Nobilis Auctor. *Omnia namq; corpora, quæ ortui ſubiecta ſunt, has qualitates participant, & iuxta has ortus, atq; interitus, alterationes, accretiones, ac decretiones fiunt. Tactum verò eam habere vim, vt paſſibiles qualitates percipere queat, perſpicuum*
1. Simp. c. 28. *eſt.* His denuò concitus Galenus dicebat. *Nam per Deos, vnde ignem ſcimus calidum? aut quo ſyllogiſmo docti, aut qua demonſtratione perſuaſi? tum vnde glaciem frigidam eſſe didicimus, niſi ex ſenſu? Ac poſtea reperiantur, qui ipſo ſenſu neglecto, phyſicis problematibus libros impleant.* Vt verò bonus Ocellus acceſſit coronidem impoſiturus, conticuére omnes: rursùs verò ille repetitis his, quæ dudùm protulerat, monebat, *Corporis differentia duæ ſunt, duæ prima, aliæ ex primis orta. Primæ quidem habentur, calor, frigiditas, humiditas, & ſiccitas: ex primis ortæ ſunt, grauitas, & leuitas, raritas, & denſitas, læuor, & aſperitas, durities, & mollitudo, tenuitas, & craſſitudo, acumen, & obtuſitas. Quas quidem omnes tactionis ſenſus cognoſcit, & iudicat.* Non defuere curioſi, qui cauſam inueſtigarent pudendi erroris; eamq; vnanimes deuenere in ſententiam, obfuiſſe noſtro Aduerſario malè perceptam Græcorum doctrinam. Etenim quùm hi cenſeant formas Elementorum conſtitui per qualitatum Elementarium collectionem, eamq; certa quandam illarum menſura conſtantem, quam ſenſus dijudicare impotens erat; hinc ſeductus miſer ille, abſolutè enunciauit, primas qualitates, quas appellat *Habituales*, quaſque cenſet formas Elementorum, nullatenùs ſentiri, vixq; per accidens, vel quod deteriùs, per fumos neſcioquos, aut vapores, vel ipſis fumiuendulis inuiſos, atq; noxios.

Græcis primæ qualitates per quas conſtituuntur Elementa ſunt contrariæ.

QVI coràm ab Ariſtotele olìm audierant ineſſe & contrarietatem ſecundùm qualitates, omneq; quod fit, vel corrumpitur, aut ex contrarijs fieri, aut in contraria ſecedere, eorumq; media, haùd credebant rem egere noua diſcuſſione. Non defuere tamèn, qui conſulerent negocio huic impendendã nihilominùs eſſe operam, quô fuga omnis Aduerſario eriperetur: is enim poſitiuo contrario ſuas *Habituales* carere pluriès faſſus eſt, priuatiuum non negauit. Quod etſi in Peripato vulgatum ſit, vnum cõtrariorum prædicamẽtũ, atq; formam præferre, alterum verò priuationem, doceatq; Præceptor hinc ſubſtantialem mutationem nanciſci congruuam nomenclaturã, non erat tamen confundenda propria contrarietatis ſignificatio, qua pollere elementares primas qualitates nemini Græcorum non ratum, plurièſq; confeſſum. Hinc Simplicius in Aduerſarium concitus, ſeriò illum docebat, potiùs quàm monebat. *Sciendum autem, quod in primo de naturali auditu ſpeciei materiali ex contrarijs qualitatibus conſiſtenti, contrariam dixit priuationẽ ipſius, & ex hac fieri ſpeciẽ, ait, quia non omnino ſpeciei ſemper eſt contraria ſpecies: neq; enim, aut homini, aut muſico, priuatio autem eſt vbiq;, ſed quandoquidẽ priuatio eſt cum ſpecie perfecta, habente perfectas, & conſtitutiuas ipſius qualitates, ſicut in aqua, ignis priuatio eſt cũ ſpecie aquæ perfecta exiſtẽte, & habente perfectas, quæ in ipſa ſunt qualitates, frigiditatẽ, & humiditatem, contrarias ignis qualitatibus, & propter hoc ignis, nõ ſolùm ex priuatione ſui ipſius, ſed & ex contraria ſibi ſpecie dicitur generari.* Pluraq; adducebat ille teſtimonia Alexandri, Iamblici, & Ariſtot. ad rem facientia, ex quibus poſitiuam cõtrarietatem in elementis euidentiſſimè conuincebat, præter ea, quæ ſuperiùs domeſtico è penu produxerat. Verùm nos breuitati conſulentes ex vnico Aduerſarij *corio*, nempè ex indu-

in Præd. Qual. 1. Phyſ. t. 47.

1. de G.C. t. 18.

1. Cel. c. 36.

ctis

ctis ab illo Patronis, rurſus *lora* deſumamus. Acceſſit O-
Dial.Mu le.p.36. cellus Lucanus, lubenſq; depoſuit. *Nos verò corporum, quæ*
37. *percipiuntur ſenſu, quandam eſſe materiam aſſerimus, inſepara-*
bilem, & cum re contraria coniunctam, vnde oriuntur, quæ ap-
pellantur elementa. ſed de ijs alio loco accuratiùs diſputauimus:
verùm quum primum corpora efficiantur ex materia, ita agendũ
eſt, vt materiam eſſe rerum contrariarum principium, & pri-
mum ſtatuamus: —— *Quare primum corpus, quod ſub ſen-*
ſum cadit principium eſt: Secundum, quod ſequitur, ſunt res
contrariæ, vt mutationes, & alterationes compleantur: idq; dum
materiam perpeſſionem, & affectionem recipit, ac ne facultates
mutuò patibiles, viciſsìm ſe ſe prorsùs vincant, & vincantur:
hæ verò ſunt caliditas, & frigiditas, humor, & ſiccitas. Tertio
loco ſequuntur ſubſtantiæ, quarum illæ facultates ſunt, vt ignis,
& aqua, & aer, & terra, —— *Vt initium ſit primum cor-*
pus, quod ſenſu poteſtate percipi poſſit: Secundò accidunt
res contrariæ, v.g. caliditas, frigiditas, humor, & ſiccitas ſe-
quuntur. Tertius ignis, & aqua, terra, & aer: hæc enim Elemen-
ta viciſsìm mutantur, res contrariæ non mutantur. His ada-
2.de G.C. t.6. muſsìm ſubſcribebat Ariſtot. *Nos autem dicimus aliquam*
p.20. *materiam corporum ſenſibilium, ſed hanc non ſeparabilem, ſed*
ſemper cum contrarietate, ex qua generantur vocata elemen-
ta —— *Quapropter primum quidem potentia corpus ſenſibile*
principium eſt, ſecundum autem contrarietates: dico autem, vt
l.2.t.25. *caliditas, & frigiditas. Tertium autem iàm ignis, & aqua, &*
26.29. *talia.* Refricabat inſupèr, quæ habuit eadem in tractatione,
de facili, difficiliue mutua Elementorum generatione, ex con-
ſenſu, vel eorum diſſenſu. Illuſtre verò tandèm protulit teſti-
2.de G.C. monium. *Quoniam igitur quærimus ſenſibilis corporis princi-*
t.7. *pia, hoc autem eſt tangibile, tangibile autem, cuius eſt ſenſus ta-*
ctus, manifeſtum, quod non omnes contrarietates corporis for-
mas, & principia faciunt, ſed ſolùm, quæ ſecundùm tactum,
ſecundùm contrarietatem enim differunt, & ſecundùm tangi-
bilem contrarietatem. Neq; reticuit, quæ poſt habuerat. *Ge-*
t.24. *neratio enim in contraria, & ex contrarijs: Elementa autem*

omnia

omnia habent contrarietatem ad inuicem, quia differentia ſunt contraria, his enim ambæ contrariæ, vt igni, & aquæ, illud enim ſiccum, & calidum, hoc autem frigidum, & humidum, illis autem altera ſolùm &c. Plurima quinetiàm producebat Alexander, quę olìm diſſeruerat in Quæſtion. Natural., inter quæ audiuimus. *Non eſt ergo mirandum, ſi proximè ſubÿceret pugnantia, & contraria, cum mutuò ſe ſe laceſſant, conflictum vnum alteri viciſsìm ictum inferre, proindè cernimus humidum à ſicco commutari, & viciſsìm retrorſum ſiccum ab humido. Etenim hiſce corporibus à natura illud inditum eſt, vt prapotens illorum vis, & facultas, imbecilliorem, & languidam ſuperet, & permutet.* Non diffitebatur Philoponus *Elementa ſecundùm* 1. Phyſ. t. 42.
contrarias formas formari, & ſpecificari: nam etſi ſubſtantia p. 12.
non ſit ſubſtantiæ contraria, attamèn ſecundùm contrarias qualitates mutatio Elementorum inter ſe mutuò fit, quoniam ignis non eſt contrarius aquæ, vt ſubſtantia ſubſtantiæ; nam commune ſubiectum habent, tamèn ſecundùm contrarias formas vnumquodq; ipſorum formatur, & ſpecificatur, alterum quidem ſecũdùm calidum, & ſiccum, alterum verò ſecundùm calidum, & humidum. Itaq; quod ſimpliciter ex contrarÿs fiat, & in contraria corrumpantur, ſiue mutatio ſit ſecundùm ſubſtantiam,
vt in elementis, ſiue ſecundùm accidens, perſpicuum eſt. Poterat & Simplicius repetere quæ ſuperiùs produxit, præter quãplurima teſtimonia, at locum cedit volens lubenſq; alloquenti Ammonio. *Quid igitur non aduerſatur ignis aquæ, & terra aeri? dicimus repugnare ſibi hæc mutuò, non qua ratione ſubſtantiæ ſunt, ſed quã affectæ ſunt qualitatibus. Aquæ enim qualitati frigidæ, atq; humidæ, calida, & ſicca oppoſita eſt ignis: non ipſæ ergo inter ſe pugnant ſubſtantiæ, nam hæc non per tota ſe ipſa contraria ſunt, cum non materia, & corpore, ſed ſolis obluctentur qualitatibus.* Hæc vbi abſoluiſſet Ammonius, audiuimus Simplicium ſic ratiocinantem. *Si igitur ex contrario ſolùm eſt generatio, contrarietas autem in qualitatibus conſideratur, palàm eſt, quod ſecundùm paſſiones qualitatum, & generationes, & corruptiones accidunt, & augmentationes, & diminutio-*

7. Phy. c. 11.
2. Phyſ. c. 11.
5. Phy. c. 11.
1. Cal. c. 36. 38.
2. Cal. c. 11.
in Præd. Subſt.
1. de Cælo c. 24.

nutiones: elementis enim ſecundùm qualitates in ſe inuicem tranſmutantibus hæc accidunt. Tranſmutantur autem agentia in ſe inuicem, & patientia ab inuicèm. Quare quodammodo ſecũdùm accidens ſecundùm ſubſtantiã tranſmutatio fit, obſequens ei, quæ fit ſecundùm qualitates, quia tranſmutantur propriè, & immediatè, & neceſſariò, quæ tranſmutantur à contrario. Subſtantia autem contrarium non eſt, ſed complentibus ſubſtantiã qualitatibus (nota peruicax *) & hoc ſecundùm ſubſtantiam tranſmutatio, quia eorum eſt, quæ ſecundùm ſubſtantiã inſunt.*

2. de Cal. c. 11. Quibus & fidem ſe poſteriùs feciſſe luculentèr teſtabatur. Sat factum in re præſenti omnes iudicarunt.

Agere, et pati mutuò primas qualitates ex mente Græcorum.

TAm certum verò, atq; indubitatum fuit ſemper apud Græcos omnes primas qualitates pati ad inuicèm, & agere, vt his ſolis actionem, atq; paſſionem acceptam referant, merito intercedentis contrarietatis. Audiuimus Ariſtotelem ſic diſſe-

de Sen. & Se. c. 4. rentem. *Quà igitur ignis, & quà terra, nihil natum eſt agere, vel pati, nec alid quicquam: quà autem ineſt contrarietas in eis, hæc omnia agunt, & patiuntur.* Quæ verba dum penſitaret quan

p. 22. dòq; noſter Aduerſarius, veritate magis, quàm voluntate adactus, faſſus eſt, *ſed patitur ignis, quà ſiccus eſt, habetq; formam ſubſtantialem contrariam aquæ, à quà patitur.* Hęc verò è diametrò aduerſantur ijs, quæ tribuit *ſuis habitualibus*, quas formas elementorum, contrarij neſcias, actionis, & paſſionis expertes diuendere contendit. Quin deuium poterat inſignis illa

2. de G. C. c. 24. Ariſt. demonſtratio in ſemitam reuocare. habet verò. *Generatio enim in contraria, & ex contrarÿs, elementa autem omnia habent contrarietatem ad inuicem, quia differentiæ ſunt contrariæ, vt igni, & aquę, illud enim ſiccum, & calidum, hoc autem frigidum, & humidum. Quapropter vniuerſaliter quidem manifeſtum eſt, quod omne ex omni generari natum eſt,* Sequen-

ti

ti verò contextus 25. ex cognatione, vel diſiunctione, tardam, aut velocem prædicat fore elementorum tranſmutationem: hæc verò, nonniſi intercedéte actione, & paſſione differentiarũ, quas recenſuit, fieri queunt. Quod & euidentiſſimè enunciauit alibi. *Oportet autem actiua, & paſſiua ad inuicem eſſe Elementa, miſcentur enim, & tranſmutantur in ſe inuicem: Calidum autem, & frigidum, ſiccum, & humidum, illa quidem, quia actiua ſunt, hæc autem, quia paſſiua dicuntur.* Interim verò eas aptat calido, & frigido definitiones, quas *Habituali calori, & frigori* deberi cenſet noſter Aduerſarius: Ita vt nullus dubio locus ſit reliquus, vel illo inuito, ſuas *habituales* actioni, & paſſioni ex Ariſtotelis præceptis, neceſſariò fore obnoxias. Hinc Alexander monendi hominem arripuit anſam. *Quum verò huiuſmodi ſint ea, quæ coeunt, vt habeant qualitates, iuxta quas, ea, quæ miſcentur agere, patiq; valeant inter ſe, craſis enim in his eſt, quæ agere, patiq; poſſunt, tunc, & horum ſit craſis.* Tanti Auctoris recentibus placitis, compendiò tale conficiebant irrefragabile ratiocinium fidi clientes. *Agere, & pati in ijs eſt, quæcumq; eandem materiam ſubiectam obtinentia, aduerſitatem quandam inter ſe habent:* ſed calidum, frigidum, humidum, ſiccum *poſſident eandem materiam, & aduerſitatem habent inter ſe ſecundùm formam,* igitur calidum, frigidum, &c. erunt *inter ſe agentia, & patientia,* hinc verò faciunt *mutationes, tranſeunte materia in illud efficiens, quod dominatur.* Neuè coniecturis vlteriùs res ageretur, cauit idemmet Alexander, dum Ariſtot. mentem ſignificaret. *Addit Elementa ignem, aerem, aquam, & terram ſuapte natura, propterea quod ſubſtantiæ ſunt, nihil agere, neq; pati. Subſtantiæ enim nihil contrarium eſt, neq; vna alteri contraria exiſtit, quæ autem ictum inferunt alicui, quæq; patiuntur, ſunt contraria. Adiecit præterea. Nec quicquam aliud ſuapte, ſimpliciq;, ſolitariaq; natura, ideſt corpus, quoniã nullum corpus, quum ſit ſubſtantia, & quà corpus agit, & patitur, quoniam hac conditione nihil ei aduerſatur. Verùm vbi cœperint corpora inter ſe mutuis, contrarijs naturæ momentis, vel viribus diſſidere, repentè cladem ictus viciſſim inferunt, &*

[Margin notes: 2. de G.C. t. 8. — lib. de Miſt. — de Sen. & Sen. c. 30.]

Vuu exci-

excipiunt. Nulla enim eſt victoria Elementis, quæ ex omni parte fauſta, felixq; ſit. Acriter ergo pugnat aqua cum terra, propterea, quod hæc humida eſt, illa verò maximè arida, habet item hoſtem validiſſimũ ignẽ, qui cum pugnat his qualitatibus humore, & frigore, quemadmodum ille his telis, caliditate, & ariditate aquam euertere nititur, idq; tum maximè, quòd calor vim frigoris peruertere cupit quandoquidem ignis ardeat, & aqua maximè algeat. Obſerua modò, atq; infer cum Alexandro. *Exinde cuique cupienti mentem Ariſtot. quid ſentiat, quidq; probet de his, quæ agunt, & patiuntur cognoſcere facilè eſt, quippè qui primùm à Stoicis abhorret, quòd illi corpora ſuaptè natura efficere, ac pati voluerunt, deinde à Platone diſſentit, qui res incorporeas munera multa obire, agere, ac pati cenſuit. At ipſe corpora ſolùm, quibuſdam tamen fulta contrarijs incorporeis facultatibus, agere,*
7. Phyſ. c. 11. *atq; pati ſtatuit.* Ijs ſubſcribebat Simplicius. *Ea autem dicit eſſe ſenſibilia, quibus corpus differt à corpore: differt autem per qualitates. ſunt enim qualitates quodammodò qualitates. Quæ ergo commune habent corpus, differunt qualitatibus, vel pluribus, vel paucioribus, vel quòd eaſdem qualitates, vel plùs, vel minùs participant. Si ſunt ergo corpora, quæ per patibiles qualitates alterant, & alterantur, neceſſe eſt, vt ſibi inuicem appropinquantia alterentur, & alterent: neq; enim corpus agit aliquid in aliud corpus ſeparatum, neq; poteſt qualitas ſeparari à corpore, neq; opera-*
2. de elem. c. 9. *tur ſeparatim.* Approbabat hęc Galenus, tãquam Coo Seni congrua, atq; conſona. *Et proinde rectè Hippocrates, non hominis modò, ſed aliorum etiam omnium naturam ex calido, frigido, humido, & ſicco eſſe conſtitutam pronunciauit. Siquidem hæc, vt pro confeſſo ab omnibus habetur, mutuò inter ſe manifeſtè agunt, neq; à ſecretione, & concretione habent, quòd agant, ſed ex eo potiùs, quòd ipſa ſubſtantia per ſe ipſam totam patitur, & altera-*
c. 8. *tur.* Attexebat & Pergamenus. *Illæ verò vniuerſam ſubſtantiam tranſmutant, & alterant, & natura primæ ſunt, & rerum omnium communes, & elementorum conſtitutrices.* Docebat inſuper. *Solæ etiam hæ, quùm materiam ſubiectam alterant in cauſa ſunt mutua inter elementa tranſmutationis, ſuntque præ-*

ſer-

ſertim ſtirpium, & animalium opifices. Contulit necnon, & hæc Philoponus. *Hæc cum ita diſtinxiſſet, reaſſumit duas oppoſitiones calidi, & frigidi, humidi, & ſicci, hæc diudicans tanquã principia formatiua elementorum, quoniam actiuæ ſunt, & paſſiuę, & quia etiam communiſſimę ſunt, & neutra ſub alteram reducitur*. Poſtmodùm verò è re nata occaſione repetebat. *Et alioqui caliditas, & frigiditas, ſiccitas, & humiditas ſunt actiuæ, & paſſiuæ differentiæ: leuitas autem, & grauitas non ita. Illis autem opus eſt ad elementorum generationem, & conſtitutionem*. Verùm neq; defuit Ocellus Lucanus, qui ortus elementorum, mutationis, & viciſſitudinis cauſas, in contrariorum actionem, atq; perpeſſionem referret. Quapropter omnium votis, Galeno præcone indicitur, quod *neq; aliqua ſit qualitas, ijs quatuor exceptis, quę poſſit aliquid per totum tranſmutare*.

2. de G.C. c.7.

de Anima c.117

de Vniu.

Primæ qualitates intenſioni, & remisſioni obnoxiæ in Græca Schola.

PRoperabat iamquæſtio ad exitum; quapropter, etſi in re euidentiſſima, quin ex neceſſitate ad ea, quæ Græci dudũ diſputauerant, conſequente, ſymbolum quiſq; conferre volebat, vni tamen Ammonio Græcæ familiæ Emerito, facta fuit dicendi poteſtas. *Propterea verò hoc ex proximè antecedente ſequitur, ortumq; ex illo obtinuit, ſubſtantiæ contrarum nihil eſſe dicenti. Fieri enim magìs, & minùs in ijs natura comparatum eſt, in quibus & contrarietas, idq; non ſimpliciter, non enim contraria quæcumq; magìs, & minùs accipiunt, ſed quæ miſceri inter ſe natura apta ſunt. — Itaq; contraria vbi ſunt, ibi aduerbia magìs, & minùſq; ſunt, & vbi non ſunt contraria, neq; magìs, & minùs, vbi item magìs, minùſq;, ibi contraria, & vbi magìs minùſq; non ſunt, nec ibi contraria habentur: quatuor enim ſemper hæc inter ſe continguunt*. Patuit tunc omnibus noſtri Aduerſarij incircunſpectio: nam qui Græcis quandòq; audierat qualitates primas eſſe formas elementorum, nec non formam ſubſtantialem, non ſecusàc compoſitam ſubſtantiam, haùd recipere magìs, vel mi-

in Præd.

Vuu 2 nùs,

nus, ad pauca, pro ſuo more, reſpiciens, ſtatim intulit, igitur *qualitates habituales* non recipiunt magis, neque minus? fruſtrà decipere nos tentâs prioris propoſitionis ſignificatione. Etenim nulla qualitas Græcis eſt ſingulatìm forma ſubſtantialis elementi, ſed qualitatum collectio, certaq; menſura, intenſionis, & remiſſionis neſcia, talem formam conſtituit. Vtraquæq; verò qualitas ſcorsùm, ictibus aduerſariorum exponitur, hincq; ſibi lucrifacit dignitatem formæ ſubſtantialis, tùm in ſimplici, tùm in miſto corpore. Nàm calor aeris acceptis intenſioris caloris menſuris, fit igneus, non ſecusàc rursùs hic fit aereus, deductis ijſdem gradibus; hincq; ex ſymbolitate fit ex vtroq; in vtrumq; facilior tranſitus. At in compoſito ex elementis, quid fieret Temperamentum, vel Miſtio, ni qualitates, vel Elementa qualitatum miniſterio, mutuo ſe frangerent conflictu, ita nouam euaderent naturam? ſecùs ſi fiat, vt noſter cenſebat Cen-
1 de G.C. c.86. ſor, *Compſitio erit, & non Temperamentũ, nec Miſtio, neq; habebit eandem rationem cum toto pars.*

His ſatis, ſuperq; patet, *Ligurinum Momum nunquàm aſſequutum fuiſſe Græcorum mentem circa Formas Elementorum*, quod polliciti eramus in diſputationis exordio: quamquàm ille magno faſtu, pluriumq; paginarum diſpendio; in malam rem ſuam Græcos induxerit Auctores; *Nouum* illud *Inuentum Qualitatum habitualium, Duplicisq; Caloris* irrefragabili iure penitùs damnantes; & è finibus Peripati *ad Græcas Calendas* exterminantes.

Iudicium.

QVibus peractis, conueniunt rursùs Græcæ, Latinæq; Scholæ Proceres, poſtq; non longam muſſitationem, fatentur tandem vnanimes, noſtrum Aduerſarium Latinis clàm ſubſcripſiſſe, qui Formas Elementorum paribus dotibus exornari tradunt: quamquàm ille vbiq; laruatus, vt homines ſui in admirationem traheret, maluit, quas *innominatas*, Latini dicunt, incongrua nominis impoſitione deturpare. Acclamarunt cuncti;

Sic itur ad aſtra. De

De Suctu Infantis in Vtero.

VT expoſitum fuit alterum noſtri Aduerſarij Paradoxon,
variæ de illo circumferebantur ſententiæ in Foro Litte-
rario. Alij ſentiebant *Catum virum* recenti experimēto admoni-
tum, *Nouis Inuentis* ſubſtituere veterem, quin carioſam Demo- *Plut. de*
crite, atq; Epicuri credulitatem. Secùs exiſtimabant, qui intùs, *V. Ph.*
& in cute hominem nouerant: nam pari ambitū, dicebant, &
nouæ introducuntur, & exploſæ reuocantur opiniones. Diſtu-
lit iudicium Hippocr. adueniens, cuius ab ore mellito, dum
cuncti penderent, ſeuero hic ſupercilio increpabat Aduerſariū;
percunctabatur quoq;, an ſedulò obſeruaſſet, quæ pluriès ipſe
decreuerat ſuis in monumentis? Repetebat verò clara voce, quæ
habuit in *lib. de Alimento. Antiquum Alimentum per abdomen
vmbilicus.* Prætereà, quæ in tractatione de Natura Pueri. *In
medio carnis vmbilicus ſecernitur per quem ſpirat, & incremen-
tum capeſſit fætus.* Neq; ſuppreſſit aureum illud, quod olim do-
cuerat lib. *de Octimeſtri partu. Vmbilicus, per quem, & alimenti,
& aeris fætui alendo via eſt, & ingreſſus ſolus è reliquo corpore,
matri coheret, perq; hanc viam introeuntium in corpore particeps
fit fetus.* Rurſuſq; *lib. de Natura Pueri. Obſtetrices ſtatim vt exijt
infans, vmbilicum ligant, tanquam non ampliùs nutriendo fætui
neceſſarium: ſimulq; os ipſius deducunt, vt alius alimenti ſumen-
di vſus monſtretur.* Audiuimus & Peripati Principē ſumma gra- *2. de G.*
uitate ſic perorantem. *Hærent enim, & continentur animalia, ex* *animal. c.*
vmbilico, qui ex vena dependet per æquilibrium directum ad venā, *5.*
*quaſi aquæductum fluentem, Fetus membranis, & ſecundis obuolu-
tus continetur. Qui infantes ali in vtero aiunt, ſugentes carunculā
quandā, non rectè dicunt. Idem enim, & ceteris animalibus eueni-
ret, quod tamēn nuſquàm videmus. Atq; facilè per diſſectiones vi-
deretur ſi eſſet. Omnes etiam fetus, tùm volucres, tùm aquatiles, &
pedeſtres, pari modo membranæ tenues ambiunt, ſeparantes ab vte-
ro, & humoribus admiſſis. Sed nec in ipſis tale quicquam ineſſe vi-
demus. Neq; fieri poteſt, vt per corium aliquid alimentum hauriant.*

Iam

Iàm, quæ ouo naſcuntur, omnia incrementum forìs recipere abiunčta ab vtero apertum eſt. Itaq; non rečtè aiunt, qui ita dicunt, vt Democritus.

Plausère omnes : hincq; Plauto vnanimes curam animaduertendi demandarunt, in Deriſores inſulſiſſimos, Ventoſoſq; ſycophantas. Non recuſauit Accius; quin incunčtantèr reſpondit.

Diem dicam, irrogabo MVLTAM.

Elpenor. Therſites. Plautus. Corax.

Elp. *VISO quid rerum meus Vlyſſes egerit.*
Nimiſq; ego illum hominem metuo, & formido malè,
Ne malus item erga me ſit, vt erga illum fuit.
Primùm omnium iàm hunc comparem
Metuo meum, ne deſerat me, atq; ad hoſteis tranſeat.
Ther. *Quantas res turbo, quantas moueo machinas.*
Elp. *Tuæ mihi turbæ non placent.*
Ego abeo, ne quid tecum conſilij commiſceam:
Quæſo tamen, tu meam partem Infortunij,
Si diuideretur me abſente, accipito tamen.
Ther. *Etiam me aduorſus exordire argutias?*
Qui ſi decem habeas linguas, mutum eſſe addecet.
Elp. *Iàm perdidiſti te, atq; me, atq; operam meam,*
Qui tibi nequicquam ſæpè monſtraui benè.
Ther. *Tua diſciplina, nec mihi prodeſt, nec tibi.*
Iàm exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.
Elp. *Sanus hercle non es.*
Ther. *Ego ne, an tu magis?*
Plau. *Stultus, atq; inſanus damnis certant.*
Ther. *Qui homo timidus erit in dubijs rebus, is nauci non erit.*
Ædepol nunc tempus eſt è malis nos peiores fieri,

Erit

Erit, & tibi exoptatum obtinget; bonum habe animum, ne formida:

Oppidum quoduis videtur poſſe expugnari dolis:

Pedetentim tu hæc ſcis tractari ſolere haſce huiuſmodi merces:

Aſpice limis oculis, ne ille nos ſe videre ſentiat.

Plau. *Non ego homo triaboli ſum, vi ſi ego illi maſtigiæ*

Exturbo oculos, atq; dentes.

Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt.

Ther. *Ibo intrò ad libros, & diſcam de dictis melioribus,*

Nam, ni illos homines expello, ego occidi planiſſumè.

Elp. *Intrò hinc abeamus, nunc iàm ſaltatum ſatis pro vinoſt.*

Plau. *Ceſſo ego illis obuiam ire!*

Vbi ſunt iſti plagipatidæ, ferritribaces viri?

Elp. *Decidit ſpes noſtra, nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ,*

Nec ſalus nobis ſaluti iàm eſſe, ſi cupiat, poteſt.

Plau. *Heus chlamydate, quid iſtic debetur tibi?*

Elp. *Neq; viuus, neq; mortuus*

Sum, neq; quid nunc faciã ſcio, neq; vt hinc abeam, neq; vt

Ad hunc adeam ſcio, timore torpeo.

Plau. *Dicin, an non?*

Sta illicò, noli aduorſari, neq; te occultaſſis mihi.

Elp. *Potin,*

Vt me ire, quò profectus ſum ſinas?

Plau. *Quid agis?*

Elp. *Quid agam rogitas?*

Plau. *Quid ni rogitem.*

Elp. *Quid*

Mecum eſt tibi?

Plau. *Men faſtidis propudioſè? Eloquere, propera.*
Elp. *Iubes?*
Plau. *Quid tibi negocij eſt autem cum iſtoc? dic mihi.*
Elp. *Vitam equidem meam iàm ſatis tibi ſpectatã eſſe cenſuerã,*
Et meos mores.
Scis tu me dudùm eſſe imi ſubſellij virum;
Nam ego operam meam
Tribus nummis hodiè locaui ad artes nugatorias.
Ille, qui me conduxit, vbi me conduxit
Adduxit domum, quæ voluit mihi dixit, docuit, & præmonſtrauit.
Viden egeſtas, quid negocij dat homini
Miſero mali? qui ego nunc ſubigor trium nummorũ cauſa.
Plau *Malum oportet iſtunc eſſe hominem.*
Elp. *Per tua obſecro genua,*
Vt tu iſtuc inſipienter factum, ſapienter feras, mihiq; ignoſcas,
Quod animi impos vini vitio fecerim.
Plau. *Non placet*
In mutum quippiam conferri, quod loqui non poteſt: nam vinum, ſi
Fabulari poſſit, ſe defenderet; non vinum moderari,
Sed vino ſolent, qui quidem probi ſunt, verùm
Qui improbus eſt, ſiuè ſubbibit, ſiue adeò caret temeto
Tamen ab ingenio eſt improbus.
Elp. *Scio.*
Plau. *Neq; puduit eum id ætatis ſycophantias ſtruere?*
Vt tua iàm virgis latera lacerentur probè.
Ferratuſq; in piſtrino ætatem conteras.
Elp. *Per Deos, atq; homines, perq; ſtultitiam meam;*

Perq; tuam gratiam.

Plau. *Quid?*

Elp. *Meæ vt inſcitiæ*

Meæ ſtultitiæ ignoſcas. nunc demum ſcio
Me fuiſſe excordem, cæcum, incogitabilem.
Quicũq; vbi vbi ſunt, qui fuêre, quiq; futuri ſunt poſthàc
Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, buccones, brenni, ego
Longè anteo ſtultitia, & moribus indoctis: perij, pudet
Hoccine ætatis ludum his factum eſſe indignè.
Quid ceſſatis compedes
Currere ad me, meaq; amplecti crura? vt vos cuſtodiam.
Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus ſum miſer
Scelecti huius technis, qui me vt lubituſt ductauit dolis.

Ther. *Etiam-ne meæ in me latrant canes?*

Elp. *Tua cæcule cauſa: non hercle, ſi os pertuderim tibi*
Metuo morticine.
Men peculiarem oportet fieri ob ſtultitiam tuam?
Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdam ſuccedaneum?

Plau. *Vah hariolus hic homoſt, qui ſciat diuinitùs.*

Elp. *Quin coniectores à me conſilium petunt,*
Quod eis reſpondeo, ea omnes ſunt ſententia.

Plau. *Credo equidem te eße ab illo, nam ita nugas blatis.*

Elp. *Nunc ego verum illud verbum eſſe experior vetus*
Aliquid mali propter vicinum malum.

Plau. *Quid eſſe illi morbi dixeras? narra ſenex;*
Num laruatus erat, aut ceritus? fac ſciam.
Num eum veternus, aut aqua intercus tenet?

Elp. *At enim ille hanc amat meretricem ex proxumo.*
Senem miſerum, Venus, & Cupido alieno ſatis vexant
tempore.

Nunc te obſecro.

Stultitiæ, atq; adoleſcentiæ eius ignoſcas.

Plau. *Aliud quoduis impetrari à me facilius perferam,*
Quàm vt non iſtunc ego pro factis peſſumis
Peſſum premam.

Ther. *Concenturio in corde ſycophantias.*
Eugè par pari.

Plau. *Miſeret te aliorum, tui nec miſeret, nec pudet.*

Elp. *Fui ego lepidus, vel bonus vir nunquam, neq; frugi bonæ,*
Neq; ero vnquam, neq; ſpem ponas me bonæ frugi fore.

Plau. *Vt muſcæ, culices, pedeſq;, puliceſq;, cimices*
Odio, & malo, & moleſtiæ, bono vſui eſtis nulli,
Nec vobiſcum quiſquam in foro frugi conſiſtere audet,
Qui conſiſtit culpant eum, conſpuitur, vituperatur.
Eum rem, fidemq; perdere, tametſi nihil fecit, aiunt.

Elp. *Nimis eſt doctus ille ad malefaciendum,*
Qui hercle ipſus ignauiorem potis eſt facere ignauiam.

Plau. *Mortaleis malos,*
Vt ingrediuntur doctè in ſycophantiam.

Elp. *Suum quæſtum colit.*

Plau. *At hercle te hominem, & ſycophantam, & ſubdolum,*
Qui huc veniſti nos captatum magdalia,
Biſulci lingua, quaſi proſerpens beſtia.

Elp. *At pol multi eſſe ita ſciunt.*

Plau. *Agè tu illùc procede.*

Ther. *Bonus animus in mala re dimidium eſt mali.*

Plau. *Tace, parce voci, præda progreditur foras.*

The. *Igitur quî poſſum videri huic fortis, vt à me abſtineat manũ*
Verùm certum eſt confidenter hominem contrà colloqui,

Neq; lubet, niſi glorioſè quicquam proloqui.
Plau. *Quis homo eſt, qui inducit pompam tantam?*
Hui babè, quàm baſilicè
Te intuliſti, & facetè.
Elp. *Satin magnificus hic tibi videtur?*
Plau. *Eho, ò tu nihili, cana culex,*
Sunt, quæ te volumus percunctari, quæ quaſi
Per nebulam noſmet ſcimus, atq; audiuimus.
Ther. *Age, loquere quiduis, tametſi tibi ſuccenſeo.*
Plau. *Aduerte ego animum, & fac ſis promiſſi memor.*
Ther. *Demiror quid ſit, & quò euadat ſum in metu.*
Ita me obſtinatè aggreſſus, vt non audeam
Profectò percunctanti, quin promam omnia.
Fiat, geratur mos tibi.
Plau. *Cupis id, quod cupere te nequicquam intelligo.*
Ther. *Ad ſuum quemq; hominem quæſtum eſſe æquomſt callidũ.*
Plau. *Quî in mentem venit tibi iſtuc facinus facere tam malum?*
Atq; ea facere facinora
Quæ iſthæc ætas fugere facta magis, quam ſectari ſolet?
Ther *Ego autem homo iracundus, animi perditi,*
Scis tu quidem hercle, mea ſi commoui ſacra,
Quo pacto, & quantas ſoleam turbellas dare.
Plau. *Non te iſtuc rogito ſcelus.*
Ther. *At hoc me facinus miſerum macerat,*
Meumq; cor, corpuſq; cruciat.
Plau. *Quoniam æmulari non licet, nunc inuides.*
Noui indolem voſtri ingenij.
Periuriorem hoc homine, ſi quis viderit,
Aut gloriarum pleniorem, quam illic eſt,

Me

Me ſibi habeto, & ego me illi mancupi dabo.
Elp: *Fortem, atq;* Fortunatum, *& forma* Regia,
Cum quo bellator Mars haud auſit dicere,
Neq; æquiparare ſuas virtutes.
Næ illæ ſunt Fortunatę, *quæ cum illo cubant?*
Ther. *Magnum me faciam nunc*
Quoniam ille me collaudauit.
Plau. *Viden ignauom, vt ſeſe inferat.*
Ther. Rex *ſuus* Reginæ *placet,*
Quid multa? ego amo.
Plau. *An amas?*
Ther. *Necas.*
Plau. *Tun homo putide*
Amator iſtac fieri ætate audes?
Ther. *Quî non?*
Plau. *Quia*
Flagitium eſt.
Ther. *Quid opus verbis eſt?*
Naufragus ſum, fateor; Bacchus, haud Neptunus celocem
Hanc impellit, agit, quaſſat, immo frangit, diſtrahit.
Bacchis *hanc procellam concitat. Actumſt, perdidimus remigium,*
Et mihi, meæq; ętati, reiq; meæ peperi Infortunium.
Sic vult Cupido, adoleſcens ſum; ætatis licet pluſculum
Iacturæ facere, melius, vt id nunc fiat, quàm ſenio.
Plau. *Acheruntícus*
Senex, vietus, decrepitus,
Tu capite cano amas ſenex nequiſſume?
Elp. *Amens, & amans.*

Ther.

Ther. *Quid ais tu? itane tibi ego videor oppidò Acheruntïcus?*
Tam capulari ſtamine?
Plau. *Multis tu quidem modis ſapis,*
Dum condignam te ſectaris Simiam;
Serua illam pulchram pulchrè.
Elp. *Bellulam iſtanc pellicem.*
Plau. *An ibi vis inter iſtas verſarier*
Proſedas, piſtorum amicas, reliquias alicarias,
Miſeras, ſchæno delibutas, ſeruilicolas ſordidas?
Quæ tibi oleant ſtabulum, ſtatum, ſellam, & ſeſſibulum merum?
Quas adeo haud quiſquam vnquam liber tetigit, neq; duxit domum
Seruulorum ſordidulorum ſcorta diabolaria.
Ther. *Mihi ego credo, mihi ego ſapio, mihi ego credo plurimum.*
Plau. *Vin iàm te faciam, vt ſtultum dum fateare?*
Sed hic illi ſupparaſitatur ſemper.
Elp. *Venter creat omnes has ærumnas auribus.*
Therſ. *Loquere aureis meas profectò dedo in ditiònem tuam.*
Plau. *Hic ille eſt ſenecta ætate, qui factus eſt puer, qui admiſit*
In ſe culpam caſtigabilem.
Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit.
Is etiam corruptus, porrò ſuum corrumpit filium;
Iſticcine patrem æquomſt mores liberis largirier?
Nihil ne te pudet?
Ther. *Lubet potare, amare, ſcorta ducere.*
Plau. *Ne te mihi facias ferocem, haud ſupplicare cenſeas.*
Nunc dum tibi lubet, licetq;, pota, perde rem,
Dies, noctesq; bibite, pergræcamini:

Te ipſum iure optimo cauſes licet.

Ther. *Deſiſte ergo, rectè ego meam rem ſapio.*

Plau. *Num confidit? Sycophanta hic nequam eſt, magis meditatur malè.*

Ther. *Hominem pol iracundiorem, quàm te noui neminem.*

Plau. *At ego pol maledicentiorem, quàm te noui neminem.*

Elp. *Laruæ hunc, atq; intemperies, inſaniæq; agitant ſenem.*

Plau. *Glorioſus, impudens*
Stercoreus, plenus periuri, atq; adulteri;
Ain ſe ſe vltrò omneis mulieres ſectarier?
Is eſt deriſui quà quà incedit omnibus.

Elp. *Nimis eſt miſerum pulchrum eſſe hominem nimis.*

Ther. *Facis ne mihi iniuriam, an non?*

Plau. *Quia non perdo, maxumam,*
Atq; id quoq; iàm fiet.

Elp. *Quid illuc eſt, quod illi caperat frons ſeueritudine?*

Plau. *Si vndecim Deos, præter ſe, ſecum adducat Iuppiter,*
Ita non omnes poterunt ex cruciatu eximere Therſitem.

Tger. *Lapideus ſum.*
Commouere me miſer non audeo, res palam omnis eſt, meo
Illìc nunc ſunt capiti hoſtica, meum illuc facinus, mea ſtultitia eſt:
Neq; viuus, neq; mortuus
Sum, nec quid nunc faciã ſcio, neq; vt hinc abeam, neq; vt
Ad hunc adeam ſcio, timore torpeo.

Plau. *Quid iſtuc eſt negocij?*

Ther. *Per ego hæc genua te obteſtor ſenex.*

Plau. *Etiam mutis impudens?*
At ego te per crura, & talos, tergumq; obteſtor tuum,

Vt

Vt tibi vberem vlmeam eſſe ſperes virgidemiam, & tibi
Hoc anno euenturam vberem meſſem mali.

Elp. *Traxit ex intumo ventre ſuſpirium. hoc vide dentibus*
Frendit, icit femur. num obſecro, num hariolus, qui ipſus
Se verberat.

Ther. *Væ miſero mihi, mea nunc facinora*
Aperiuntur, clam, quæ ſperaui fore.

Elp. *Quid ſtulte ploras? tibi quidem ædepol copiaſt,*
Dum lingua viuet, qui rem ſoluas omnibus.

Plau. *Hic quidem me nunquã irridebit. Colaphe, Cordalio, Corax*
Ite iſtuc, afferte lora.

Corax. *Num lignatum mittimur?*

Plau. *Inijcite huic actutùm manicas maſtigiæ.*

Ther. *Quid hoc eſt negocij? quid ego deliqui?*

Plau. *Rogas?*
Sator, ſartorq; ſcelerum, & meſsor maxume.

Elp. *Sed hoc mihi ægreſt, me huic dediſſe operam malam,*
Qui nunc propter me, meaq; verba vinctus eſt.

Plau. *Ergo ab eo petito iſtius gratiam. Ducite*
Vbi ponderoſas, craſſas capiat compedes.
Inde ibis porrò in Latomias lapidarias,
Ibi quòm alij octonos lapides effodiunt,
Niſi quotidianum ſexquiopus confeceris,
Sexcentoplago nomen indetur tibi.
Periſtis, niſi hunc iàm è conſpectu abducitis.

Ther. *Vis hæc quidem hercleſt, & trahi, & trudi ſimul.*

Elp. *Bonus volo iàm ex hòc die eſſe, quod neq; fiet, neq; fuit.*

Plau. *Abijce te dehinc ſic ſycophanta: properas,*
An non properas abire actutùm ab his regionibus

Dormi-

Dormitator? priuſquam ego te iubeo MVLTARI *malè.*

Elp. *E malis multis malum, quod minimum eſt, id minimum eſt malum.*

Plau. *Illic eſt abductus recta in phylacam, vt dignus eſt:*
Ego illis ſontibus *alijs documenta dabo,*
Ne tale quiſquam facinus incipere audeant.
Voſq; Proceres, *exemplum peſſumum peſſundate,*
Vindicate, ne iniquorum potior ſit pollentia,
Quàm innocentium, qui ſe ſcelere fieri nolunt nobiles.
Statuite exemplum impudentiæ, date pudori præmium.
Quæ res benè vortat mihi, & vobis: Spectatores plaudite.

Plauſus Græcorum.

Ω πόποι ἦ δὴ μυρί' Ὀδυσσεὺς ἐσθλὰ ἔοργε
Βουλάς τ' ἐξ ἄρχων ἀγαθὰς, πόλεμόν τε κορύσσων
Νῦν δὲ τὸ δὴ μέγ' ἄριστον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν
Ος τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον ἔσχ' ἀγοράων

O Dÿ, certe infinita Vlyſſes bona fecit,
Autor bonorum conſiliorum, bellumque concitans.
Nunc autem hoc quàm optimum in Arguis fecit,
Qui hunc contumelioſum conuiciatorem coercuit à concionibus.

F I N I S.

INDEX.

A

ADuerſarius Auctorem laudat 3. modeſtum diſceptatorem dicit. libenter cum illo congreditur. iniurius in Ariſt. eiuſq; Interp. p. 88. Nouator 96. erro 136. iniurius 234. 260. & alibi. impoſtor 55. & paſſim. quatuor ponit calores 253. frequentiſſimis contradictionibus inuoluitur. Iactator 279. damnandus 302. & alibi. nunquã eſt aſſequutus mentem Græcorum 100
Auctor laceſſitius iniuria 3. ſe tuetur 4. & ſeqq.
Acida, & frigida quomodo vrant. 32
Accidens per ineſſe, & non ineſſe 268. huic ſoli competunt gradus 331. non poteſt ſupplere vices formæ 15
Accidens accidenti non inhæret 474
Actiones ſunt ſuppoſitorum. 138
Actiuitas eſt de eſſentia calidi, & frigidi 236
Actus, qui poteſtate prior 349
Aeris qualitates cur facile non percipiantur ſenſu 229
Aer nequit intenſiſſimè caleſieri, & frigeſieri 317
Alimentum quid ſit 168
Alimentum percipitur ſenſu tactus 133
Alimentum per quod conſtituitur in ſuo eſſe. ex aduerſario inuoluit contradictionem 133
Alimenta potentia calida, frigida quid 34
Alimenta potentia calida quomodo 34
Alimentum, vt tale per quid conſtituitur 166. eius aſſimilatio à quo fiat. 251
Alitur illud, quod alimenta tranſmutat 474
Ammonius contrarius aduerſario 112
Andreas Marianus Medicus Bononienſis 8
Anima quid ſit 237
Anima ſenſitiua manet, & non manet in homine ex aduerſario 189
Anima vniuocum principium operationum 413. anima non penitùs immobilis 454
Anima humana non eſt vna per coalitum 333 habet partes l.c. quæ ſuperſtites
Aqua tepida epota non refrigerat 36
Aquam ſiccam ait aduerſarius 21
Aqua omni frigiditate ſpoliata vniuoce frigefacit ex aduerſario
Aqua calida per quid reducatur ad priſtinum frigus 18
Aqua calida non eſt pura aqua ex Auerroe 13
Aqua nunquam ſpoliatur omni frigiditate ex græcis 13, 14
Arguitur aduerſarius inconſtantia 191
Argumenta aduerſarij probantiam qualitates habituales eluduntur 11
Argumenta Aduerſarij pro duplici calore 11
Argumentorum ſolutio 11. & ſeq.
Ariſtoteles 12. met. tex. 2. explicatur à S. Th. contra aduerſarium 129
Ariſtot. textus vitiatur ab aduerſario 133, 151
Ariſtot. non ſuffragatur duplici calori 115. refragatur 120. defenditur ab inſultibus aduerſarij 276. calor eſt vnicus 387
Aurum paleis liquatur 502

B

BAlnea quid nobis conferant 20
Balnea quibus affectibus conueniant 21

C

CÆci inteſtini vſus 41
Cœlum non conſtat ex elementis 25
Calidum quid ſit 94, 161
Calidiſſimi natura quid 317
Calidiſſimi ventres Galeno ; ideſt optime temperati 428
Calor quis in ſanguine 219
Calor acquiſititius quotuplex, & vnde oriatur 220
Calor omnis ſenſibilis 228
Calor, quid ſit ex aduer. 95
Calore innate anima iungitur corpori 189
Caloris diſtinctio 203, 209
Calor igneus quis ſit 210
Calor aduentitius quis 212
Calor innatus, & primigenius idem 216
Caloris innati diuiſio 218
Calor febrilis quandoq; non incommodus 213
Caloris pro modo, qui in corde mas ſit, vel fœmina 75
Calor vbiq; accidens 178. vnicus, non duplex 99. & ſeqq. non eſt hoc aliquid 258. dicitur de ſubiecto, & in ſubiecto eſt 259. calore non fundatur 264. non omnis deperditio eſt corruptio 286
Calor igneus non ſemper febrilis 209. non ſemper malè audit 210. febrilis quandoq; non incommodus 213
Calor innatus exercitatione augetur 221. à radicali

à cali humido re differt 288. augetur 312. in Athletis] euidenter l. c. nutritur 314. abſoluit coctionem 372. eſt ſubſtantia compoſita l. c. non ex elementis 374. eſt corpus 375. eſt ſubſtantia animata 388. opera ex Galeno 392. eſt temperatus 396. auctor alterationum omnium ſecundum naturam 407. diuiditur in fixum, & influentem 408
Calor innatus natura noſtra ex Galeno, 412.
Caloris inſiti motus 416. malè comparatur flãma ex Galeno 424. cibos concoquit 430. chyloſis auctor l. c. - multus ab initio in iecore, & corde 432. eſt natura protenſa per ſolida corpora 434. habet naturam 439. eſt facultas 451. refugit in ſomno 456. frigida perfuſione, hyeme. eſt viuens 460. appetit alimentũ 467. frigido extinguitur 472. inſunt accidentia 474. eſt permiſtus 476. aereus, aqueus, vaporoſus 477. tactum ſemper afficit] 481
Calor influens eſt innatus 313. hepati non eſt accidens 426. à corde dirigitur 427. ſanguini inſidet, non inhæret.
Calor ſeminis non ex elementis Ariſtoteli 165
Calor viuidior quid Hipp. & Gal. 394
Calor acquiſititius 396
Calor fixus mouetur 429, 457
Calor habitualis non eſt hoc aliquid. à contrario patitur 281. per gradus inſtauratur 285 recipit magis, & minus 311. non eſt contrariorum ſuſceptiuus 3 5. & quomodo.
Calor tranſmiſſus à corde eſt velut forma 427
Cataſtrophe 108
Cibaria conuertuntur in calorem naturalem 470.
Coctioni quis calor præſit 91. 92. fit à proprio calore 377. fit ab anima 38. non eſt genus vniuocum 384. conferunt balneum, & fotus 487. genus, & finis qui 248
Cognitionis duo inſtrumenta 234
Coloſtrum aſinarum pullis pernicioſum 327
Color inhæret corporis extremitati 475
Commoda ſumpta à ratiocinio aduerſarij 12
Comparatio aduerſarij cum Therſite 56
Compoſitio, & miſtio quomodo diſtinguantur 176
Concoctio eſt opus viuentis 93
Connatum & ſubſtantiale apud Veteres 110
Contraria non ſunt termini generationis Elementorum 160
à Contrario pati eſt habere contrarium 285
Cordi adiunctæ partes viuunt 411
Cor, innati caloris velut fons 487. partes annexa viuunt 491. prius membra moriuntur 500.
Corpus eſt propter animam non contra 495
Corpus puerile continet multum aerea, & aquea ſubſtantia Galeno 398
Craſis quomodo à miſtione diſtinguatur 174

D

Differentia ſubſtantiæ, quomodo dicatur qualitas 104. 131. 186
Differentia, & forma differunt 137
Differentia Elementorum malè conſtituuntur ab aduerſario 136
Differentia conſtitutiua quomodo qualitas 164
Differre re, vel modo quid ſit 324
Diſpoſitionem inter vltimam, & formam nihil intercedit temporis 380
Diuiſio operis 9
Duplicis caloris nunquam meminerant, neq; Hipp., neq; Galenus 392

E

Efficiens, & finis cauſa externa 284
Elementa habent quæque ſuam materiam 147
Elementa tantum acquirunt de loco quantum de forma 27
Elementa in ſe inuicem tranſmutantur 124
Epitaſis 50
Eſſe, & eſſentia quomodo differant 76
Exercitatio in animalibus auget innatum calorem 313
Exempla quid valeant 423
Exuperantia ſenſorium non perficiunt, ſed deſtruunt 483. non ſunt ſenſibiles. l. c.
Exuperantia ad ſenſum quid 225

F

Facultas inſeparabilis à ſubſtantia 485
Fames quid ſit 134
Faces fœtus in vtero quomodo fiant 43
Fœmina quid ſit 70
Fœtus ante 40. dies maſſa carnis malè ab aduerſario dicitur, & exploditur 37
Fœtus eſt formatus ante 40. diem ibid.
Fœtus humanus poſt 40. diem recipit animam rationalem 38
Fœtus cur non exit ex vtero quamprimum viuit ibid.
Fœtus quomodo ſanguine matris nutriatur ibid.

Fœtus ſeptimo die habet omnes corporis partes diſtinctas 39
Fœtus qua via nutritur in vtero 40
Fœtus non videt in vtero 45
Fœtum in vtero non ſugere 37
Forma ignis non eſt calor 124
Forma eſt habere 128
Forma ſubſtantialis malè dicitur temperamentum 134
Forma Elementorum ignoratur 137
Forma quomodo patiatur 145
Forma generica non datur 185
Formæ Elementorum ſunt contrariæ qua contrarietate 155
Formæ ſubſtantiales non ſunt diſpoſitiones ad alias formas ſubſtantiales 197
Forma ſubſtantialis nō eſt qualitas actualis 11
Forma conſtituit vnumquodque in ſuo eſſe ibid.
Formæ Elementorum quibus qualitatibus melius deſcribantur 25, 28
Forma quæ numeris comparetur 185
Formas agnoſcit ſolus intellectus, non ſenſus 223
Forma materia non ſuſtentatur 265. *ſed materiam ſuſtentat* 266. *non eſt in ſubiecto* 268. *eſt in ſubiecto, quod ſuſtētatur per illam* 273 *æquiuocè eſt in ſubiecto* 274. *forma, & materia intrinſeca cauſa. forma partis, & totius* 293. *partis ſimplex eſt. non habet gradus. per formam res eſt, id quod eſt* 329. *habet eſſentiam indiuiduam* 350. *non eſt quanta. forma ſubſtantialis non habet gradus, neq; partes* 351. *non latitat, vt in vaſo* 333. *eſt indiuidua, incorporea, immobilis* 356
Forma miſti animati eſt anima 343
Forma miſti inanimati non eſt temperamentum 353
Functio eſt animatorum 363
Frigus quid ſit 94
Frigidum cur ab aqua totum non auferatur 13

G

G*Alenus excuſatur de Animæ notitia* 194. *fatetur ſe neſcire quid ſit anima* l. c. *eius ſententia de Anima* 196
Genus æquè prædicatur de ſuis ſpeciebus 364
Græci inducti ab Aduer. nihil probant 98. *efficiunt* 102. *his calor elementarius vnicus eſt* 311. *non duplex* 1
Guilielmus Harueius Anglus Regius Medicus

H

H*Abilitas ad calefaciendum ingreditur conceptum caloris* 136
Habituales qualitates ineptæ temperamento 173
Habitualis calor non eſt ſubſtantia 254. *eſt in ſubiecto* 275. *non eſt materia* 326. *non eſt forma* 328. *non compoſitum*
Hæmatoſis ab vtroq; ſit calore, ſixo hepatis, & influente 328
Hiſtoria maſculorum, qui Lac habuere 72
Hirundinum Polonicarum hiſtoria 287
Homo reſurget integer 304. *defectibus naturæ etiam reparatis* 10. *vegetatiua, & ſenſitiua non orbabitur. cauſa recitantur*
Humidum radicale reparari 289
Hydrocephalus quid 71

I

I*Ecoris prima facultas eſt concoquere* 441
Incorporeum duplex 453
Infans non ſugit in vtero 325. *ex mente Hipp. & Ariſt.* l. c. *ſed ex Democriti, & Epicuri abſurda opinione.*
Integrum, Integrantia, Integrales partes, quid ſint, & quomodo differant 324
Intelligere non eſt pati 257

L

L*Ac etiam in maribus* 71, 72
Lenitas ignis ſpecies, & forma 417
Lyci reprehenſio ex Gal. 434

M

M*Agis, et minus in qualitatibus* 391
Multum, & paucum in ſubſtantia l. c.
Materia prima poteſt recipere formas 349
& poteſt aliquid proximè conſtituere 328
Materia eſt pars integralis ex D. Th. 325. *ſecunda non eſt amplius materia* 328. *non prima eſt compoſita* l. c. *&* 2. *ſolo accidente diſpoſitionis differunt* 354
omne quod non eſt forma, & intrinſecum eſt refertur ad materiam 367
Metalla viuunt quibuſdam 358
Medicamenta potentia calida &c. quomodo 34
Miſcibilia ſunt corpora 172
Miſcibilia poteſtate in miſto 353. *poteſtate ad ſpeciem, non ad numerum* l. c. *ſunt ſubſtantia compoſita* 360

Miſtio

Miſtio, & Temperamentum non idem 175. *differt à miſti generatione* 181
Monſtrum vnum per vnicam formam 73
Monſtrum quid 76. *cuius peccatum* 77
Mors nequit arceri etiamſi reparetur radicale humidum, & cur 292
Motus eſt inter contraria 275
Multiplex ſimplici opponitur 206
Multum, & paucum in ſubſtantia l.c.

N

Naturaliſſimũ eſt facere aliud quale ipſum 350
Nicolaus Peripateticus 108
Numerus forma aſſimilatur 293. *in quibus ſtet proportio.*

O

Organum per quod conſtituatur 226

P

Partes ſolida concoquunt, non concoquuntur 451
Paulus Zacchias Medicus Romanus 8
Planta indiget refrigeratione 497
Prædicationes duæ 259
Proœſis 10
Pus laudabile quatuor habet conditiones ex Hipp. 419. *non eſt abſq; putredine.*

Q

Qualitas in ſubſtantia quid 164
Qualitatis habitualis nomen incõgruum 508.
Quale ſe ũm mouet ſenſum 224
Quantitas quantitate non fundatur 265
Qualitates primæ ſunt per ſe ſenſibiles 482. *ſunt contraria* 517. *agunt, & patiuntur* 526 *intenduntur, & remittuntur* 523
Qualitates formæ Græcis quomodo 510
Qualitates propriæ à ſubſtantijs inſeparabiles 485

R

Ratio Elementorum quid ſit 898

S

Sanguis in venis calet cordis cal. 458. *eſt animatus.*
Sanguis pars eſt hominis integralis 441
Senſibile illud eſt, quod ſenſum perficit, non deſtruit 483
Sentire non eſt pati 157
Sol cernuus hominem generat 296
Solis encomia 301
Subſtantia non habet contrarium 254. *non agit, non dicitur de ſubiecto* 261. *eſt maximè ſubiectum* 263. *& ſubiectum primum. ſecundum ſubſtantiam non eſt motus* 276. *triplex* 322
Subſtantia compoſita eſt compoſitum per ſe ſubſiſtens 358
Subſtantia prima omnibus ſubijciuntur 474

T

Temperamentum non eſt forma ſubſtantialis miſti 177. *eſt vltima diſpoſitio ad formam* 179
Temperamentum habituale impeſſibile 353
Tranſmutatio commune quoddam genus 278

V

Vita eſt animæ actus 336. *eſt animæ præſentia l.c.*
Vena refrigerata quid circa alimentum 429

F I N I S.

Typographus Lectori.

TVum appello ad Tribunal, candide Lector, iniquo dudum læſus iudicio vltronei Iudicis. Tu, qui Syrtes, & frequentiſſimos Artis Typographicæ ſcopulos non ignoras, condonabis, ſpero, ortographiæ lapſus, emendabis grauiora, quæ modò indicamus, errata, vel ſi qua noſtram effugêre aciem, præ tua ingenuitate, candidè reſtitues. Vale, & caue.

Errata in notis margineis.

Emenda p. 6. A. 7. in m. 19. – Ariſ. 7. Mag. mor. c. 9. – p. 7. Dial. 3. p. Dial. 3. p. 103. – p. 12. S. c. l. cit. – p. 18. de P. Al. de P. Anim. – ſupple circa .m. de Gen. Cor. – p. 20. in Præd. expunge – 1. ad Glaoc. 1. ad Glauc. – p. 29. in paph. p. phiæ. in paraph. primæ Phi. – p. 33. reſtitue 3. de Temp. c. 4. – in Poet. – p. 34. c. 10. – p. 61. od. K. od. 10. – p 64. ſen. in ædip. Sen in Oed. – p. 65. Od. 2. – in Oratij. in Crat. – 3. epid. 3. Epod. – p. 68. od. Δ ll. Δ – p. 73. Ar. 4. de G. A. c. 4. – p. 74. 4. de G. A. c. 1. – 76. Ph. Lac. Anal. c. 9. – p. 79. Gal. 6. de Loc aff. – p. 81. Ter. in And. – 83. 1. Faſt. – p. 85. l. de vita – p. 87. 1. Poſt. – p. 91. Ph. Lac. Anal. c. 14. – p. 92. 103. p. 102. – p. 93. ſupple p. 57. – p. 98. Hom. – p. 113. D. 2. – 115. à te producto p. 14. p. 125. c. 4. – p. 129. l. 4. de H. Q. D. – p. 147. in Præd. Quant. – p. 148. lib. 4. de Cæl. t. 37. – p. 176. 1. de G. C. – p. 177. tex. 1. – p. 181. 1. de G. C. t. 83. – p. 196. c. 6. – 210. An. Æn. – p. 213. 6. aph. 4. 40. – p. 216. de Iun. de Iuu. – ad. Luc ad. Lyc. – 221. de A. A. h. de A. A. L. – p. 243. t. 23. – t. 13. 244. li. I. c. – de F. N. c. 6. – p. 262. t. 44. – 276. in miſt. in Moſt. – 277. t. 8. – p. 284. Perſ. S. – Satyr. 3. – p. 292. met. t. 34. 7. Met. – p. 295. 1. phyſ. – p. 301. in 1. metaph. com. in 2. Metap. – p. 312. Gal. con. Gal. com. – p. 321. dele in Peſ – p. 324. 16. lib. – p. 326. n. phys. 1. phyſ. – p. 346. Snbſ. ſubſt. – 372. P. Ruſ. pro Roſ. – p. 379. 2. de G. G. de G. c. – p. 401. c. 8. c. 2. – p. 417. in Veſpis – p. 423. 1. de Anima. c. 73. 2. de Anima. c. 63. – p. 426. 4. colleg. collig. – q. 494. 2. de G. Al. lib. de Iuu Sen. c. 2 p. 123. 2. de Anima.

Si quid aberrauimus quandoq; in ſitu, præ tua humanitate reſtitue.

Errata in Græcis dictionibus.

Emenda f. 3. ἐφ' αυτόν: ἐφ' ἀυτόν. f. 6. οτι διδοιὲν: ὅτι διδοῖεν. f. 56. φρουσὶν: φρεσὶν. σηθος: σηθος. ἐπνηνοθε: ἐπενήνοθε. λάχνη: λάχνη. f 57. συνήνοιντο: σύνοιντο. προθρύοιο: προθύροιο. δοκεις: δοκέεις. ἔχουσι: ἔχουσιν. ἀνθρόπον: ἀνθρόπων. χονόπιθεν: κατόπιθεν. ἔθεαθε: ἔσσεαθαι. γνορε: ἔγωγε. παρὲξ: πάρεξ. κραδὶν: κράδίη. f. 58. δυσμενέοιν: δυσμενέοιν. f. 61. νεώτατος: νεώτατος. κινυμένων: κινυμένων. ἔαγη: ἐαγη. f. 62 ἀίδαο: ἀΐδαο. f. 63. ἄυπνος: ἀΰπνως. f. 64. γελόω: γελάω. f. 66. χάρμα: χάρμα. f. 81. Τυξον: Τόξον. πα: πά. f. 82 ὡς ἀιεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεος ὡς τὸν ὁμοῖον. f. 116. ἀγρὸν ἀιχρόν. f. 129. ἤσως ἴσως. 130. ἤ, ὥσπερ, λεγομένη, ἐστιμένη ὡς, ἔστι δὲ ἐ. οἷον ἴσως τῶν αἰσθη τῶν σωματων, ὡς μὲν εἶδος τὸ θερμὸν. τὸν. τῶν. 188. δια: δια. 216. ἀρχήγονον: ἀρχέγονον. & alibi. 238. δυνάμεας: δυνάμεις. 441. τοῖν κατα γένη: τῶν καταγένη. τοῖν. κατατόπους: τῶν κατὰ τόπους. 494. οὐκ ἀγατὸν: οὐκ ἀγαθόν.

Reliqua Errata corrige.

p. 3. quamquam. quamuis - p. 4. Balathrones. Balatrones - p. 6. tanta ſit. tanta eſt - p. 7. oſtenderi. oſtenderis - quęrens. querens - p. 9. Antagoniſtum. Antagoniſtam - p. 17. verum. vtrum - p. 18. integrus. integras - impoſſibile. poſſibile - ſcriminis. diſcriminis - p. 20. textabatur. teſtabatur. *& alibi* - formidum. fumidum - 22 expers). - 23. frigidas. frigiditas - operationem. operationum - p. 27. ille. illę - terminetur. terminentur - non dans. quod dans - nobis ſint. nobis ſunt - auolit. auolet - p. 28. tu te. tute - proximo. proxumo - p. 30. ſuccedat. ſuccedet - p. 31. ſnperet. ſuperet - iaceant. iciant - p. 32. Chalcanti. Chalcanthi - pixis. pyxis - eriſipelati. eryſipelati - eo. &. p. 33. inſerat. inferat - p. 40. conſentaneam. conſentaneum - p. 43. fatentur. fateatur - pæna. pœna - 46. Sanguinis. ſanguis - habitus. halitus - 47. r.c. ne - 60 fumigeratę. famigeratę - 74. reſarcendis. reſarciendis - 78. liberum perturbatum. liberam perturbatam - cacagraphia. cacographia - 79. ceruices. ceruicis - 85. ſolœcos. ſolœciſmos - demnmq;. deuiumq; - errorem. erronem. 87. titarum. titanum - 93. grij gry. *& alibi* - 95. impugnans. impugnani - 94. alterato. alteratio - 96. ſaginarum. paginarum - 97. habent. habeat - 103. nuuc. nunc - 108. Patryçium. Patricium - 110. dixer. dixere - 111. exprobat. exprobrat - 114. bumiditas. humiditas - 115. ſcœnam. ſcenam *& alibi* - 116. calon. calores - 115. facultatem. facultas - 119. vtrunq;. vtrumq; - corporis. corpori - 122. crambtem. crambem. *& alibi* - 123. Interpetribus. Interpretibus - 127. obicis. obijcis, ſubſtantiam. ſubiectum - 128. etgo. ergo - innominatam. innominata - 130. quodamodo. quodammodo - 131. igemonias. in Gemonias - 132. enargiam. energiam - 139. accidentium. accidentium - 142. fatentur. fateatur. - 143. tollerant. tolerant - 144. contratto. contrario - 146. aliquod. aliquid - producare. producam - 147. incæpto. incœpto - 149. non patet. patietur - 150 interest. intereſt - 151. abicit. abijcit - omnes. omne - 152. materiæ. materia - noua. nouam - illum. illud - 153. aliquod. aliquid - 155. ris re. riſere - 159. qualitas. qualitates - ſubſtantialis. ſubſtantiales - 160. hunc. hanc - vltræ. vltra - 161, generato. generatio - alteiatio. alteratio - 162 operatio. oportet - qualitatis. qualitates - 166. quam faſtuoſo. quam faſtoſo - 168. futurum, futuram - miſtum, miſtam - 169. Puh. proh - 170. caloris. calorem - 173. ſeparari. ſuperari - 176. conſtitur. conſtituit - 177. ortam. orta - 179. *Logicæ*. Logica - 180. diſſeci. diſciiur - 181. prius. prior - 182. è. à - 88. alibi. aliò - infælis. infœlix - ſit. ſit - 189. profeſſeretur. profeſſus - 191. qnin. quin - 192. Salpum. *S*alpam - pronuncia. prouincia - 193. ipſimet. ipſemet - 194 quem. quum - 197 lauauerit. lauerit - 199. ſicui. ſi cui - prepoſiuonem. propoſitionem - ipſo. ipſe - 202. ſubſt. ſubſt. 205. cacoothiæ. cacoethiæ - 206. appellàtum. appellatam - 208. hunc. hunc - tam. tum - 209. namq; nec non animal. Namq; animal, nec non - 213. deribebas. deridebas - 215. per. præ - exibilabunt. exſibilabunt - 216. reſtem. reſtim - & quem, & ille, quem - 217 qui. quod - factus. factum - 222. igitur Spermaticæ. igitur & Spermaticæ - 226. hominem. homini - erat, ex quo. erat, vt ex quo. - 227. Ideali? eucraſia. Ideali eucraſia? - 229. prædominatis. prædominantis - à quib. è quib. - 230. irrepere. irrepſere - ipſi. ipſe - 239. ſcilcitetur; cur. ſcilcitetur cauſam, cur - diſſitas. diſſita - 241 vt expunge - 242. hypecauma. hypeccauma. *& alibi* - 244. tuimet. tuomet - digniſſimo. digniſſima - 246 tui. tua - 249. temperamenta. temperamento - 250. qui terra. quæ terra - 251. in animante. in animantibus - 253. quanquam. quamuis - 260. tuimet. tuamet - ab illo. illo. 268. Boetius. Boethius - quando. quare - 270. erudierat. monuerat - 272. amici. amicos - 275. monente. mouente - 276. periculo, piaculo - 279. contradictoriæ. contradictoria - 281. materia. materiam - 287 calor. caloris - 289. minor. minus - 290 ſuimet. ſuimet - accidentali. accidentalis - 294. caloris. caloris - accidentali. accidentalis - 296. præſefers. prætefers - 305. incorruptiones. incorruptionis - 307. cal. calorem - denonenda. deuouenda - faceſſiuit. faceſſit - 309. delabis. delabi - priori. prioris - 310. receptis. recipis - quanquam. quamuis - monent. monet - 311. vertato. verſato - 312. cocoethiam. cacoethiam - 313. quod ſi. ſi - 314. concæptis. conceptis - 319. condro. condo - ſupponas. ſupponis - 321. ex tui. ex tua - 323. homine. hominis - 325. vera. verò - 326. vtrumq; vtcumq; - philoſophum. philoſophiam - voluttais. volutaris - 329. An non. non nel - numerò. numero - 339. admittereo. admitteret - 340. metampſycoſi. metempſychoſi - quanquam. quamuis - 344. tuimet. tuamet - 346. habeant. habeat - 352. propriam. proprium - 353. differunt. differt - 355. dignum. dignum - 356. exprobaſti. exprobraſtes - 360. quoſue. quouſ - 363. ſummi. ſumi - 364. ommiſeris

ris. miſeris - 367. illud ſit illud eſt - 368. miſcebantur. miſcebuntur - 370. neglectu. neglecta. 371 prҿuidem. prҿuiderem - 372. cætu. cœtu - 374. vocem. vocem is. 376. ineptum. ineptam - 380. promonenda. promouenda - 382. propenſio. propenſa - oppoſita. oppoſitum - 387. Noa. Noe - 389. Lyncecus. Lynceus - licet hҿc poſſint, &c. *reſtitue in ſequ. poſt* ortographica, &c. - neſcio quis. neſcioquis - 390 Philoſopriæ. ac medicinæ. Philoſophia, ac medicina. 393. finges. fingeres - 394. liceat. licet - 395. vt tu. te - grij. gry. - qualitats. qualitas - 400. vaparoſus. vaporoſus - 411. quo quod - 414. c calor. calorem - 415. cur niergo. cur ergo - 416. perſtitit. prҿſtitit. 420. non ſim. non ſum - 422. qualita. qualitatis - 429. permittis. permittas - 431. in acris ſanguinem. in venis ſanguis - inſitam. inſitum - 437. operum. operationum - 439 aſſerorem. aſſertorem - 441. quamquam. quamuis 443. querquerum querquerum - 444. Lynex Lynx - Baliſtas. Balliſtos - 445. Saulis. Saul - 447. addic. abdic - 447. Nam. Num - 449. Gal.. Galeno - 454. quot. quotquot - 457. vbi. abi - 459. veh. væ - 463. non recuſes recuſes - ex tui. ex tua - 465. etenim. etiam - 470. quot. quotquot - ne mij. ne my - 471. expunges. expugnes - 472. nechroſin. necroſin - 473. Galeni. Galenus - circumſtant. circumſtante - modò. modo - tantùm. tantum - 477. ſtrenus. ſtrennus - 479 vapuroſum. vaporoſum - 481. calore. calorem - 489. malè. male - 494 ex tui. ex tua - - 503. corde. cordi - 509. iniuria iniuriam - 520. emne. omne - 525. Democrite. Democriti - 530. ſcelecte. ſceleſti - 536. verbæ. verba.

Videat hoc opus Adm. R.D. Benedictus de Florettis, & referat ſi quid in eo contineatur Pietati Chriſtianæ, boniſue moribus aduerſum. Dat. die 1. Ianuarij 1638.

Vincentius Rabatta Vic. Flor.

Ego P. Benedictus Florettus hoc opus ſedula cura perlegi: nihil autem in eo aduerſum Religioni, Chriſtianiſue moribus repperi.

Ego P. Benedictus qui ſupra m.p.

Attenta ſupraſcripta relatione. Imprimatur opus ſeruatis ſeruari ſolitis. Dat. die 11. Ianuarij 1638.

Vincentius Rabatta Vic. Flor.

P. Thomas Antonellus Rector Societatis Ieſu, & Conſultor S. Officij videat, an in hoc opere quid contineatur, quod S. Indicis Regulis aduerſetur, & referat. Ex Conuentu S. Crucis hac die 12. Ianuarij 1639.

F. Io. Muzzarellius de Fanano Inquiſitor Gener. Flor.

Ego Thomas Antonellius Societatis Ieſu euolui diligenter hoc opus, nihilq; in eo reperi, quod S. Indicis Regulis aduerſetur.

Imprimatur Florentiæ vltima Ianuarij 1639.

F. Io. qui ſupra Inquiſitor Generalis.

Alexander Victorius Sereniſs. M. D. Auditor, & Senator.

FLORENTIÆ

Typis Nouis Amatoris Maſſæ, & Soc.

Superiorum Permiſſu. 1638.

XL II 7-4

A01 1467232